BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
EDITA CVRANTE
CAROLO SCHENKL

# L. ANNAEI SENECAE
# PATRIS
# SCRIPTA QVAE MANSERVNT.

EDIDIT

H. J. MÜLLER.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY
MDCCCLXXXVII.

PRAGAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

# L. ANNAEI SENECAE

## ORATORVM ET RHETORVM

### SENTENTIAE DIVISIONES COLORES.

EDIDIT

H. J. MÜLLER.

VINDOBONAE

PRAGAE
F. TEMPSKY

F. TEMPSKY
MDCCCLXXXVII.

LIPSIAE
G. FREYTAG

Vindobonae, typis Adolphi Holzhauseni.

**CAROLO SCHENKL**

VINDOBONENSI

**MICHAELI PETSCHENIG**

GRAECIENSI

**MARTINO CLARENTIO GERTZ**

HAVNIENSI

H.L.D.D.L.M.

EDITOR

# PRAEFATIO.

L. Annaeus Seneca Cordubensis, quem patrem vel rhetorem nominare solemus, ut a philosopho Seneca eum discernamus, eques Romanus fuit temporibusque Caesarum Augusti et Tiberii floruit. cuius de vita, studiis scriptisque cum nec multa nec satis certa memoriae prodita sint, praecipue ea sequi oportet, quae ipse de se atque aequalibus commemoravit. ex his apparet eum virum antiquae severitatis litterarumque studiosissimum fuisse, qui, cum ipse arti oratoriae operam daret, de corrupta illius aetatis eloquentia quam firmo et acerbo tam recto et subtili iudicio usus sit.

Plura de scriptore addere deque studiis rhetoricis, quae Augusti aetate Romae colebantur, accuratius exponere ab hoc loco alienum est. nec omnino opus esse existimo; nam et ii, qui litterarum Latinarum vel universae eloquentiae historiam conscripserunt, quaecumque ad Senecam patrem pertinent sollerter collegerunt et alii, qui ab illis laudantur, data opera in rem ipsam ita inquisiverunt, ut in iis, quae investigando reppererunt, nihil desit, quod recte desiderari videatur[1]). hoc addo, me Senecae

[1]) Senecae controversias, certe themata earum maximeque excerpta, multis hominibus medio quod vocatur aevo cognitas et in deliciis fuisse non solum ex magna codicum manu scriptorum, quibus excerpta continentur, copia intellegitur sed etiam inde apparet, quod vestigia earum in historiis ac poematis recentiorum temporum deprehenduntur. nos nunc mutata et sentiendi et iudicandi ratione in ea animos advertimus, quae Seneca vel ipse dixit vel alios dicentes induxit, non in argumenta illa aeque mira ac ridicula et inepta. — Iam eum, qui 'Gesta Romana' scripsit vel composuit, Senecae controversiis usum esse primi viderunt L. Friedländer (ind. lect. Regim. 1871; cf. Sittengeschichte *Roms* $3^5$, *423) et* H. Oesterley (ed. Gest. Rom. 1872 p. 251),

patri id praenomen reddidisse, quod in subscriptionibus optimorum codicum legitur. rectene fecerim, incertum est. constat enim, cum antiquitatis studia rursus effloruissent, libros Senecarum patris et filii ad unum eundemque scriptorem relatos esse, fierique sane potuit, ut, quemadmodum tunc viri docti, sic antea librarii indocti praenomen filii ad patrem transferrent. sed factum hoc re vera esse, quamvis veri simile sit, demonstrari nequit, immo ipsa praenominum similitudine effici potuisse crediderim, ut, qui duo erant homines, pro uno haberentur duorumque libri unius nomine inscriberentur. quare, cum nihil obstet, quin patrem et filium eodem praenomine usos esse statuamus, cautius agere mihi visus sum, si codices secutus patrem Lucium appellarem, quam si eius praenomen ut incertum cum editoribus omitterem.[1])

---

aliisque scriptoribus illas notas fuisse idem Oesterley l. l. p. 714 seq. demonstravit. nonnulla afferre mihi liceat. — Contr. 1, 1: cf. Gest. Rom. 2. — Contr. 1, 3: cf. Gest. Rom. 3; Gringore († 1545) 6, h, 4. — Contr. 1, 4: cf. Gest. Rom. 100. — Contr. 1, 5. 3, 5. 7, 8: cf. Gest. Rom. 4; Gringore 3, e, 11. — Contr. 1, 6: cf. Gest. Rom. 5; Gringore 7, i, 2b; Ambrosius Mezger, Geistl. u. weltl. Hist. (1625) p. 411; 1001 Nacht, 236. — Contr. 2, 2: cf. Gest. Rom. 6. — Contr. 2, 4: cf. Gest. Rom. 7; Gringore 12, n, 1. — Contr. 3, 1: cf. Gest. Rom. 73. — Contr. 3, 5: cf. 1, 5. — Contr. 3, 7: cf. Gest. Rom. 217; Douce 411. — Contr. 4, 4: cf. Gest. Rom. 134; Boner, Fab. aus d. Zeiten d. Minnes. (Turici 1757) app. 9 p. 252. — Contr. 4, 5: cf. Gest. Rom. 112; R. Holkot († 1349), Sup. lib. sap. 26 (Ruotlingiae 1489); J. de Bromyard (1382), Summa praed. C, 6, 9; Bernardinus de Bustis, Rosarium sermonum 1, 70, Z (Hagenae 1503); J. Gritsch, Quadragesimale 7, Z (1484); Enxemplos 118 (Biblioteca de autores Españoles 51 p. 443); Pauli, Schimpf und Ernst 359 (ed. H. Oesterley Stutgardiae 1866, p. 221); Hans Sachs 1, 3, 137b; 5, 297b. — Contr. 4, 6: cf. Gest. Rom. 116; Nouv. franç. en prose du 13e siècle, bibl. Elzevir. 1856; A. Jubinal, Nouv. recueil de contes, dits, fabliaux 2, 4 (Lutetiae Parisiorum 1839); Hist. littér. de la France 22, 288—299; Grimm, D. Sagen 2, 436; Veill. allem. 2, 119. — Contr. 6, 3: cf. Gest. Rom. 90. — Contr. 6, 7: cf. Boccac. Decam. 10, 8. — Contr. 7, 4: cf. Gest. Rom. 14. — Contr. 7, 8: cf. 1, 5.

[1]) Eum, qui controversiarum et suasoriarum libros scripsit, a Seneca, qui philosophus vocatur, diversum esse primus perspexit Raphael Volaterranus atque post eum certis argumentis Justus Lipsius comprobavit; cum autem *Lipsius rhetorem Lucium* nominare non desisteret, ille Marci praenomen

'Oratorum et rhetorum sententiae, divisiones, colores' eo ordine in codicibus exhibentur, ut suasoriae locum teneant priorem, posteriorem controversiae.[1]) quod vehementer mirandum est, cum minime dubium sit, quin controversias ante suasorias Seneca composuerit. erat autem ea rhetorum disciplinae ratio, ut a suasoriis declamandis adulescentes ordirentur neque ad controversias accederent, priusquam satis exercitati esse viderentur[2]). haec forsitan causa fuerit, cur is, qui codicum qui nunc extant archetypum exaravit, suasoriarum librum ante controversias collocaret. nec scio, an olim in ipsis codicibus vel potius in codice archetypo alium ordinem fuisse ex eo concludendum sit, quod nunc et finis ultimae controversiae et praefatio libri suasoriarum initiumque suasoriae primae desunt. nam si eo loco nonnulla folia, fortasse unum quaternionem vel duos, intercidisse putabimus, lacunae illius originem facilius explicabimus, quam si duobus locis hiatum scripturae esse dicemus. quae cum ita sint, ordinem librorum manu scriptorum servare nolui.

Codicum duo genera sunt: libri controversiarum (brevitatis causa ita dicere liceat) et libri excerptorum; illorum non magnus extat numerus, hi permulti sunt.

---

ei attribuit, ut duos Senecas esse primo statim adspectu appareret. qua in re quibus rationibus ductus sit, nescimus: fortasse eum morem respexit, quo infantibus avorum praenomina indi solebant, et duo Senecae nepotes, alter Senecae philosophi alter Melae filius, Marci praenomine usi sunt. sed hunc morem adeo non omnes sequebantur, ut Raphaelis coniecturam tamquam incertissimam iure dubites amplecti. amplexi tamen sunt per tria saecula editores omnes; recentissimi, Bursianus et Kiesslingius, cum in via lubrica insistere nollent, praenomen abiecerunt. deest autem apud Bursianum in titulo tantum et in praefatione (universae paginae a prima ad ultimam exhibent 'M. Annaei Senecae'); in editione Kiesslingiana duobus locis (p. 292 et p. 389) 'M.' per errorem non sublatum est.

[1]) In subscriptionibus codicum **ABVD** sex libri numerantur: I (= suas. l.), II (= contr. l. I), III (= contr. l. II), IIII (= contr. l. VII), V (= contr. l. VIIII), VI (= contr. l. X).

[2]) Cf. E. Bonnell, De mutata sub primis Caesaribus eloquentiae condicione, inprimis de rhetorum scholis (progr. gymn. Leucophaei Berolinensis 1836) p. 17 seq.

I. Codices prioris classis, qui controversiarum libros I, II, VII, VIIII, X (omissis librorum primi et secundi praefationibus) et suasorias continent, hi mihi innotuerunt:

1. Codex Antverpiensis (**A**) bibliothecae publicae nr. 411 membranaceus, formae quadratae, qui saeculo X scriptus et postea, saeculo sexto decimo ni fallor, manu recentiore (**A**$^{2}$) correctus est. olim 130 foliis (16 quaternionibus et duobus foliis) constabat, nunc sex folia desiderantur (bina folia media quaternionum tertii et septimi et tertii decimi); tribus igitur locis lacunae satis magnae sunt (cf. p. 133, 9. 393, 15. 580, 14).[1] — Librum contulit H. J. Müller.[2]

2. Codex Bruxellensis (**B**), olim Cusanus[3]), bibliothecae regiae nr. 9581—9595 membranaceus, formae oblongae maximae, qui saeculo X scriptus et postea, saeculo sexto decimo ni fallor, manu recentiore (**B**$^{2}$) correctus est. libri Senecae in 81 foliis scripti erant (fol. 88$^{r}$—167$^{v}$). primum autem primi fasciculi folium, quod a librario sine dubio vacuum relictum erat, et octavum folium quaternionis decimi perierunt; uno igitur loco complura desunt (cf. p. 498, 7). in codice scribendo duo homines operam posuerunt; prior desiit in fol. 141$^{r}$ *siriaci* (p. 324, 8), cuius vocabuli posteriores quattuor litterae aut omissae sunt aut in

[1]) Inscriptio codicis *incipit liber lannei senece senenciarum* utrum ab ipso librario (**A**$^{1}$) an a manu eiusdem aetatis addita sit, ambigitur; manus multo recentior *sentenciarum* delevit et *suasoriarum* correxit. in fine codicis manus recentissima addidit: *ecce dominus in fortitudine venit et* (cf. Jes. 40, 10).

[2]) De natura et indole codicis **A** ann. phil. 1873 p. 536 seq. disputavi ibique nonnullos collationis Kiesslingianae errores correxi. a qua quamvis non pauca eorum, quae ipse in codice scripta legisse mihi videor, differant, tamen Kiesslingium in languido illo ac laborioso describendi opere feliciter versatum esse testificor, cum nihil fere praetermiserit, quod in crisi exercenda magni momenti esse possit. his illis autem locis scripturam codicis accuratius constituere alterius collationem ad manum habenti facile fuit.

[3]) Cf. J. Klein, Über eine Handschrift des Nicolaus von Cues (Berolini 1866) p. 3.

codicis plicatura latent. inscriptio deest. — Librum contulit H. J. Müller.[1])

3. Codex Vaticanus (**V**) bibliothecae Vaticanae nr. 3872 membranaceus, formae quadratae, qui saeculo X, et exeunte potius quam ineunte, scriptus posteaque, sed brevissimo temporis spatio interiecto, manu recentiore (**V**²) correctus est; perpauca mutavit **V**³ saec. XV. constat 142 foliis.[2]) — Librum contulit M. Petschenig.[3])

---

[1]) Codex magnis litteris optime exaratus nullam usquam legentibus adfert difficultatem. de eo Fr. Oehler mus. rhen. 1 p. 315: 'Der Codex ist aber so unglaublich corrupt geschrieben und theilweise schwer zu lesen, dass ich mich der mühevollen Arbeit einer näheren Untersuchung oder Collation nicht eher unterziehen mag, als ich etwa weiss, jemand damit einen bestimmten Dienst zu leisten'. — Bursianus et sua usus huius libri collatione et ea, quam Fridericus Haase confecerat, ex hac 'lectiones haud paucas a se neglectas supplevit'; Kiesslingius apographum Haasianum secutus 'nonnullos quamvis perpaucos Bursianeae editionis errores corrigere posse' sibi visus est. at duas illas collationes satis multis locis inter se differre ann. phil. 1873 p. 534 seq. exposui, ac neutra sane, etsi gravia non omissa sunt, erroribus caret.

[2]) Codex **V** septendecim quaternionibus et uno ternione constat, quorum ordo a bibliopega ita turbatus est, ut is (**x**), qui decimus quaternio esse debuit, duodecimus fieret, id est ut sese exciperent quaterniones 9, 10, 11, **x** (12), cum rectus ordo esset: 9, **x** (12), 10, 11. desinit autem quaternio nonus (fol. 72ᵛ) in verbis *hinc omnes quaestiones* (p. 172, 13) et **V**² in dextra parte inferioris marginis scripsit *transi ad duodecimum quaternionem*; similiter quaternio duodecimus (fol. 96ᵛ) desinit in verbis *ad inferos perferam licuisse* (p. 275, 3) et **V**² item in dextra parte inferioris marginis scripsit *reuertere ad decimum quaternionem.* signa praeterea apposita sunt: ad finem quaternionis noni A, in initio quaternionis duodecimi B, in fine eiusdem C. iam cum codex Toletanus (**T**) ex Vaticano describeretur, librarius stupidus, cum nec notas marginales intellegeret nec hiatum orationis perspiceret, priore loco exaravit: *hinc omnes quaestiones transi ad duodecimum quaternionem mihi per fratrem aliquem quam* . . (p. 275, 3), posteriore loco (cum in antecedentes versus errore verba illa reciperet): *mare reliquid reuertere ad decimum quaternionem moriendum est* . . . (p. 274, 17). aliis quoque locis in **T** turbatum fuisse, priusquam bibliopega fasciculos in ordinem redigeret, easdemque turbas in Brugensi codice apparere Kiesslingius testatur, unde hunc librum ex **T** descriptum esse cognoscitur.

[3]) Quamquam Petschenigium in codicibus excutiendis perquam sollertem atque exercitatum esse non ignorabam, tamen nonnullis locis, obstupe-

**ABV**[1]) ex eodem archetypo (**C**), qui hodie non extat, descripti sunt; tantus enim eorum in plerisque mendis consensus est, tanta cum in vocabulis omittendis tum praecipue in Graecis verbis pingendis congruentia, ut de communi fonte, ex quo manaverint, dubitari non possit. ut autem magna inter eos intercedit similitudo, ita sua cuique indoles est: proprias habent virtutes, propria vitia, locisque innumerabilibus unus alterve ex his tribus archetypi lectionem reliquis duobus aut religiosius expressam servavit aut neglegentius descriptam exhibet. quare nullius auxilio carere possumus; immo omnium lectiones accurate examinandae et inter se comparandae sunt, ut ex iis, si fieri possit, quid in archetypo fuerit, quam certissime perspiciatur. qua in re pervestiganda codices **ABV** non ex eodem exemplari descriptos esse tenendum est[2]); **AB** enim multo artiore cognationis vinculo inter se quam cum **V** coniuncti sunt. et illorum quidem vel in minimis rebus tanta est convenientia, ut dubitari non possit, quin ex eodem exemplari (**x**) originem duxerint; **V** ex alio codice (**x**[1]) descriptus

---

factus novitate scripturae, ut omnem dubitationem abicere possem, codicem per amicos, qui Romae morabantur, denuo inspiciendum curavi: certissime ea, quae ille enotaverat, recte sese habere apparuit. et magis etiam mihi comprobatum est huic collationi fidem haberi posse, cum Guilelmus Mewes et Carolus Lehmann Berolinenses, Georgius Wissowa Marburgensis, Henricus Schenkl Vindobonensis ea, quae ipsi ex **V** excripserant, ad me misissent, quorum ex comparatione, id quod non dubitabam, Petschenigium nihil falso legisse, nihil fere praetermisisse, contra multa, quae unus vel alter eorum, quos nominavi, interrogationis signo apposito non prorsus pro certis et exploratis statui posse significaverant (velut distinctionem prioris manus et posterioris), subtili iudicio enucleasse intellexi.

1) Reppererunt ac primi inspexerunt vel partim contulerunt codicem **A** Martinus Hertz anno 1846, codicem **B** Franciscus Oehler anno 1842, codicem **V** Guilelmus Studemund anno 1866.

2) De stirpe codicum **AB** recte iudicavit Bursianus, de auctoritate eorum non item; paulo enim minus tribuit Antverpiensi (quamquam lectiones eius a Friderico Haase accuratissime enotatas noverat universas), Bruxellensi paulo plus. Kiesslingius rem acute perspexit. **V** Bursiano ignotus erat.

est, quem ipsum homo doctus, multis locis haud dubie suo tantum ingenio usus, non raro autem alium, ut opinor, eumque optimae notae librum secutus, felicissime emendaverat, cui tamen idem vir doctus, cum scripturam depravatam facili negotio sanare posse sibi videretur, multas et eas manifestas interpolationes, quas dicimus, inculcaverat. horum igitur codicum stemma hoc est:

**C**

**x** — **x**$^1$

| |

**AB** **V**.

iam cum **x**$^1$ correctoris limam passus sit omnesque, qui ex eo manaverunt, codices etiam magis illo interpolatos esse appareat, in **AB** potissimum, ut libris integerrimis religiosissimeque archetypi scripturam referentibus, standum adiumentumque emendationis ex iis petendum est. quae manus recentiores in **ABV** vel radendo vel mutando vel addendo novarunt, ea diversae auctoritatis sunt. illum enim, qui codicem **V** correxit (**V**$^2$), in tollendis mendis maximeque lacunis supplendis non tam sua divinatione, quam ope alterius codicis, fortasse eius ipsius, cuius **V** apographum est, usum esse postea videbimus. additamentorum autem, quae in **A** et **B** deprehenduntur (**A**$^2$ et **B**$^2$), quamvis ipsa quoque nonnumquam veri speciem prae se ferant, pleraque aut ex editionibus, quae tum fuerunt, hausta aut pro meris coniecturis habenda esse censeo.[1])

4. Codex Toletanus (**T**) sive Covarruvianus bibliothecae regiae Bruxellensis nr. 2025 membranaceus, formae oblongae minoris, qui saeculo XIII ex codice **V** descriptus[2]) et postea, saeculo sexto decimo ni fallor, manu recentiore (**τ**) correctus est.[3]) — Librum contulit H. J. Müller.

---

1) Cf. H. J. Müller ann. philol. 1878 p. 525—538.

2) Cf. p. XI adn. 2.

3) In folio albo, quod primo codicis folio praefixum est, haec scripta leguntur:

'Sum Antonii Couarruuiae Toletani Canonici, qui And. Schotto utendum dedit.'

5. Codex Brugensis (**Br**) bibliothecae regiae Bruxellensis nr. 9768 membranaceus, qui saeculo XV exaratus et ex ipso quidem **T**, priusquam correctoris manum pateretur, descriptus est[1]). iam cum corrector codicis **T** permulta vel vocabula vel syllabas vel litteras ita eraserit, ut hodie legi vix possint, codicis Brugensis auxilio Kiesslingius priorem Toletani scripturam elicuit. nos in eodem negotio codicem **V** adhibuimus eumque secuti, quid ubique primitus in **T** scriptum fuerit, si non omnibus, at plurimis locis perspicere potuimus.

In recognoscendis Senecae libris codicis Brugensis omnino nullus usus est; itaque discrepantiam eius in apparatu critico ponere supersedi[2]). nec plus tribuendum esse codici **T**, cum ex **V** descriptus modo genuinam eius modo correctam exhibeat scripturam eamque satis multis ac gravibus nonnumquam erroribus depravatam, perspicuum est. quare lectiones eius non commemoravi nisi ubi ea, quae scriba vel consulte vel casu a **V**

---

Haec alius quis (ni fallor, ipse Andreas Schott) hoc modo mutavit et supplevit:

'Fui Antonii Couarruuiae Toletani Canonici, Didaci fratris. And. Schotto utendum dedit et dono misit D. Petro Pantino Decano Bruxell.'

Deinde eadem, ut videtur, manus haec addidit eodem atramento pernigro scripta:

'Optimum hoc exemplar Toletanum eorum, quibus usus sum Vaticano ac Augustoduno ac Brugensi. Graeca habebant omnes, quibus lacunae expleri possent desuntque in omnibus editionibus, sed ea Gothicis potius litteris quam Graecis exarata a librario Graece legendi nedum intelligendi ignaro, ut Delio quodam natatore atque Oedipo in diuinando fuerit opus.

And. Schottus.'

1) Cf. p. XI adn. 2.

2) Initium primae suasoriae (usque ad verba *non esset* p. 523, 13) bis scriptum est; folii secundi pagina recta denuo incipit a verbis *finita cuique rei* (p. 519, 5). de primo folio Bursianus p. XIIII: 'hoc folium saeculo XI scriptum ab eis quae sequuntur foliis saeculo XV scriptis prorsus separandum est et codicem per se, ut ita dicam, constituit.' at Kiesslingius folium primum *ipsum quoque* saeculo XV scriptum esse intellexit.

recedens proposuit, ad veram scripturam constituendam quadrare videbantur.[1])

6. Codex Vaticanus (*v*) bibliothecae Vaticanae nr. 5219 membranaceus, qui saeculo XV litteris minutissimis plurimisque

---

[1]) Haec de **T** dixi ut de apographo codicis **V**; de ipsarum eius lectionum auctoritate dubium esse non potest, nec habeo quod sano Kiesslingii de ea re iudicio adiciam. itaque, si **V** perisset, omnibus locis codicis **T** rationem habendam eiusque scripturam tam sollerti cura, quam a Kiesslingio factum est, examinandam fuisse mihi quidem constat. mirum igitur, quod Bursianus, cum originem codicis **T** recte cognovisset, eius lectionibus non maiorem tribuendam esse auctoritatem quam 'coniecturis recentioribus temporibus a viris doctis factis' iudicavit (p. XIII: 'ubi [**T** ab **AB**] dissentit, scriptura eius interpolatoris ingenio debetur, qui nonnulla emendatu facillima emendavit, multo plura inepte corrupit'; p. XIIII: 'itaque [**T**] multis in locis cum codicibus **B** et **A** aut alterutro ex illis consentit, . . . aliis in locis raro in melius, saepius in peius ab illis discedit'), ac manifestum est eum non tanta, quanta par erat, diligentia in rem inquisivisse. ceterum ipsa forsitan codicis condicio, in quo multa erasa, correcta, adscripta sunt, eum deterruerit, quo minus totum conferret; sed in Schotti collatione certe acquiescere nec potuit nec debuit, et Kiesslingius illa ipsa re incitatus est, ut eo acrius studium in libro pervestigando poneret.

In **T** permulti errores occurrunt, cum vel neglegenter scripserit librarius vel correcturas, quae in **V** sunt, parum perceperit. quorum vitiorum haec genera commemoro: p. 142, 2 **V** exhibet *quamuis*, **T** *qua;* subter *muis* enim in **V** linea ducta est; ea autem non significabat illas litteras delendas esse, sed superscripta erat vocabulo *alter.* (sic), quod in sequenti versu legitur. — **T** cum scriberet p. 143, 12 ⟨*et*⟩ *irascendi;* p. 151, 5 ⟨*et*⟩ *ex illa;* p. 152, 20 ⟨*et*⟩ *inter;* p. 165, 19 ⟨*et*⟩ *aliubi*; p. 166, 18 ⟨*et*⟩ *inicere;* p. 378, 4 ⟨*et*⟩ *filia,* interpunctionis signum, quod in **V** est, pro compendio vocabuli *et* habuit, cuius forma saeculo XIII sane simillima erat illi signo; — p. 170, 9 **V**$^1$ *diuinior* scripsit, **V**$^2$ lineam subter *ni* et supra *ni* litteram *s* posuit (i. e. *diuinior* **V**$^1$ *diuisor* **V**$^2$); **T** *diuisior* exhibet; — p. 170, 10 *esse;* p. 176, 2 *madet;* p. 177, 4 *vere luxurior* omisit **T**, sed in **V** illa vocabula integra sunt; — p. 111, 10 *et* **T** (*ut* **V**); p. 175, 9 *luxuriare* **T** (*luxuriari* **V**); p. 177, 12 *octonis* **T** (*othonis* **V**); — p. 175, 17 *uos* bis scripsit **T**, sed in **V** semel exaratum est; — transpositionis signa, quae in **V** non pauca sunt, **T** plerumque aut non animadvertit aut non agnovit. — Eiusmodi vitiis, quae enumerare longum est, vix ulla pagina vacat.

compendiis exaratus est.[1]) — Partes huius libri in meum usum contulerunt G. Heylbut et B. Kübler.

---

[1]) Prior pars codicis in charta scripta continet: 'C. Sollii Apollinaris Sydonii' carmina, 'Petri Balbi Pisani et Maximi confessoris' epistulas duas, 'cenotaphium in mortem D. Prosperi Columnae et consolatoriam orationem Karoli Aretini ad Cos. et Lau. de obitu matris', 'Bernardi Iustiniani Leonardii filii de laudibus Francisci Fuscari ducis funebrem orationem'. Senecae suasoriae et controversiae, quae in membrana scriptae sunt, incipiunt fol. 102ᵛ, post eas in ultimis foliis 'oratio funebris in obitum Bessarionis cardinalis' legitur. memoratu digna sunt, quae scriba in initio et in fine operis Annaeani adscripsit.

In initio haec leguntur: 'Admoneo te ac rogo, hospes, quicunque hunc praestantissimum auctorem ex confusione et tenebris caracterum meorum descripseris, ut mihi ignoscas. si enim scires, quanta exaraverim anxietate quae legis, non condemnares inertiam. pugnandum fuit, ut exemplar teneremus. tu tamen adverte inter legendum diligentissime, ut sententiarum brevitatem arripias. declamatorum sunt vivae aeternaeque et exactissimae sententiae in corpus unum velut in torquem ab hoc auctore compositae, quasi animas spiritusque declamatorum conligeret, corpora in suis eorum codicibus relinqueret. Senecae inscribitur; quisque vel assentiat vel refragetur pro captu vel ingenii sui vel diligentiae. omnia sunt dicta iudicio meo aurea. labor legendi minuitur sententiarum splendore et pondere. puta te in senticetum incidisse, ex quo saepissime spinarum aculeis laceratus fraga intus enata decerpas. ceterum post deum gratias habe immortales amplissimo patri et domino D. Nicolao de Cusa, titulo (?) sancti Petri ad vincula S. R. E. presbytero cardinali reverendissimo, quoniam ipsius auctoritate et testimonio incensus non pulchrum, sed laboriosum opus raptim diebus undecim absolvi. vale'.

In fine haec leguntur: 'Capiet te fastidium, dum leges, amice, ex caracterum meorum confusione. ceterum accipe quod te velim, deinde me vel absolve vel damna. inopinato pervenit in manus meas Romae codex quidam satis vetustus, sed magis mendosus. eram familiaris eo tempore reverendissimi in Christo patris domini (?) Nicolai de Cusa S. R. E. misericordia divina presbyteri cardinalis, viri omnium testimonio digni suae dignitatis amplitudine. ipsum testem invoco, qui sanctus est veritatis assertor, librum eiusmodi ego numquam legeram, numquam audieram. ipse habere sese similem dixit, ceterum mendosum *(is codex* **B** *fuit)*; numquam (?) prius alterum invenisse; sententiarum se captum decore, quae in eo continerentur. incendit mihi animum, ut raptissime excriberem; feci diebus undecim. deus scit, multa correxi; pro exemplo feci, exemplar teneri non poterat. Graeca pessima erant; tamen reppetii *(Bs;* repperi *cod.)* diligentissime, faciam melius'.

7. Codex Bruxellensis (**D**) bibliothecae regiae nr. 9144 chartaceus, qui saeculo XV exaratus est. foliis 221 Quintiliani declamationes et Senecae suasorias controversiasque (fol. $129^r$ —$220^r$) et initium Taciti dialogi de oratoribus continet.[1]) Graeca desunt omnia; ubicumque ponenda fuerunt, scriba spatium vacuum reliquit. correctus est a duabus manibus prorsus eiusdem aetatis, quarum altera cum nomina rhetorum, tum varias etiam lectiones hic illic rubro colore addidit. ubi ab altera manu in rasuris novae litterae atramento scriptae sunt, raro quid prius exaratum fuerit perspicitur saepissimeque dubium est, utrum $D^1$ an $D^2$ scripturam correxerit. duo vel tria vocabula persaepe aliter atque in **C** collocata sunt; rectus ordo nonnumquam signis adpositis indicatus est (ubi hac in re **D** a **C** discreparet, non adnotatum est). — Librum contulit H. J. Müller.[2])

8. Corrector codicis Toletani (**τ**), qui officio ita functus est, ut eius opera permultis locis ipsa Senecae verba restituta

---

Post haec una linea abscisa est, in qua B. Kübler haec agnoscere sibi visus est: 'in tuno (?) . . . cardinalis sancti Petri ad vincula . . . die ultima decembris 1458'. annum recte indicatum esse credo, cum Nicolaus de Cusa anno 1448 cardinalis factus et anno 1464 mortuus sit.

[1]) Inter Quintiliani Senecaeque opera duabus paginis (fol. $124^v$ seq.) scripta extat 'epistola Lysidis Pythagorici ad Hipparchum', cui praemissa sunt haec:

'Athanasii Constantinopolitani de arcu ad reverendissimum ac sapientissimum dominum Nicolaum Cussam *(sic)* cardinalem.

Cum quendam librum Graecum diversarum epistolarum legerem, inter ceteras hanc Lysidis epistolam viri Pythagorici offendi, quam, cum Pythagorica doctrina moralique philosophia referta sit, in Latinam linguam convertere volui, ut tibi et Pythagorica et christiana praesertim doctrina incredibilique veritate praedito dedicarem. quare, si tuo optimo integerrimoque iudicio hanc meam tradutiunculam *(sic)* probaveris, et alia tuo nomini traducenda ingenti animo curabo. vale'.


[2]) In fine controversiarum ad marginem fol. $220^r$ haec adscripta sunt: 'In exemplari satis vetusto, sed mendoso nihil amplius erat. diligenter describi curavi. vale, candide lector'. quae in initio et fine codicum **Dv** scripta sunt cum considerarem, credibile mihi visum est eum, qui hunc codicem **D** 'diligenter describi curavit', ipsum Nicolaum Cusanum fuisse.

esse nemo negare possit. qua in re illum suo tantum ingenio obsequentem tam sagaciter versatum esse cum per se vix credibile sit[1]), tum obstat quo minus credamus, quod alia eum excerptorum auxilio correxisse vel supplevisse veri simile est, alia ita comparata sunt, ut ille, nisi codice quodam usus esset, ea adscribere potuisse prorsus non putandus sit. quam ad rem stabiliendam ex accurata codicis ***v*** consideratione non nihil emolumenti capitur. ***v*** enim cum **V** et **T** ita consentit, ut primo adspectu dubites, an ex altero utro descriptus sit: tantus est trium illorum codicum vel in omittendis vocabulis vel in prave scribendis consensus[2]). nec tamen res ita se habet. ***v*** omnes fere Vaticani correcturas (**V**²) amplexus est, **T** non omnes recepit; itaque permultis locis in ***v*** leguntur quae ex **T** hauriri non potuerunt. eodem modo ***v*** nonnumquam a **V** ita discrepat, ut scriba

[1]) Credidit autem Kiesslingius, qui p. VIII haec habet: 'Ipse vero **T** mendis scatebat, quae recentissimus saeculi XVI corrector (***τ***) tollere sedulo conatus est. has correcturas, quibus innumeris fere locis ex c o n i e c t u r a genuina Senecae scriptura restituta est, Schottus fere omnes in verborum ordinem recepit'.

[2]) Bursianus, postquam codicem ***v*** ex vetusto libro descriptum esse dixit, haec addidit p. XVI: 'Vetustum autem illud exemplar, quod aut ipse codex **B** fuit, quem olim Cusanum fuisse supra dixi, aut alius huic simillimus, satis fideliter expressisse videtur librarius, saepe coniecturis suis supra lineam positis: Graeca qualia invenit descripsit, litteris tamen minusculis in locum maiusculorum *(sic)* substitutis, velut suas. 1, 6 (p. 525, 3) ita exhibet: χυρις οζευϲ τι ιγαληιερασου ιερα σου ϲεμεληγα προιρογειχεν.' hanc sententiam perversam esse Fridericus Haase certis argumentis demonstravit (Lit. Centralblatt 1858 p. 73). erraverat autem Bursianus, quia codicem obiter inspexerat; nam si vel solam primam eius paginam accurate contulisset, novitate ac miraculo attonitus et de origine et de auctoritate codicis ***v*** aliter iudicasset. tribus enim primis primae suasoriae paragraphis hae rectae lectiones in ***v*** inveniuntur (quae in **B** depravatae sunt): *terras ultraque* — *nouam* — *facile ista* — *deficientis* — *figurae* — *quae* — *ita est* — *oceanus post* — *te tuus* — *qua licet* — *operae est adesse* (sic in ed. Burs.) — *termini* — *desinere* — *nunc* — *horridi* — *non iuga uictor* — *calcauerit* — *experientiae* — *totius* — *testantur* — *quoque suum* — *spatia* — *fluctibusque saeuiat*. ***v*** neque ex **B** neque ex codice 'illi simillimo' descriptus, sed ex eadem stirpe ac **V** ortus est.

nec errore lapsus nec corrigendi studio ad mutandum deductus esse possit, et his ipsis locis **v** saepe, ne dicam semper, cum **τ** consentit. quae cum ita sint, ut rem breviter absolvam, 1. **v** nec ex **V** nec ex **T** lectiones suas sumpsit, sed ex alio libro illis simillimo, qui vel ipse ex correcto codice descriptus erat vel multas correctiones in marginibus interve lineas continebat; 2. $\mathbf{V}^2$ non ex coniectura mutavit, sed vetusto exemplari usus est, fortasse eodem, ex quo **V** descriptus est. veri autem similius esse dixerim $\mathbf{V}^2$ et **v** ex eodem codice ($\mathbf{x}^2$) hausisse, si eum correctum esse statuamus, postquam $\mathbf{V}^2$ eo usus est et antequam **v** eo uteretur; 3. **τ** aut illum librum adhibuit, ex quo **v** sua petivit, aut, id quod ego quidem pro certo habuerim, ipsum **v** (**D**) et praeter eum alium, quorum scriptura plenior fuit quam **C** et nonnullis locis rectior (**τ** non solum cum **M** sed etiam cum **AB** interdum conspirat)[1]). fortasse igitur hoc modo libri ordinandi sunt:




[1]) Cf. H. J. Müller ann. phil. 1878 p. 547 seq., cui Bursianus — mirabile dictu — non assensus est Jahresb. über die Fortschr. d. Altertumsw. 1880 II p. 130. at recte me iudicasse ex hac editione cuivis exploratum erit. duorum pluriumve codicum a **τ** rationem habitam esse ex eo quispiam cognosci crediderit, quod lectionibus, quas in margine **τ** perscripsit, saepe *al'* (i. e. *aliter*) vel *l'* (i. e. *vel*) additum est. pleraque ab eadem manu eodem atramento scripta sunt; quae vero in ipso textu correcta vel in rasuris scripta leguntur, ea ad alium correctorem ($\tau^2$) aeque vetustum referenda videntur esse, qui atramento diversi coloris utebatur. quae manus recentissima nonnullis locis adscripsit, ea neglexi, cum haud dubie ex editionibus in codicem translata sint. ceterum recte omnes rasuras, quibus prior scriptura correcta est, ad **τ** relatas esse quis dicat? at cum **τ** data opera in emendando versatus sit, has quoque eius correcturas esse certe credibile est.

quae dixi si recte disputata sunt, nec **V**² nec *v* nec *τ* in arte critica factitanda neglegi licere perspicuum est, et magna haud dubie iis auctoritas tribuenda esset, si certo sciremus omnes eorum scripturas ex codicibus esse petitas. nunc is, qui codicem *v* 'undecim diebus', ut ipse ait, raptim exaravit, se multa correxisse disertis verbis pronuntiavit, atque **V**² et *τ*, qui suum uterque codicem ab initio usque ad finem castigaverunt, nonnulla ex coniectura emendavisse propterea putandi sunt, quod, cum correctoris non scribae munere fungerentur, plurimis locis alieno auxilio omnino carere potuisse videntur. qua re quamquam eorum auctoritas paululum imminuebatur, tamen, ne temere ageretur, omnem eorum discrepantiam adnotandam esse iudicabam. et omnia, quaecumque **V**² et *τ* adscripserunt, in apparatum criticum recepta sunt[1]) (*τ* sescentis, **V**² permultis locis manum scriptoris feliciter restituisse quis infitiabitur?); codicis *v* lectiones addere non potui, cum idoneum virum non nanctus sim, qui describendi illius libri onus in se reciperet. atque primo vehementer dolebam et tristis eram, deinde coeperam me consolari et, qualis est natura hominum, mihi persuadebam codicis *v* scripturas minus graves esse, quod iis locis, quibus a **V**¹ vel **V**² vel *τ* discederet, aut vitia exhiberet sui saeculi propria aut lectiones cum vulgata conspirantes neque ita multa ipse nova contineret, cum subito ex angustiis ereptus sum; allatus enim ad me est codex Bruxellensis (**D**), quem adeo in omnibus rebus, etiam in correcturis, cum *v* consentire, ut maior similitudo inter fratres gemellos cogitari omnino non possit, quo minus speraram, eo maiore cum gaudio animadverti[2]). itaque codicem **D** in locum codicis *v* succedere

---

[1]) Cum codicis **T** rarissime mentio facta sit, monendum est iis locis, quibus *τ* commemoretur, **T** aut idem habere quod **V** (**V**²) aut id ipsum sua incuria depravatum.

[2]) Quae supra de origine codicis *v* disputavi (p. XVIII seq.) si recordati erimus, non dubitabimus, quin codex **D** codicum **V** et *v* affinis sit, neque Bursianum audiemus, qui p. XIIII haec dicit: 'Ex ipso codice **B** saeculo XVI, cum nondum perisset folium illud quod nunc desideratur post fol. 166, de-

iussi et universam eius scripturam praeter manifestos librarii errores et propriam eius in verbis scribendis discrepantiam adnotavi ne foedis quidem illis interpolationibus omissis, quas scriba, ut corrupta verba sanaret, ex archetypo suo in vocabulorum tenorem recepit. novum sane est eiusmodi commenta, quae risum potius ac stomachum legentibus moveant quam considerandi stimulum subiciant, in apparatum criticum intrudi; nec tamen, quamvis invitus fecerim, recipere ea non potui, cum iis ad codicis **T** correctiones (*τ*) recte aestimandas opus sit.

9. Codices Schotti Augustodunensis, Brugensis, Covarruvianus, Vaticanus. de duobus eorum diximus (Covar-

---

scriptus esse videtur'. immo rem longe aliter se habere in propatulo est. duo autem argumenta affert Bursianus, quibus sententiam suam confirmet: primum quod **D** ante controversiam nonam aeque ac **B** habeat *omissa praefatione et epistula controuersia haec est*: at ita omnes codices (omnesque fere editiones veteres) exhibent — praeter **B** (in quo particula *et* a librario omissa est); deinde quod p. 493, 5 traditum sit *religionis* **BD** (pro *rei publicae*) et in eadem controversia p. 498, 17 *respondit* **A** (deest in **B**) *relligio* **D** (pro *res publica*): at priore loco *religionis (relligionis* **D**[1]*)* in omnibus libris (**ABD**[2]**V***v*) est, ac posteriore loco in **B** *religio* fuisse imprudentis est statuere, cum nihil suspicari liceat nisi in **B** idem scriptum extitisse atque in **A**. Bursianus autem, si illud argumentum contr. 10, 5 totum ex **D** descripsisset, in ultimis duobus verbis sine dubio haesisset; haec sunt (p. 493, 10) in **AB**: *p. laesae,* in **D**: *relligionis (religionis* **D**[2]*) laesae*. ceterum **D** cum *v* non solum cognatione coniunctus est sed cum eo ita congruit, ut non absonum sit opinari **D** ex *v* descriptum esse. quae sententia eo stabiliri videtur, quod in **D** et *v* multae correctiones eodem modo isdemque litteris, nonnullis locis etiam eodem rubro colore superscriptae, interdum aliquot litterae vel vocabula spatio vacuo relicto omissa sunt. hoc si ita se haberet, qui codicem **D** exaravit munere suo perquam diligenter functus esset; nam cum in *v* paene nullum vocabulum sine compendio esset scriptum, recte intellegere saepe difficile erat, neque quisquam miraretur, si sescenti errores in **D** deprehenderentur. nunc *v* et **D** omnino conspirant. praeterea non erat, quod **D**, si codice *v* usus esset, vocabulis Graecis abstineret; ea enim in *v* ex parte planius scripta et faciliora sunt ad agnoscendum quam verba Latina. denique, id quod summum est, uterque codex ex libro 'satis vetusto, sed mendoso' descriptus est; hoc in *v* commemoravit scriba, in **D** is, qui librum 'describi curavit'. iam evincitur *v* et **D** eiusdem codicis apographa esse atque ea profecto religiosissime facta.

ruvianus idem est, quem nunc Toletanum nominamus); Vaticanus neque cum **V** neque cum *v* (**D**) omnino consentit, si modo collationi Schottianae fides habenda est. Augustodunensis ubi nunc adservetur, nescio: Augustoduni iam non videtur esse; cf. Lettres françaises inédites de Joseph Scaliger, publiées et annotées par Ph. T. de Larroque (Agen et Paris 1879) p. 245.

In genus ac stirpem quattuor horum codicum qui sane sollerter inquisivit A. Hoefig[1]) rem non ita absolvit, ut sententia eius probari possit. ex uno omnes illos archetypo tamquam fonte ductos esse certis ille quidem argumentis demonstravit; sed quae inter singulos necessitas intercederet, ex variis, quas Schottus proposuit, illorum librorum scripturis perspicere non potuit. neque enim satis multae eae sunt et saepissime carent fide, id quod codicibus **T** et **Br** inspectis nunc pro certo affirmari licet[2]). ex Schotti Vaticano editionem Romanam expressam esse, id quod Hoefigius statuit, ut credibile est, ita incertum; nam, nisi omnia fallunt, is liber ex eodem codice ($\mathbf{x}^2$) originem duxit, ex quo $\mathbf{V}^2$ et *v*. Augustodunensem omnium deterrimum fuisse Schottus et Hoefigius consentiunt.

Librum A u r e l i a n u m, qui a Gronovio et Schultingio passim laudatur, nullum esse, hoc recte et sagaciter idem Hoefigius perspexit.

10. **E** = controversiarum excerpta, quae qui saeculo IIII vel V confecit plerumque Senecae verba integra retinuit, nonnumquam vel leviter mutavit vel prorsus corrupit. quare, quamquam in excerptis adhibendis cauto semper subtilique iudicio utendum est, tamen in iis, quae epitomator scripsit, ad lectiones codicis **C** emendandas non mediocre adminiculum inesse apparet.[3])

---

[1]) Cf. Arminii Hoefigii 'De Senecae rhetoris quattuor codicibus manu scriptis Schottianis ad Fridericum Haasium professorem Vratislaviensem epistula'. Gorlicii 1858.

[2]) Multa se, si Bursiani editionem prius novisset, vel mutaturum vel omnino abiecturum fuisse Hoefigius ipse profitetur.

[3]) Ad verba Senecae in formam integram restituenda quantum auxilii ex **E** peti posset, neque veteres intellexere (cum risu nunc, ut unum nominem,

In controversiarum et suasoriarum textu, quem vocamus, constituendo hanc legem mihi observandam esse iudicavi, ut codicis **C** lectiones eruere studerem iisque, cum pravae esse viderentur, recentiorum librorum auxilio medelam afferre conarer; per aliquot partes **M** et excerptorum codices, de quibus postea sermo erit, succurrerunt. atque archetypi scripturam **AB** haud dubie fidelius conservaverunt quam **V**, de cuius indole supra dictum est. hic enim, ut leviora quoque commemorem, non solum antiquam verba scribendi rationem (velut *transit* pro *transiit, quom, volt, ultumus, hoc* pro *huc,* alia; etiam *ingeni* pro *ingenii*) paene funditus sustulit et in vocabulis compositis genuinam praepositionum formam assimilando, ut aiunt qui nunc sunt grammatici, constanter mutavit sed etiam, id quod fidei eius multum detrahit, verba corrupta interdum manifesto interpolavit aut etiam, quae quidem intellegi non possent, de industria omisit. itaque, etiamsi magnus sine dubio fructus ex **V** capitur, tamen codicum **AB** auctoritati magis parendum est, qui, quamvis multa neglegenter scripta et interdum (sed in **B** paulo rarius quam in **A**) ipsorum librariorum pravo iudicio leviter mutata exhibeant, tamen in universum, praesertim cum interpolationibus, quae recte vocantur, prorsus fere careant[1]), archetypi imaginem repraesentent et clariorem et veriorem.

II. Codices alterius classis, qui continent excerpta controversiarum et praefationes librorum I, II, III, IIII, VII, X.

1. Codex Montepessulanus (**M**) bibliothecae scholae medicae Montepessulanae nr. 126 membranaceus, formae quadratae, qui saeculo VIIII, ut Librio videtur, saeculo X, ut Bur-

---

Schultingii cavillationes legimus) neque recentiores ante Vahlenum et Kiesslingium. ceterum epitomatorem nec satis perite nec satis diligenter in negotio suo exsequendo versatum esse, qui haud raro sententias tam arte cum aliis conexas, ut sine damno ab illis divelli non possent, nexu illo exsolutas ita posuisset, ut legentibus ineptae omnique sensu destitutae viderentur, recte dixit Bursianus p. VIII.

[1]) Cf. p. XXXI adn. 1.

siano et Schenkelio videtur, scriptus est. excerpta continentur foliis 89r—115r; praecedunt declamationes Quintiliani. codicem manus altera (**M**²) brevi postquam scriptus est, fortasse eodem saeculo, correxit; manus tertia (**M**³), quae etiam plura menda sustulit, multo recentior est. — Librum contulit Carolus Schenkl.[1])

---

[1]) Codicem **M** Schenkelius his verbis descripsit:

'Der Codex enthält zuerst die Declamationen Quintilians, dann von fol. 89r an die Excerpte aus den Controversien Senecas nebst den Präfationen zu Buch I—IIII, VII und X. — Die Handschrift ist in Pergament (nicht steif) gebunden; 38 Zeilen durchaus, also aus derselben Schreiberschule; Höhe 27 cm, Breite 23 cm. — Vor dem Codex ein Papierblatt, dann zwei neue Pergamentblätter; das erste der letzteren ist teilweise ausgeschnitten, auf dem zweiten eine Notiz des Bibliothekars S. Hühnholtz vom 7. September 1845, dafs das Manuscript in seiner gegenwärtigen Gestalt 116 Blätter enthalte.

Erster Quaternio (a auf fol. 1v von m³). fol. 1r gänzlich braun; es hatte bereits vor Pithous Zeiten als Deckblatt gedient und war sehr abgerieben, weshalb es dieser mit Reagentien behandelte. An denjenigen Stellen, die schon früher abgerieben waren, gelang es ihm nicht, die Schrift zu entziffern. Auch nach der Behandlung mit Reagentien diente das Blatt als Decke, daher die braune Farbe an mehreren faltigen Stellen wieder abgerieben wurde. Die Schrift ist dort, wo Pithou selbst noch las und dieselbe seither nicht abgerieben wurde, schon bei blofser Befeuchtung zu lesen; es ergab sich z. B., dafs dem *manifestum est,* mit dem Pithou seinen Text beginnt, noch etwa sieben schon zu seiner Zeit gänzlich unleserliche Buchstaben vorangehen. Ein geübter Palimpsestleser würde ohne Zweifel einen grofsen Teil des von Pithou Gelesenen wieder zustandebringen. — fol. 1v: der linke Rand mit Reagentien von Pithou, dann stellenweise nochmals mit einem zweiten chemischen Mittel bearbeitet; ebenso fol. 2r. Das zweite chemische Mittel zeigt dunklere Färbung, läfst die Buchstaben deutlich hervortreten, frifst aber das Pergament durch. Auf fol. 1r und 1v sind zwischen *Sermones* und *Declamationes* häufig ganze Zeilen frei gelassen; die Titel von m³ ergänzt. fol. 1r oben *P. Pithou,* desgleichen auf fol. 2r oben, wo von einer Hand des XIIII. Jahrhunderts geschrieben steht: *Sanctae Mariae . . .* (?). Über den ganzen unteren Rand von fol. 1v und 2r von einer Hand des XII. Jahrhunderts (Ende): *Liber Sancti Theoderici, auferenti sit anathema (sit anathema* von anderer Hand auf einer Rasur). Darunter von einer Hand des XV. Jahrhunderts (oder später): *Ex libris collegii oratorii Trecensis;* daneben

2. Codex Admuntanus ($\alpha$) bibliothecae coenobii Admuntani

---

gleichaltrig: *Declamationes Quintiliani Senecae et Calpurnii;* rechts am Rande der Stempel von Montpellier. — fol. 3$^v$ *fecit exemplum CCXLVIII* (die erste Zahl, die vom Schreiber selbst eingetragen ist; fol. 2$^v$ *CCLVII* rührt von anderer Hand her); dann eine Zeile leer, darauf *octo anni dulcis inprudentiae.* — fol. 8$^r$: a (Signatur von m$^3$), fol. 9$^r$: b (m$^3$).

Fol. 16$^v$: II, Signatur von m$^2$ (der Quaternio war schon einmal auf der verkehrten Seite angeschrieben worden; der Schreiber löschte dies aus und drehte ihn um); fol. 24$^v$: $\overline{QT}$ III (m$^2$); fol. 32$^v$: IIII, fol. 40$^v$: V, fol. 48$^v$: VI, fol. 56$^v$: VII, fol. 64: VIII, fol. 72$^v$: VIIII (scheint von m$^3$), fol. 80$^v$: $\bar{Q}$ X (mit dunklerer Tinte), fol. 87$^v$: XI: alles von m$^2$, wo nichts anderes bemerkt ist. Übrigens hat m$^2$ sonst gelbe Tinte; wo jedoch im Text der erste Corrector, d. h. der Revisor, nach den Originalen dunkle Tinte gebraucht, da ist auch die Quaternionensignatur dunkel. Vielleicht haben sich Abschreiber und Revisor in die Arbeit geteilt; der Codex ist durchaus nicht von ein und derselben Hand geschrieben.

Fol. 88 ist nur zum kleineren Teile erhalten, es schliefst mit *pret//* (*io* ausradirt) *matrem,* dann m$^2$: *habet hucusque controuersias numero CXLIII hic iam incipit Seneca decem retorum feliciter* (von *hic* an in Majuskeln). Darunter ist ein Streifen angeheftet, auf der eine nachzutragende Stelle aus Quintilians 272. Declamation steht (*quis hunc in macre . . . non soluerit:* p. 115, 16—117, 10 R.). Auf der Rückseite des schmalen Streifens (fol. 88$^v$) hat m$^3$ den Anfang der ersten Praefatio (bis *ab illis dicta colligere* in § 1), der ausgelassen war, ergänzt. Alles übrige ist unbeschrieben. — fol. 89$^r$ *Seneca Novato Senece fi* (in Majuskeln, vielleicht von m$^2$); vom ganzen fol. 89 ist die äufsere Hälfte abgerissen.

Fol. 96$^v$: A (dunkle Tinte, m$^2$?); fol. 100$^v$: B (dunkle Tinte, m$^2$?), nach *explicit liber IIII* (Majuskeln) 6 Zeilen leer; fol. 108$^v$: C (dunkle Tinte, m$^2$?); fol. 115 zur Hälfte erhalten, 17 Zeilen beschrieben, Rückseite leer; fol. 116 (letztes Blatt des Quaternio) teilweise mit Reagentien behandelt zu zwei verschiedenen Zeiten: *incipit ex Calpurnio Flacco excerpta X rethorum minorum uxor tyrannicida* (Majuskeln).

Am Ende zwei neuere Pergamentblätter, auf der Rückseite des ersten steht: *titi liuii de secundo bello punico* (Hand aus dem Anfang des XV. Jahrhunderts, Urkundenschrift. Die Blätter sind palimpsest, waren nur auf einer Seite beschrieben, jetzt in der Zeilenrichtung gebrochen).

Der Codex ist von einem ganz unwissenden Schreiber geschrieben, dann corrigiert von einer Hand (m$^2$) ganz derselben Zeit, die sich einer hellen Tinte bedient und leicht kenntlich ist; die Schriftzüge sind denen

nr. 221 membranaceus, qui saeculo XII scriptus est.[1]) — Librum contulit M. Petschenig.

3. Codex Parisinus (**P**) bibliothecae nationalis lat. 7836 (antea Colbertinus 3933) membranaceus, qui saeculo XIII scriptus est. — Librum contulit H. J. Müller.[2])

---

der m[1] sehr ähnlich. Entschieden jünger ist m[3]; dieselbe bedient sich einer dunklen Tinte und hat grobe Schriftzüge. Die Farbe der Tinte ist mitunter braun geworden, so dafs man zweifeln kann, ob nicht zwei m[3] thätig waren, die erste mit brauner Tinte und grober Schrift aus dem XII. Jahrhundert, die zweite mit schwarzer Tinte und sehr grober Schrift aus dem XII. bis XIII. Jahrhundert.'

[1]) Cf. K. Hoffmann, Festprogramm des k. k. I. Staatsgymnasiums in Graz 1874 p. 169 seq.; C. Bursian, Jahresbericht über die Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft 1880 II p. 132 seq. — Subscriptio excerptorum haec est (fol. 48[r]): 'collatus et emendatus est anno christi MCLXII'. in ultimo folio a manu saec. XIII—XIIII ea scripta sunt, quae in Hoffmanni opusculo leguntur; in suprema pagina eadem manus addidit: 'ad sanctum blasium pertinet iste liber, videlicet in admunt.'

[2]) Collationem codicis **P**, quam Bursianus in editione sua evolgavit, nullam esse mallem: errores numerari non possunt, nedum enumerari; confusio tanta est, ut Bursianum praeter **MPS** alium quendam codicem excerptorum descriptum habuisse eiusque lectiones pro lectionibus codicis **P** in adnotationibus posuisse crediderim. quod iudicium ut confirmem, pauca haec commemoro: p. 10, 9 ac] **P** (*at Bursianus adnotat:* et **P**). — p. 98, 1 nisi] *ita quattuor litteris exhibet* **P** (*at Bursianus*: ni **P**). — p. 99, 20 scribe potius] **P** (*Bs:* potius scribe **P**). — p. 105, 5 et] **P** (etiam **P**). — p. 192, 15 enim] **P** (*om.* **P**). — p. 193, 9 *prius* est] **P** (*om.* **P**). — p. 196, 5 et] **P** (*om.* **P**). — p. 202, 4 pudiciciam suam] **P** (suam impudicitiam **P**). — p. 202, 15 futuram eius aestimabo pudicitiam; interim, quod negat, conperi inpudicam] futura etus aestimabo iuditia interim quod rogat conperit inpudicam **M** futura enim estimabo iudicia interim quod rogat conperit inpudicam **S** *haec omnia desunt in* **P** (frustra aestimabo esse indicia si tantum qui rogat comperit pudicam **P**). — p. 211, 4 et] **P** (*om.* **P**). — p. 216, 10 alium potest] **P** (potest alium **P**). — p. 217, 16 hic has] **P** (hic ⟨mihi⟩ has **P**). — p. 219, 13—14 domum tuam] **P** (tuam domum **P**). — p. 230, 8 interesse] **P** (*om.* **P**). — p. 232, 2 illorum] **P** (eorum **P**). — p. 234, 2 haec] **P** (hoc **P**). — p. 235, 14 deprehensus] **P** (*om.* **P**). — p. 239, 12 et] **P** (etiam **P**). — p. 246, 13 decreti] **P** (decreti ⟨sunt⟩ **P**). — p. 259, 11 fecere] **P** (fecerunt **P**). — p. 263, 3 sibi causam] **P** (causam sibi **P**). — 265, 3 violatum corpus] **P** (corpus uiolatum **P**). — p. 355, 13

4. Codex Parisinus (S) bibliothecae nationalis lat. 16592 (antea Sorbonnianus 1586) membranaceus, qui saeculo XIII scriptus est; desinit in initio exc. VI 7 (p. 262, 22: *actio*). — Librum contulit H. J. Müller.[1])

5. Codex Berolinensis (*β*) bibliothecae regiae manuscr. Diez. C fol. 4 membranaceus, qui saeculo XIIII scriptus 87 foliis constat. in eo inest 'expositio fratris nicholai treureth[2]) ordinis praedicatorum super libros declamationum lucii annei senece gorduensis', ex qua ipsa nihil nunc utilitatis capitur, nisi quod nonnullis locis Senecae verba, quae ab illo explicata sunt, ex adnotationibus certius agnoscuntur quam a scriba proposita sunt. continentur autem hoc commentario excerpta cum praefationibus ita, ut paucis exceptis locis, quibus sine lemmatis res enarrantur[3]), ne

liberti] P (libertini P). — p. 368, 12 deflet] P (*om.* P). — p. 437, 20 sint] P (sunto P). — p. 438, 8 distrahantur] distruntur, *sup. prius* t *virgula eras.*, P (distrahuntur P). — p. 439, 10 in arcem cum duobus filiis] P (cum duobus filiis in arcem P). — p. 443, 4 habet hoc] P (in hoc P). — p. 443, 21 filium habebat] P (habebat filium P). — p. 443, 22 alteram] P (aliam P). — p. 512, 5 debes] P (potes iam P). — p. 514, 10 ledit ego] P (laesit ergo P; ego *a se correctum esse dicit Bs*). — p. 514, 15 me tam iam] P (metam, u *superscr. sup.* a, iam P).

[1]) Bursianus, qui ipse quoque codicem S contulerat, lectiones eius cum aliis locis saepenumero commemoravit, tum in praefationibus librorum primi et secundi integras proposuit. quem librum quoniam nulla omnino fide dignum esse sibi persuaserat, quid mirum, si in eo describendo temporis aut operae multum consumere noluit! at omni fide non caret, quamvis eum interpolationibus maculatum esse perspicuum sit, ac Bursianus, cum scripturae varietatem adferre in animo haberet, certe accuratius eam enotare debuit.

[2]) In exordio praefationis scriptor nominatur 'nicholaus. treueñ. fratrum praedicatorum minimus'; in codice Parisino Sorb. 910 (saec. XIIII) fol. 37[r] legitur: 'fratris nicholai de treuet fratrum praedicatorum minimi expositio declamationum senece'; in codice Guelferbytano (Gud. 171) 'nicolaus treueht' nominatur, si Eberti notam (v. i.) recte intellexi. aliae huius nominis formae sunt *treveth, trevet, traveth, trivet*; cf. Scriptores ordinis praedicatorum (ed. Iacobus Quetif et Iacobus Echard, Lutetiae Parisiorum 1719) I p. 561 seq.

[3]) Discrimen igitur intercedit inter *deest in β* et *om. β*, quae in apparatu critico scripta leguntur. in codice Guelferbytano per primum controversiarum librum lemmata enotata sunt, in ceteris libris textus desideratur.

minima quidem particula omissa sit continuaque verborum series ex eo possit enucleari. itaque minime neglegendus esse mihi visus est, quamquam non plus emolumenti ex eo redundat, quam ut aliquot vulgatae lectionibus auctoritas codicis adstruatur. usus autem est Nicolaus de Trevet Anglus (1258—1328) uno quodam exemplari, sed interdum ad emendandam vel examinandam scripturam alios codices adhibuit.[1]) — Librum contulit H. J. Müller.

Excerptorum codices extant permulti[2]). omnium longe optimus **M** est, cum interpolationibus, quibus reliqui scatent, prorsus

---

[1]) Nonnullis locis duplex scriptura proposita est, quam quidem ipsam in exemplari suo potest invenisse; identidem autem plures libri commemorantur. velut in praefatione haec leguntur: 'numerus librorum uidetur senarius secundum sex prologorum numerum. tamen in aliquibus libris significantur (significant *cod.*) VIII. in aliquibus uero .x. quarto in tres et quinto similiter in tres propter prolixitatem diuisis'; ad contr. 8, 5 (p. 366, 13) *a patre coacto recipi* (sic!) adnotantur haec: 'aliqui tamen libri habent: nisi a patre coacto non recipiuntur'; ad contr. 9, 1 (p. 433, 1), cum *β infelicitas* exhibeat: 'aliqui libri habent talem lectionem: *redemptus cimon redemptoris felicitas* et sic corrigunt, sed sensus, ut mihi videtur, non ita bene congruit praesenti, cum infra extra controuersiam notatur *socer infelix,* non *felix*'; ad contr. 9, 2 (p. 435, 11): 'aliqui libri habent *abicio* i. e. omitto'. — Bursianus p. XVIIII: '(N. de Trevet) haud pauca ex arbitrio suo immutasse videtur'; hoc recte dictum esse non puto, cum ex aliorum librorum comparatione cognoscatur scriptorem verba eius codicis, quo utebatur, religiose servasse.

[2]) In bibliotheca Vaticana quattuor adservantur; cf. p. XXX. — In Pinciani ad Senecae declamationes adnotationibus veterum librorum lectiones proponuntur, quae ab iis, quas mei codices exhibent, diversae sunt, sed proxime ad codicem **S** accedere videntur. — Excerpta ex declamationibus inveniuntur in codicibus Parisinis: *γ*, *μ*, *π*, *σ*; bibl. nat. lat. 8542 saec. XIII fol. 184r seq. (idem codex catalogum saec. XII coenobii montis S. Michaelis exhibet, in quo 'Senecae ad Novatum lib. I' commemoratur; hic utrum Senecae patris 'declamationes' an Senecae filii libros de ira continuerit, non liquet); bibl. nat. lat. 15730 saec. XIII fol. 148r seq. (continet praefationes librorum I, III, IIII integras, librorum II et VII decurtatas); bibl. nat. lat. 17903 saec. XIII fol. 126r seq.; bibl. nat. lat. 18534 (olim Nostradamensi 188). — Inter codices Guelferbytanos quinque sunt, qui excerpta Senecae rhetoris exhibent: duo saec. XII (12, 6 ms. Aug. 4 et Gud. 168), unus saec. XIIII (Gud. 10), duo saec. XV (44, 24 ms. Aug. fol. et Helmst. 373); praeterea 'scholia in declamationum libros X'

liber sit. huius codicis lectiones diligenter omnes adnotavi. nec tamen reliquos neglexi, cum et complura in **M** perierint et satis multa in **M** perperam scripta ex uno vel altero recentiorum codicum medelam accipere viderem. quamquam, si quis omnes rectas scripturae vulgatae, quae dicitur, lectiones codicum auctoritate stabilire cuperet, non pauci codices ei consulendi essent, certe plures, quam quarum variae lectiones cum utilitate legentium adnotarentur omnes. via quidem et ratione ars critica sic procederet nec tamen plus proficeretur, quam ut planius fieret, id quod nemo dubitat, eos viros doctos, quorum industria et studio vulgata constituta est, consulte egisse et libris manu scriptis potius quam sua sapientia ad excerptorum verba conformanda usos esse. ut autem huius generis codicum natura et indoles cognosceretur, codicis **P** lectiones ubique, librorum autem *αβν* discrepantias per eas tantum partes, in quibus **C** aut deest (praef. libr. I, II, III, IIII) aut in comparationem adhiberi nequit (exc. libr. III, IIII, V, VI, VIII), proposui universas (in reliquis partibus potiorem eorum scripturam commemorasse satis habui). ad iudicandum, quae cognationis ratio inter excerptorum codices intercedat, nec haec sufficiunt nec ea, quae ex aliis libris electa hic illic addidi (plenam adnotavi scripturam per totum eum librum vel totam eam praefationem, cuius in superscriptione mentio codicis illata est). addita autem ea esse moneo, non tam ut ars critica magnopere adiuvaretur, quam ut imago quaedam horum librorum exhiberetur, quorum ut cognationis inter se vestigia dignoscuntur, ita diversae originis signa comparent.[1])

(Gud. 218) saec. XIIII; cf. Ebert, Bibliothecae Guelferbytanae codices Graeci et Latini classici (Zur Handschriftenkunde tom. II, Lipsiae 1827) p. 145 seq. — Denique commemoro bibl. univ. Heidelbergensis mscr. Salem. VII 104; bibl. univ. Basileensis F IV 14; bibl. regiae Berolinensis mscr. Diez. B 6 (XV. saec.).

[1]) Ex iis, quae praesto mihi sunt aliorum codicum recentiorum collationes, plura adferre nolui, ne 'discrepantia scripturae' nimis augeretur. neque utilitatis multum inde capi posse ut cognoscatur, has commemoro librorum Vaticanorum, quos Carolus Lehmann Berolinensis excripsit, lectiones:

Quod ad vocabulorum scribendorum rationem attinet, qui scripturam per totas controversias et suasorias aequalem esse

---

Vatic. 1771 (saec. XV; cf. **P**): p. 1, 3 secae. — 4 iocundam. — 5 clamatoribus. — 8 sunt. — 9 mihi iocundum. — p. 2, 1 ex me. — 3 inter. — retuli. — 5 prima. — 9 meum conuene | nerant. — dictos. — 12 acceperam. — 13 solebat . . . (= **O**, *sed* hunc *pro* nunc *cod. Vat.*). — nunc et. — p. 3, 2 inter. — 3 ingeratur. — 8 occurrerent. — 9 quicquid. — 10 fortasse *om.* — 12 sed. — 14 se *om.* — occipere. — 20 priores. — p. 4, 3 eloquentia se retro tulerit *om.* — quicquid. — 6 adtulerunt. — 8 premium. — 9 occidisset. — 10 in rebus omnibus perpetuaque. — 12 ascendant. — 14 langorque. — et langore. — 16 et *om.* — p. 5, 1 excolere. — 3 quid] quis. — 4 molliti et eneraes et quod. — 5 nec dii. — 6 candant (*post.* n *del.*). — 8 oraculi] oraculis. — 9 diuina uoluntas. — 12 mi fili. — p. 6, 1 uiribus. — 2 factas. — 3 sic sacerrimam. — 5 facundie uiris. — 6 priuatum. — 7 iminet. — 11 notissima. — 13 nec. — 15 inter. — continui. — alioquin. — 16 declamare audisse potui illud ingenium. — p. 7, 1 ⟨et⟩ cognoscere. — 3 nec tales. — 5 quod (*corr. ex* quos) nos exercemus. — 11 destinguit. — declamare est. — 13 ⟨uero⟩ uere. — 14 cepit. — p. 8, 2 cogor. — a *om.* — 5 utraque parte. — 7 cum ⟨uero⟩ ad scribendum se concitauerat. — 9 dimiserat. — 11 agrestes. — 12 perueniebat ⟨et in tantam peruenerat⟩ (et in tantam peruenerat *del.*). — 14 at ⟨uero⟩ cum sibi manum iniecerat. — blandiendo. — 15 quo abduxerat ⟨reuocabat⟩ tantis.

Vatic. 1773 ($\lambda$; cf. **NS**$\beta$): p. 9, 1 animum] cum (*del.*). — 3 feminarum (mi *del.*) $\lambda^1$. — hillaritate (*prius* l *del.*). — 4 manifestus $\lambda^1$. — dicebat. — 6 atque] et. — concupiebrat (b *del.*). — 9 *prius* et *om.* — 12 ideoque ⟨eum⟩ nunc | quam. — 13 sed surda *om.* — 14 neglegentia] nec gloria $\lambda^1$. — infuscata non natura. — 16 uidebatur. — crescebat. — 17 aggrestem hispanie. — p. 10, 2 ⟨usque⟩ ad. — perduceret (t *del.*). — 3 ⟨olei⟩ unctione. — 6 quin] cum. — 9 ac] et. — et *om.* — confuderat. — 10 ei] et. — 11 ⟨sed⟩ plurimum adiuta arte. — 12 edidiscerat (s *del.*). — id eo] cum id. — 13 uideri possit. — 14 ⟨sed⟩ quo (sed *del.*). — illi ⟨quidem⟩ qui. — 15 ueniunt. — 16 que *corr. ex* quo. — afficiant. — p. 11, 4 iam. — 5 scribere in animo. — 6 cogitabat $\lambda^1$. — 8 nominare. — 9 semel *om.* — ascenderant. — 10 ⟨o⟩ iuuenes. — 11 in illo mirari. — uobis ⟨mirum⟩ uidetur. — 14 pirro. — 16 salutauit. — aut *om.* — quid ille. — 17 e *om.* — 18 poterat. — aut quid. — p. 12, 1 sifinna. — actione. — 2 per *om.* — 3 nullo falleretur. — 4 recensuit *ante* argentariis (*v. 3*) *pos.* — 4 dicere. — 6 uideor de latrone meo. — 7 desideratis. — prouideram futurum. — 8 ⟨a⟩ memoria. — 9 euellerer. — nec (tamen nec his contentus ero). — 11 illum ⟨donum⟩ unum. — 12 opinioni. — 16 questiones — 18 facile *om.* — fuit. — 19 iudicium audientis. — p. 13, 1 proponentur

volet, is **V** ducem eliget; si id agitur, ut, quid in archetypo fuerit, cognoscatur et id, si recte se habere putandum sit, retineatur, non **V**, sed **AB** respiciendi sunt[1]). et hoc ego quidem

— excedit. — 5 tot et tantis superstrum̄tis. — 6 mollibus. — 8 dissimulata *om.* — 10 aliquibus. — questiones. — illis. — 11 subtextam *(post.* t *del.)*. — 12 propositum ⟨tam meum quam uestrum⟩. — quicquid. — 13 abduxero. — 14 amaret sententias. — 15 marillum. — paucissime. — 17 est me. — 18 ponere] habere. — 19 mehercule. — p. 14, 1 dicebant (n *del.*). — quammaxime. — 2 marilli possint. — 3 aliquo die *add.* — epich$^{e}$emata. — 4 emptimemata. — 5 translatiuas. — 6 ipsa *om.* — et *om.* — 7 illo. — 8 suppellectilem *(prius* p *del.)*. — 9 scemata. — quoque per se quaecumque] persequi et cum. — 10 reciperet *om.* — 11 carius | se. — et *om.* — habundauerit. — 12 ⟨eius⟩ fuit. — orationi. — 13 discedere. — 14 magna suasisset utilitas schema negabat *om.* — 15 inuenta. — ut quod] ut ex. — 16 subriperet. — p. 15, 1 *prius* esse *om.* — rectam esse. — 2 diutius uos nolo morari (*om.* non sustineo). — 3 sit odiosa (*om.* res mihi). — ea ⟨autem⟩. — 4 dealcmasse meum latronem. — 5 marilli. — accepisset. — dicere diem. [*sescentiens unum vocabulum vel plura omissa sunt; ordo verborum incuriosissime mutatus est.*]

Vatic. 1769 (saec. XIIII ex.): p. 261, 14 ⟨filiam⟩ cui collocaturus. — 18 filiam collocaturus. — 19 erat ⟨confessa est⟩. — 21 *verba* factum est ... factum est *om.* — 23 ad vos] ad duos *(post.* d *del.)*. — duas *recte.* — p. 262, 1 sit] al' est. — 3 adulterio (o *corr. ex* ū). — pulcer. — 4 adulterium (i *del.*). — 6 demum] domus*; sup.* credidi adulterium *additum est* demum. — 11 cadauer *man.* 1. — credidimus *(post* di *del.)*. — 12 generium (i *del.*). — paricidio. — 14 duo] qūïd al' duo. — 18 dolor parum considerat al' dolori parum considerata. — 23 quidam *corr. ex* qui. — p. 263, 1 egrotaret *corr. ex* egrotasset. — 3 ⟨et⟩ rogauit ⟨filium, *in marg. add.*,⟩ ut sibi causam indicaret. — 4 uxorem suam. — ab adultero. — 9 al' prius amare cepi quam duxeras. — 10 praeter ⟨lectum⟩ (lectum *del.*). — 15 non esse. — 16 furiosus. — 17 collocauerit. — 23 animo] in anima *(del.)*; animo *in marg.*

Vatic. 3376 (saec. XIIII): p. 264, 6 *post.* est *om.* — 7 experta uirum aut inexperta perieras. — 10 uestem. — 12 est ad ultimum uestam. — 13 sis] sit. — es] est. — recito. — 17 scribere. — 18 quicquid. — 19 ex unis. — p. 265, 1 nec. — 3 dapnari. — corpus uiolatum. — 4 putas *om.* — 5 luxurior. — 7 *prim.* quidni] quid. — 8 parentibus. — 9 apud Caesarem *om.*

[1]) Hac in re nonnumquam **B** paulo fidelius quam **A** imaginem archetypi repraesentare compluribus locis ex scriptoris dicendi genere concludere posse mihi visus sum. ac nescio, ad utrius libri fidem augendam haec Haasii

rectius esse existimavi, dummodo ne *latuissed, inquid, ad* pro *at, aput* pro *apud* aliaque eiusmodi monstra admitterentur, qualia iam in illo principe libro (**C**), ex quo **ABV** manarunt, passim scripta fuisse apparet. haec igitur ne commemoratu quidem digna videbantur nec magis alia, quae alterius utrius propria sunt, velut **A**: *adolescens, epistola, postolo;* **B**: *accusso, dissertus, divissio, occassio, permissero* (cf. Quint. 1, 7, 20), *luxoria*; **V**: *quicquid;* **M**: *iocundus, adolescens, cuppiditas*; **C**: *iud* vel *iud.* (= *iudices*), *intelligo;* nec denique qualia in omnibus illius aetatis codicibus deprehenduntur ac saeculis sequentibus sollemnia sunt: *celum, seculum, pocius, paciencia, Sylo, temto, contemsi, dampnatus, sollempnis.* talibus sordibus apparatum onerare nolui, ne legentium oculos fatigarem animosque distraherem; fuit autem, cum ne has quidem minutias praetermittendas esse putarem, vel ut aliud vocabulum intellegi posse

---

verba valeant (Lit. Centralbl. 1858 p. 72): '**A** ist geschrieben von einem intelligenteren Schreiber, der vielleicht zuweilen aus eigener Conjectur ändert, nicht selten aber augenscheinlich das Richtigere darum bietet, weil er richtiger zu lesen verstand.' similiter Bursianus p. XII: 'Scriptus est' inquit '**A** a librario paulo minus imperito, qui haud pauca rectius quam scriptores codicis **B** descripsit, fortasse etiam leves quasdam codicis archetypi corruptelas de suo emendavit.' quod autem adiecit: 'Saepissime vero etiam incuria ac neglegentia sua nova vitia ad ea, quibus iam scatebat archetypon, addidit; quin etiam est, ubi interpolatoris munere functus esse videatur', id recte Kiesslingius vituperavit, cuius sententia prorsus probanda est p. VI haec fere dicentis: 'Iniquius Bursiani de **A** iudicium, quod bis interpolationis vestigia in **A** detexisse sibi visus est. p. 458, 14 enim scriptura *eadem uia (eadem uestigia* **B***)* ipsam Senecae manum reddit, et quod p. 402, 9 *carcerem* pro *arcem* exhibet, id ex eo interpolationis genere natum, in quod fere inviti omnes incidere solemus, ut, ubi animi intentio paulum remittitur, aliud agentes similia similibus commutemus. addere potuit alia velut p. 274, 10 spei] in spei **B** in spe **A**; p. 277, 12 scires] scirets **B** sciret si **A**; p. 277, 18 ut probem] utrobem me **B** utro homine **A**; p. 287, 9 sibi] siui **B** suum **A**; p. 292, 16 capto] capte **B** capite **A**. neque eiusdem labis **B** prorsus immunis est; cf. p. 269, 5 excusare malint quam] excusare malin quam **A** excusarem aliquam **B**; p. 323, 8 et aliae] me talie **A** me talia **B**; p. 383, 10 quoi] quot **A** quod **B**; p. 388, 14 audiuntur] audit intur **A** audit intus **B**'.

appareret, vel ut progredientis in codicibus depravationis ratio cognosceretur. idemque consilium in excerptis secutus sum, quorum codices, cum plurimi saeculis XII et XIII exarati sint, in rebus orthographicis omni auctoritate carent. in **M** autem, ut unum adferam, manu prima fere semper *adolescens* scriptum est, et quaestio oboritur, num haec huius vocabuli et aliorum paucorum similis forma in excerptis, ut in opere magistelli cuiusdam serioris aetatis, servanda sit. at **M** et neglegenter scriptus est et hac in re cum **A** congruit, nec alia excerptorum condicio debet ac potest esse, nisi ut pro partibus operis Annaeani habeantur, quae prava scriptione vel pravo scribentis iudicio deformatae ut accipere ita afferre posse videantur medelam. itaque ea, quae **M**² saeculo decimo correxit, non contemnenda esse arbitratus in excerptis eandem orthographiam secutus sum atque in iis, quae Seneca ipse scripsit. ad postremum moneo me semper *quidquid, schola (scholasticus), schema, archipirata, sepulchrum, quicquam, totiens (quotiens, sexiens), trophaeum, Xerses* scripsisse atque in Graecis verbis a (ᴀ) et ᴀ, ubi bini codices contra tertium conspirarent, uno signo (vel a vel ᴀ) reddidisse [1]): hoc brevitatis et perspicuitatis causa feci (in scribendis vocabulis Graecis, quae in **V** correctoris limam non passa sunt, mirum quantum **ABV** inter se consentiunt), illud ipsi codices suadere videbantur. fuit autem, cum in angustiis versarer. *quidquid* enim paucis exceptis locis semper scriptum extat in **AB**, *quicquid* semper in **M** et plurimis locis in **V** (ex ceteris codicibus,

---

1) Hac in re quae ego ex **V** attuli (in **D**, ut supra dictum est, omnia Graeca omissa sunt) interdum differunt ab iis, quae Kiesslingius ex accuratissima, ut ipse testari possum, Studemundii collatione proposuit. in discernendis quoque scribae correctorisque (**V**¹ et **V**²) manibus Petschenigius a Studemundio nonnumquam dissentit. ac plerisque locis res sane difficillima iudicatu est, cum **V**¹ et **V**² eiusdem fere aetatis sint, et primo Petschenigius Studemundio adstipulabatur; quo longius autem progressus est, eo magis multa ab ipso scriba (**V**¹) emendata esse sibi persuasit et retro ad initium reversus postea aliter statuit atque antea.

cum eorum in rebus orthographicis prorsus nulla sit auctoritas, haec varietas scripturae non adnotata est): iam dubium non erat, quin in ipsis controversiis et suasoriis **AB** sequendi essent, et in excerptis si alteram formam, id quod non feci, admisissem, tolerari forsitan potuerit, cum illis, si rem premere velis, non genuina scriptoris verba contineantur, sed epitomatoris stilo attrectata; at praefationes ipsam scriptoris orationem exhibent, nec ferendum videtur fuisse, si in illis *quicquid,* deinde *quidquid* exaratum legeretur. — Similiter in vocabulis, quae sunt *schola (scholasticus), schema, archipirata,* libri ita variant, ut ex eorum scriptura, quam formam scriptor ipse posuerit, pro certo statui non posse credam. paulo pluribus locis *scola* in **CM** exaratum est, sed nullus codex in altera utra huius vocabuli forma exhibenda sibi constat; *schema* nec saepius nec rarius scriptum invenitur in **CM** quam *scema*; *archipirata* multo saepius in **CM** exhibetur quam *arcipirata:* quid faciendum? Senecam *scola* dixisse et scripsisse atque litteram *h* a librariis additam esse quis dicat? quis rem aliter se habuisse non opinetur, cum ea aetate, qua codices scripti sunt, omnibus illam volgarem formam in sermonis usu fuisse veri simile sit? in re non prorsus plana ne duplicem scribendi rationem amplecterer, usitatam vocabuli formam abicere nolui. — Haud infrequens est *sepulchri* commemoratio: in **VM** semper *sepulchrum* scriptum est nec fere aliter in **AB**; quare, quamquam codicum **VM** nonnulla propria sunt, quae ad fidem faciendam non idonea videantur, tamen ipsi codices **AB**, in quibus bis tantum illud *h* omissum est, hac in re eorum auctoritatem augent; cf. Georges[7] in lex. s. v. — Certius iudicari potest de reliquis, quae supra indicavi, vocabulis. nam *quicquam* semper exhibent **CM**; *totiens (quotiens, sexiens)* in **C** longe plurimis locis, in **M** semper scriptum legitur; *tropheum* (sic) constanter fere in **C** (in **M** non extat) exaratum est; formae Latinae *Xerses* nullo loco non suffragantur aut omnes aut plures libri manu scripti; cf. CIG. 2919 (Le Bas, 1651); C. F. W. Müller ad Cic. de nat. d. 1, 115; C. Wagener phil. 44,

320. — Restat, ut tria commemorem. primum in vocabulis compositis assimilationem praepositionum, quam nunc vocamus, nec sprevisse nec amplexus esse scriptor videtur, et credibile est ut alios scriptores ita Senecam hac in re ingenio indulsisse nec consuetudinem suam dicendi scribendique ad certam regulam derexisse. quapropter consentientes libros **AB** codici **V** solivago atque etiam conspirantibus codicibus **VM** praeposui; ubi dissentiebant, disceptandi arbitrium ad **V** vel **VM** delatum est. unum adfero, quod cuipiam dubitationem moveat: in **M** nonnumquam, in **AB** perraro, scriptum invenitur *adtuli;* sed hanc formam pro antiqua, quae paucis illis locis, quibus legitur, servari deberet, non habendam esse iudicavi: pro *at* enim in **CM** sescentiens *ad* scriptum est. deinde quaeritur, utrum in vocabulis compositis post praepositionem *ex* littera *s* scribenda an omittenda sit. si libros respicimus, omnino omittenda est; certe ante litteram consonantem, quae vocatur, rarissime in **C**, raro in **M** invenitur. denique nominum in *ius* vel *ium* exeuntium, maxime nominum propriorum, genetivi in **V** ita fere scripti sunt, ut *i* littera geminata sit, in **AB** raro item: hos secutus sum; sed quamquam fieri potuisse credo, ut stilo festinante scriptor utraque forma uteretur, tamen in adferendis rhetorum nominibus, quae quasi lemmatis loco ante sententias ab ipsis dictas ponebantur, certam quandam regulam ab eo observatam esse ob eam causam mihi persuasi, quod non frequenter in **AB** duplex *i* occurrit et ipsum scriptorem ad locos tam insignes animum attendisse consentaneum est.[1])

De codicibus hactenus; venio ad editiones. quarum cum conspectus in Fabricii bibliotheca Latina II 9 (idem in editione Bipontina) et in Bernhardyi, Teuffelii aliorumque libris, qui ad historiam litterarum Latinarum pertinent, propositus sit, hoc loco

---

[1]) Huc quadrat, quod ante sententias propositas secundo casu *Alfii, Cestii, Clodii, Haterii, Pompeii, Porcii, Romanii, Sepullii, Vallii, Varii* nullo loco dictum est, ac reliquorum nominum propriorum genetivi in *ii* desinentes in posteriore operis Annaeani parte raro deprehenduntur, ita ut librarium initio neglegentius, postea diligentius archetypi vestigia secutum esse credas.

earum tantum mentionem infero, quae maioris momenti vel certe praeter ceteras memorabiles esse mihi videntur.[1])

Ac primum declamationum i. e. excerptorum liber Neapoli anno 1475[2]) prodiit (*ν*), medius Senecae philosophi operibus interpositus. — Suasoriarum et controversiarum libri, et hoc quidem ordine, cum praefationibus librorum VII, VIIII, X primum editi sunt Venetiae anno 1490 *(Ven)*[3]) et iterum 1492[4]) verbis Graecis omissis. praecedunt 'declamationes' cum isdem praefationibus, quas in Neapolitana editione inesse dixi[2]); septimi igitur libri praefatio bis typis expressa invenitur. — Prorsus idem dicendum est de editione Frobeniana *(Frob)*, quam Basileae anno 1515 Erasmus Roterodamus curavit, nisi quod hoc loco suasoriae et controversiae uno tenore declamationes subsequuntur, cum in editionibus Venetis declamationes a suasoriis et controversiis nonnullis Senecae philosophi opusculis separentur. Frobenius autem et septimi libri et decimi praefationem bis typis expressit. — Sequitur ea editio, quae Coelii Secundi Curionis 'vigilantissima cura castigata' Basileae typis expressa est 'per Ioannem Hervagium et Bernardum Brandum anno salutis humanae MDLVII mense Augusto' *(Herv)*.

1) Ad textum constituendum auxilium frustra petivi a versione Gallica, cui hic titulus praefixus est: Les controverses et suasoires de M. Annaeus Seneca, rheteur. De la traduction de M. Mathieu de Chalvet, conseiller du roy en son conseil d'estat, et président es enquestes du parlement de Toulouze. A Paris de l'imprimerie de Michel Blageart, demeurant au bout du Pont-neuf, au coin de la ruë Daufine. M.DC.XLVII.

2) 'Sub domino Blasio Romero monacho Populeti philosopho ac theologo celebri est impressum hoc opus in civitate Neapolis anno domini MLXXIIIII *(sic)* divo Ferdinando regnante.' in spatiis vacuis desunt litterae initiales universae. ex hac editione principe descriptus iterum 'declamationum liber' evolgatus est Tarvisii anno 1478 ('impressus per Bernardum de Colonia'). in utraque editione praefationes librorum I, II, III, IIII, VII leguntur, praefationes librorum noni et decimi controversiarum desunt.

3) 'Impressa est Venetiis per Bernardinum de Cremona et Simonem de Luero die .V. octobris MCCCCXC.'

4) 'Impressa est Venetiis MCCCCXCII die ultima octobris per Bernardinum de Coris de Cremona.'

ordo librorum idem est qui in mea editione, sed excerpta librorum I, II, VII, VIIII, X non post eosdem singulos libros, sed post decimum librum controversiarum posita sunt, Rodolphi Agricolae et Pinciani in declamationes commentariolis instructa; Graeca desunt. — Nominanda denique est Mureti editio Romae anno 1585 emissa *(Rom)*, qui 'complures lacunas, quae erant in controversiis, etsi non omnes (quis enim hoc mortalium praestet?) explevit ex codice multae aetatis et fidei de bibliotheca Vaticana'. idem libros ita ordinavit, ut in editione Hervageniana ordinatos esse diximus; excerpta autem librorum I, II, VII, VIIII, X omisit. Muretus hieroglyphicas litteras, quibus Graeca vocabula scripta sunt, intellegere primus conatus est. dolendum, quod mors singularem illum hominem abripuit, priusquam in constituendis controversiarum Graecis verbis operam suam collocaret; ea, quae in suasoriis enucleavit, sane digna sunt, quorum ratio habeatur.

Omnes editores, quos commemoravi, ad Senecam philosophum hos libros rettulerunt et cum eius operibus iunxerunt. separatim rhetoris opera primi ediderunt Nicolaus Faber Parisiis anno 1587 *(Fb)*[1], Andreas Schott 'in bibliopolio Commeliniano' anno 1603[2], J. F. Gronovius Lugduni Batavorum anno 1649 *(Gr)*[3], inter quos Faber et Gronovius in verbis emendandis plurimum profecerunt. Schottus ex quattuor codicibus, quibus usus est, maxime Toletanum ut omnium longe optimum amplexus universas fere correctiones (τ), quae in eo reperiuntur, in verborum ordinem recepit. ita factum, ut eae in editionem Gronovianam et inde in vulgatam *(vg)*, quae vocatur, i. e. in

[1]) In hoc libro, qui editoris nomine caret ('apud Jacobum Dupuys sub signo Samaritanae'; 'excudebat Dionysius Duvallius'), integrae N. Fabri adnotationes et Pinciani in declamationes castigationes insunt. praecedunt (hoc ordine) controversiae, suasoriae, declamationes.

[2]) In hanc editionem Johannis Petreii Toletani, Justi Lipsii aliorumque virorum doctorum coniectanea congesta sunt.

[3]) Hoc anno primum Gronovii 'ad L. et M. Annaeos Senecas notae' editae sunt.

editionem Elsevirianam, quae Amstelodami anno 1672 prodiit, transferrentur. haec autem editio, quae inter antiquas et optima et gravissima est, cum non solum integras Fabri, Schotti Gronoviique praefationes et adnotationes sed etiam selectas aliorum maximeque Johannis Schultingii, quae ad illud tempus ineditae fuerant, doctas commentationes ingeniosasque emendationes contineat, haec, inquam, editio tantum ad scriptoris verba restituenda contulit, ut post eam paene duobus saeculis progressum quamvis exiguum factum esse recte neges. ac tamen a Gronovio et Schultingio opus incohatum potius quam perfectum relictum esse et illi ipsi non nesciebant et luculenter apparuit, cum hac aetate novae editiones prodierunt Conradi Bursian (Lipsiae anno 1857) et Adolfi Kiessling (Lipsiae anno 1872), qui viri vero verbo sospitatores Senecae vocandi sunt. ille enim primus bonorum codicum notitia propagata artis criticae in Senecae libris factitandae fundamentum iecit satis solidum; hic auctis codicum lectionibus et diligenter perpolitis illud firmius aliquanto constituit ac stabilivit; uterque tantum numerum aut emendationum certarum aut coniecturarum sagacissime excogitatarum proposuit, ut nulla huius editionis pagina iterata eorum commemoratione careat ac vix dici possit, quantum illi emendationem promoturi fuisse videantur, si omnium codicum accuratis collationibus uti potuissent. itaque postquam mihi contigit, ut optimorum librorum certiores lectiones proponere possem quam ceteri omnes, quicumque Senecae libros adnotatione critica instruxerunt, Carolo Schenkl hortante denuo hos libros edere consilium inii, ut tandem aliquando omnes perspectum et cognitum haberent, quae vera et sincera codicum scriptura esset. accessit quod post evolgatam cum Bursiani tum maxime Kiesslingii recensionem magna perbonarum coniecturarum copia publici iuris facta est, quarum ratione habita scriptoris verbis saepenumero aut aliam formam induendam aut alium ordinem reddendum esse et ipse persuasum habui et aliis persuasum esse confido. quare ea, quae viri docti vel recte vel probabiliter mutaverunt, ex latebris, in quibus delituerant, pro-

ducta et in unum locum collecta invenire gratum forsitan non nemini sit futurum. ex iis autem, quorum incognitis ad illud temporis emendationibus vel Bursiano vel Kiesslingio uti licuit, maxime nominandi sunt: Fr. Haase, O. Jahn, N. Madvig, C. F. W. Müller, O. Ribbeck, W. Wagner. nova per litteras mihi subministraverunt: F. Becher, M. Bonnet, W. Diels, A. Floss, M. Cl. Gertz, R. Heinrich, M. Hertz, A. Köhler, F. Kuhn, S. Linde, N. Madvig, O. Morgenstern, R. Novák, A. Otto, M. Petschenig, M. Sander, C. Schenkl, W. Studemund, E. Thomas, H. Vsener, V. de Wilamowitz-Moellendorf. eorum autem, quos modo nominavi, optime omnium de his operis Annaeani reliquiis meruerunt: Fridericus Haase, qui, cum ipse olim eas edendi consilium agitaret, coniecturas sagacissimas margini editionum Bipontinae et Lipsiensis Bursiani adscripsit (primus eas protulit Adolfus Kiessling, quocum quod Haasii lima intra priorem operis partem substitit quis non doleat?); C. F. W. Müller, qui, qua est Latinae linguae scientia, magnum mendorum numerum, quae Bursianus non perspexerat, et argute detexit et facili negotio sustulit; Nicolaus Madvig, qui omnes, quas in altero volumine Adversariorum criticorum propositurus erat, emendationes Kiesslingio, alias[1]) mihi transmisit; M. Cl. Gertz, qui de permultorum vel vocabulorum vel enuntiatorum correctione per litteras me commonefecit et veram me quidem iudice scripturam non paucis locis restituit. qui viri docti quam feliciter in scriptoris oratione emendanda versati sint, non est, quod ego dicam, cum nulla huius editionis pagina praeclaris eorum careat commentis.

Restat, ut de ipsa apparatus critici ratione et condicione paucis exponam. ac maxime mea interfuit diligenterque id efficere studui, ut editionibus dissertationibusque pervolutatis suum cuique tribuerem vel, si opus esset, redderem. multas enim coniec-

[1]) Madvigius excerpebat etiamnunc animadversiones criticas, quas in exemplari suo editionis Bipontinae ante multos annos adscriptas ad Kiesslingium non misisse videbatur, cum in morbum delapsus est, ex quo non convaluit. quae reliqua erant in meum usum enotavit Gertzius.

turas, quae a viris doctis hac aetate propositae sunt, iam prius ab aliis factas esse intellexi, neque defuerunt loci, quorum recta scriptura, qualem recentiores constituerunt, iam in vetere aliquo codice extaret. itaque cum quis suo ingenio scriptoris verba ita correxerat, ut postea in uno vel altero libro exaratum inveni, nomen illius uncis inclusum ad eorum codicum commemorationem, quorum testimonio illius coniectura confirmata est, adposui; reliquis locis unum emendationis auctorem nominavi eum, quem primum fuisse cognoveram, nonnumquam alterius cuiusdam nomen item intra uncos positum commemorans, quem prioris coniecturae notitiam non habuisse veri simile esse mihi videbatur. ceterum Kiesslingius, qui compluribus locis duorum vel trium, quin etiam quattuor emendatorum nomina componeret, recte fecit, quando quidem nova aut sua aut aliorum evolgaturus esset inventa, quorum nomina, ne iniquitatis crimen subiret, silentio praeterire ei non licuit. qua in re exemplum eius secutus sum atque etiam iis locis, quos ita correctos esse animadvertebam, ut non totius scripturae eandem correctionem plures viderentur commendavisse, sed alii in aliorum emendationibus nonnulla leniore mutatione adhibita rectius conformarent, ea, quae Kiesslingius adnotaverat, in hanc editionem transtuli. ego autem, quid singulis deberetur, quoad eius fieri poterat, indicavi cumque plurium nomina commemoravi, omnes in eandem coniecturam incidisse intellegi volebam. atque ipse, qui multos annos in Senecae rhetoris scriptis emendandis operam et industriam collocavi, satis magnam coniecturarum multitudinem congessi, quibus nonnullis certe locis medelam adferri confidebam. quae ne quando mihi praeriperentur, timere coepi, cum priores Aemilii Thomae schedae criticae editae essent, quibus complura, quae ipse inveneram, aut eodem modo aut similiter conformata vidi. quare cum indicem mearum coniecturarum amico cuidam tradidissem, ut ille, si quis posthac eandem lectionem proponeret, me id iam antea vidisse mihi certe testis esset, et sincero animo et iusto iure stellulas, quibus meae denotantur emendationes, ibi posui,

ubi inveniuntur. sciendum igitur, cum duo vel tria vel quattuor nomina eorum attulerim, qui aut mecum aut mecum et cum alio vel cum aliis consenserunt, neminem commenta ceterorum cognita habuisse[1]) nominatosque illos eo ordine esse, ut prior vel primus poneretur, qui prior vel primus sua mecum communicaverat.

Locos huius ipsius editionis ita laudavi, ut, si fieri posset, paginarum et versuum numeros indicarem. signa, quibus usus sum, quid sibi velint, nemini dubium fore confido. ne tamen error oriatur, exempli causa haec duo commemoro: p. 146, 8 'non opus est] *Gz* (nec opus est)'; significat Gertzium *nec opus est* scribendum esse censuisse, me tamen, cum eius coniecturam amplecterer, vocabulum quod est *nec* leviter immutasse (hoc loco codicum scripturam *non* [pro *nec*] retinui); p. 146, 1 'haec ⟨quasi⟩ omnia' significat in codicibus, quos nominavi, scriptum extare: *haec quasi omnia quasi membra* . . .; in ceteris adnotationibus ne res vera non percipiatur, vix vereor.

In plagulis corrigendis et in indice conficiendo strenuus ac sollers mihi socius fuit Otto Morgenstern[2]), olim discipulus meus, nunc collega et amicus, cuius auxilio nisi adiutus essem, in apparatu critico aliquot vitia remansura fuisse certum est. nonnulla, quae nunc aliter conformata vellem, p. XXXXII commemoravi iisque adiunxi commenta, quae, dum folia prelo premuntur, sero mihi innotuerunt: haec rogo ut ante libri usum corrigantur vel addantur.

---

[1]) Nonnullas coniecturas iam ante multos annos a me publici iuris factas alii postea repetiverunt; adscripsi eorum nomina fideliter, cum eos adnotationes meas criticas non vidisse putarem.

[2]) Rhetorum dicta utrum inter 'sententias' an inter 'colores' collocanda essent, haud raro dubium mihi erat. at eas sententias vel narrationes, prae quibus quasi lemmatis loco nomina rhetorum genetivo casu posita sunt, ab iis separare necesse videbatur, quae in fine controversiarum et suasoriarum post divisiones leguntur, nonnumquam ita adnexae, ut transitus a divisionibus ad colores vel descriptiones vix sentiatur; cf. p. 557, 11. qua de causa in huius libri indice aliquot dicta inter colores relata sunt, quae apud Kiesslingium inter 'sententias' numerantur.

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 2, 16: *fort.* repetivi. nunc quia *Gz.* — ad p. 4, 13: *scr.* in ullius *βv (vg.).* — ad p. 7, 3: 'uel *non inclinatis litt. scr.* — p. 17, 2 duos] *cf. Gz ad Sen. dial. 2, 16, 2.* — p. 17, 15 transit] *cf. Gz in ed. sua Sen. dial. p. 428.* — p. 28, 14: *scr.* satis factum. — p. 28, 20 et 464, 7: *fort.* prohoemio *scr.* — p. 48, 13: erit ⟨e⟩ poena *Mg.* — ad p. 49, 1: *scr.* ⟨querellam⟩. — p. 56, 17: *omissa praepositione* pugnantem se acie *scr. esse cens. Ahlheim.* — p. 58, 5: optionem *praefert Ahlheim.* — p. 60, 17: *fort.* respondet: eodem modo, ⟨si⟩ morietur; sed ⟨non eodem, si servabitur; servabitur enim tibi,⟩ non mihi *C. Schenkl.* — p. 93, 20: *scr.* Cestium. — ad p. 96: *scr.* 11 in] im **M.** — p. 104, 7: aversum nihil ⟨nisi⟩ hoc unum [concupiscentem] concupiscere, ut *C. Schenkl.* — p. 106, 17: ab *add. esse Ahlheim quoque vidit.* — p. 112, 10: *quod in* **C** *exaratum extat vocabulum* beuna *glossam theotiscam* (bruna) *esse, quae in eius verbi locum irrepserit, cuius explicandi causa fuerat adscripta* (*i. e.* incendium *vel* incendia), *C. Schenkl suspicatur. quales glossae cum ita poni soleant, ut iis verba* quod est *praefigantur, hoc loco non* ruinae et incendia, *sed solum* incendia *scrib. esse Schenkelius recte dicere videtur.* — p. 119 *in marg. sup. scr.* LIB. II. — ad p. 122, 2: *scr.* laxi **OE.** — p. 123, 6: *fort.* *respuit: ⟨noluit⟩ cum auro et dominum accipere, *fort.* respuit: ⟨putavit⟩ cum auro dominum se accipere *Gz.* — ad p. 133, 6: *scr.* exprimen⟨te⟩ tamen. — p. 139, 16 vides enim] vide sis *C. Schenkl.* — ad p. 161, 7: *scr. Gz;* ⟨parere .⟩ — p. 177, 9: tibi damna, quae *C. Schenkl, fort. recte.* — p. 177, 10: *scr.* crimina, quae. — ad p. 193, 8: etiamsi *non inclinatis litt. scr.* — p. 370, 11: honestam, ne ⟨gloriari videar, si veram, ne⟩ *Morgenstern; cf. p. 225, 10.* — p. 372, 1: *scr.* exercitatio nisi. — p. 380, 14: *scr.* ἑκάστων, constabit. — p. 393, 1: *fort.* lectos et [locos et] mensas *Novák, C. Schenkl.* — p. 393, 15: *fort.* *⟨T.⟩ Livius. — p. 396, 5: alterum [non] abstuleris *C. Schenkl.* — p. 399, 13: quom exponere sustinuisti. et ad exonerandum se venisse, ut *C. Schenkl.* — ad p. 455, 9: *scr.* accione **M.** — p. 457, 18: loquendi *scr. esse Ahlheim quoque intellexit.* — p. 476, 9: *scr.* TRIARI. — p. 486, 7: *scr.* rei publicae. — p. 502, 12: talentum] *cf. Prisc. de pond. 3 (II 410 ed. H.).* — ad p. 506, 11: *scr.* puerum suum moueri **O.** — p. 521, 18: toto] toti *Gz, Ahlheim; at cf. Caes. BG. 7, 89, 5 al.* — p. 527, 4: *scr.* ἔκειτο. — p. 527, 8: *scr.* ἐμπρόθεσμον. — ad p. 527, 11: *scr.* NAY. — p. 529, 9 duc, sequor] *cf. fragm. 1 (p. 584, 5).* — p. 545, 18 *scr.* divus. — ad p. 553, 7 *scr. Gz,* dicere. — ad p. 556, 17: *fort.* quasi inutiles [reliquias] *(cf. v. 16)* non movit *C. Schenkl.*

# NOTARVM TABVLA.

**A** = codex Antverpiensis; cf. p. X.
**B** = codex Bruxellensis; cf. p. X.
**C** = codicum **ABV** consensus; cf. p. XII.
**D** = codex Bruxellensis; cf. p. XVII.
**E** = excerpta; cf. p. XXII.
**M** = codex Montepessulanus; cf. p. XXIII.
**N** = codex Montepessulanus; cf. p. 1.
**O** = codices omnes, qui collati sunt, praeter eum, cuius scriptura in lemmatis loco posita aut separatim commemorata est (in ipsis igitur controversiis et suasoriis **O** = **CD**).
**P** = codex Parisinus; cf. p. XXVI.
**S** = codex Parisinus (Sorbonnianus); cf. p. XXVII.
**T** = codex Toletanus; cf. p. XIII.
**V** = codex Vaticanus; cf. p. XI.
*a* = codex Admuntanus; cf. p. XXV.
b = codex Bambergensis; cf. p. 359.
β = codex Berolinensis; cf. p. XXVII.
γ = codex Parisinus; cf. p. 224.
δ = codex Vaticanus (Vrbinas); cf. p. 508.
ε = codex Mutinensis (Estensis); cf. p. 432.
λ = codex Vaticanus; cf. p. XXX et 254.
μ = codex Parisinus (Mazarinaeus); cf. p. 204.
ν = editio princeps Neapolitana; cf. p. XXXVI.
π = codex Parisinus; cf. p. 243.
ρ = codex Vaticanus (Reginensis); cf. p. 359.
σ = codex Parisinus (Sorbonnianus); cf. p. 102.
τ = codicis Toletani corrector; cf. p. XVII.
υ = codex Vaticanus; cf. p. XV.

*Bs* = Conradus Bursian.
*Fb* = Nicolaus Faber.
*Frob* = editio Frobeniana; cf. p. XXXVI.
*Gr* = Johannes Fredericus Gronov.
*Gz* = Martinus Clarentius Gertz.
*He* = Fridericus Haase.
*Herv* = editio Hervageniana; cf. p. XXVI.
*Kss* = Adolfus Kiessling.
*Mg* = Nicolaus Madvig.
*Ml* = Guilelmus (C. F. W.) Müller.
*Rom* = editio Romana; cf. p. XXVII.
*Schg* = Johannes Schultingh.
*Ven* = editio Veneta; cf. p. XXVI.
*vg* = scriptura vulgata; cf. p. XXVII.
* = Hermannus (H. J.) Müller.
[ ] = in textu, qui vocatur, deleta sunt, cum extent in codicibus.
⟨ ⟩ = perperam addita esse iudicavi in iis, qui nominati sunt, codicibus vel universis vel omnibus praeter eum eosve, quorum scripturam separatim in lemmatis loco commemoravi. in Graecis autem vocabulis hoc modo ea insuper denotavi, quae ex coniectura in textum illata sunt, cum in libris manu scriptis non inveniantur.

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBER PRIMVS.⟩

### Seneca Novato, Senecae, Melae fi*liis salutem.*

Exigitis rem magis iucundam mihi *quam facilem: iubetis* 1
*enim quid de his de*clamatoribus sentiam, qui in aeta*tem meam*
*inciderunt, indicare et si qua me*moriae meae nondum elapsa
sunt ab illis dict*a colligere, ut, quamvis notitiae vestrae sub-*
ducti sint, tamen non credatis tantum de illi*s sed et iudicetis.*
*est, fateor, iucundum* mihi redire in antiqua studia melioresque
*ad annos respicere et vobis querentibus,* quod tantae opinionis
viros audire non potuer*itis, detrahere temporum iniuriam. sed* 2

**MPNSαβν** *Hanc praefationem om.* **CD**, *servaverunt excerptorum codices. in* **M**, *cum folii 89, quod initium praefationis usque ad verba* antiquum auctorem *(p. 7, 10) continet, pars dextera abscisa sit, non pauca desunt; haec litteris inclinatis descripta sunt.* **N** = *cod. Montepessulanus 116 saec. XIII; librum contulit M. Bonnet; cf. rev. de phil. 1884, 80* ¦ hic iam incipit seneca decem retorum feliciter **M** incipit liber senece de declamationibus **P** liber annei senece qui declamationes dicitur **S** ¦ 3 nouato senece et mene filiis seneca salutem **P** nouato. senece mele filiis datus **S** seneca nouato meli filiis salutem **α** *om.* **Nβ** ¦ 4 exigitis (*ult.* i *rad. corr. ex* u) **P** ¦ michi magis iocundam **α** ¦ r . . . cundam **M**[1] *corr.* **M**[2] iocondam **P** ¦ mihi iocundam **N** ¦ 5 enim ⟨me⟩ . . . *cf. Sander Sprachgebr. 2, 12* ¦ declamationibus **α** ¦ 6 inciderint **S** ¦ indicar . . . 8 sunt **P** ¦ sed et] set **N** ¦ 9 mihi iocundum **PN** ¦ 10 tanta **M**[1] *corr.* . . . 11 poteritis **S** potuistis **α**

cum multa iam mihi ex meis desideranda *senectus fecerit, oculorum aciem retuderit,* aurium sensum hebetaverit, nervorum *firmitatem fatigaverit, ante ea, quae* rettuli, memoria est res ex omnibus *animi partibus maxime delicata et fragilis,* in quam primam senectus incurrit. hanc *aliquando adeo in me floruisse, ut non tantum* ad usum sufficeret sed in miraculum usque *procederet, non nego; nam et duo milia* nominum recitata quo erant ordine dicta *reddebam et ab his, qui ad audiendum praeceptorem* mecum convenerant, singulos versus *a singulis datos, cum plures quam ducenti* efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad

3 *primum recitabam. nec ad conplectenda* tantum quae vellem velox mihi erat *memoria, sed etiam ad continenda quae* acceperat solebat *bonae fidei esse [nunc].* nunc et aetate quassata et *longa desidia, quae iuvenilem quoque* animum dissolvit, eo perducta est, ut, etiamsi *potest aliquid praestare, non possit promittere:* diu ab illa nihil repetivi. *quia iubetis, quid possit* experiar et illam omni cura scrutabor. *ex parte enim bene spero. nam quaecumque* apud illam aut puer aut iuvenis *deposui, quasi*

**MPNS**$\alpha\beta$**r** 1 ex meis] *Kss:* ex me **MPN**$\alpha\beta$**r** exemit (it *in ras. et post.* e *supra v. scr.* $S^1$) **S** fecerit *om.* **NS** aciem oculorum **S** 2 arium $M^1$ *corr.* $M^2$ habitauerit $M^1$ *corr.* $M^2$ 3 ante] *Gz;* inter (in **P**) **O** rettuli] $M^2$; retuli **O**, (inter . .) retinui *Teuffel, Kss* 4 patibus **N** in *in ras.* **M** 5 prima **MP** primam (*sup.* am *scr.* 'uel a' $\alpha^1$) $\alpha$ primum $\beta$**r** senectus (se *in ras.*) **M** adeo *add. Ml,* ⟨ita⟩ *Otto* florruisse **P** 6 in *om.* $S^1$ procedere **NS** | 7 nega $P^1$ 8 dicta *om.* $M^1$ *add.* $M^2$ 9 mecum] *Usener, Ml;* meum **O** uersos $M^1$ *corr.* $M^2$ 10 ducenti (s *eras.*) **P** suscipiens **NS** 11 conplectendum $P^1\alpha\beta$ conplenda **N** complendum **S** 12 uolox **N** acceperam (m *scr.* $M^2$) **MP** *(Bs)* 13 solebat bonae fidei esse nunc, *quae verba in* **O** *post* repetiui *(v. 16) leguntur, praeeunte R. Wachsmuth huc transposui,* nunc *del. Kss* nunc et] nunciam (ciam *in ras.* $M^1$ *vel* $M^2$) **M** nunc iam et $\alpha$ nunc autem et $\beta$**r**, nunc tamen *Gz* 14 longua **S** iuuenilem *corr. ex* iuuenalem **P** quoque *om.* **P** vel iuvenilem animum *Gz* 15 non] an **N** 16 diu] et diu **S**$\alpha\beta$ nil **S**$\alpha$ repeteui **M** repetuū **N**; *post hoc vocabulum in codicibus quinque illa verba sequuntur, quae in v. 12 translata sunt* *fort.* ian. quia *C. Schenkl; cf. adn. ad v. 13* 17 ex] **P**: de **NS**$\alpha\beta$**r** sperero $\alpha$ 18 quaecumque] **P**; quo **N**$\alpha\beta$ quae **Sr** apud *corr. ex* aput **M** *Gz* ante *pro* aut **N**

*recentia aut modo audita sine cunctatione* profert: at si qua illi
intra proximos *annos commisi, sic perdidit et amisit, ut, etiamsi*
saepius ingerantur, totiens tamen tamqu*am nova audiam. ita ex* 4
*memoria mea quantum* vobis satis sit superest: neque enim de
his me *interrogatis, quos ipsi audistis, sed de his, qui ad vos*
usque non pervenerunt. fiat quod vultis: mitt*atur senex in scholas.*
*illud necesse est inpetrem,* ne me quasi certum aliquem ordinem
vel*itis sequi in contrahendis quae mihi occurrent;* necesse est
enim per omnia studia mea errem *et passim quidquid obvenerit*
*adprehendam.* controversiarum sententias fortasse pluri*bus locis* 5
*ponam in una declamatione dictas;* non enim dum quaero aliquid invenio semper, sae*pe quod quaerenti non comparuit aliud*
*a*genti praesto est; quaedam vero, quae obver*santia mihi et ex*
*aliqua parte se ostendentia* non possum occupare, eadem securo
et reposito *animo subito emergunt; aliquando etiam* seriam rem
agenti et occupato sententia diu fru*stra quaesita intempestive*
*molesta est. necess*e est ergo me ad delicias componam memoriae
me*ae, quae mihi iam olim precario paret.*

Facitis autem, iuvenes mei, rem necessariam et util*em, quod* 6
*non contenti exemplis saeculi vestri* prioris quoque vultis cognoscere: primum quia, quo p*lura exempla inspecta sunt, plus in*
*el*oquentiam proficitur. non est unus, quamvis praecipuus *sit,*
*imitandus, quia numquam par fit* imitator auctori. haec rei

**MPNS$\alpha\beta$r** 1 aut] et *Gz* | contatione **N** | profet **P**[1] at] aut **S** | qua] q$\bar{m}$ **N** || 2 inter **NS$\alpha$** | 3 ita] itaque **$\alpha$** | 4 mea *om.* **NS$\beta$r** me de his **$\alpha$** | 5 interogatis **P** | qui *corr. ex* que **N** uo **P**[1] | 6 peruenerint **P** | fiat *corr. ex* fiad **M** || 7 est ut impetrem **S** | 8 in his quae mihi occurrent contrahendis **S** | enim est **$\alpha$** | 9 mea studia **S** | mea *om.* **$\alpha$** | quicquid **PNS$\beta$r** | euenerit **$\alpha$** | 11 enim ⟨semper⟩ *Gz* || 12 *semper] sed **O** | comparauit **P** comparuerat **$\alpha$** | illud egenti **N** || 13 obseruantia (-cia **P**) **PNS** obsecundantia **$\alpha$** et *om.* **NS$\alpha$** | 14 se] **$\beta$**; *om.* **O** || occuparae **M** | 15 subita **$\alpha$** | 16 intempestiuae **P** intempestiua **NS$\alpha$** || 17 delitias **MN** | 19 factus **$\alpha$** | 20 contempti **PS** | excemplis **P** | saeculi] sceleris **N** || vestri] nostri **N** huius *corr. ex* ueri **S** | priores **MP** | 21 quo] cum **S** || 22 eloquentia **N$\alpha\beta$r** *(sic Kss)* eloquentias **S** | 23 imittandus **P** || nonnumquam **$\alpha$** | pari sit unitator **P**

natura est: semper citra veritat*em est similitudo. deinde ut possitis aestimare, in quantum cotidie ingenia decres*cant et nescio qua iniquitate naturae eloquentia *se retro tulerit: quidquid Romana facundia* habet, quod insolenti Graeciae aut opponat aut prae- 7 *ferat, circa Ciceronem effloruit; omnia ingeni*a, quae lucem studiis nostris attulerunt, tunc *nata sunt. in deterius deinde cotidie data* res est, sive luxu temporum — nihil enim tam morti*ferum ingeniis quam luxuria est — sive, cum pr*etium pulcherrimae rei cecidisset, translatum *est omne certamen ad turpia multo honore* quaestuque vigentia, sive fato quodam, cuius maligna *perpetuaque in rebus omnibus lex est, ut ad summum* perducta rursus ad infimum, velocius quidem *quam ascende*[r]*ant, relabantur.* 8 *torpen*t ecce ingenia desidiosae iuventutis nec in unius honestae *rei labore vigilatur; somnus languorque ac* somno et languore turpior malarum rerum indus*tria invasit animos, cantandi salta*ndique obscena studia effeminatos tenent, [et] *capillum frangere et ad muliebres blan*ditias extenuare vocem, mol-

Gargonivs fuit Buteonis auditor, postea scholae quoque successor, vocis obtusae sed pugnacissimae, cui Barrus scurra rem venustissimam dixit: centum raucorum vocem habes. hic putavit se vafrum colorem excogitasse pro patre: ego, inquit, dictavi: 'duplam dabo, si manus non praecideritis'. librario una syllaba excidit 'non', et scripsit 'si praecideritis'. digna res, quae voce illa diceretur. Artemon ‖ dixit: φιλότεκνε πάτερ, καὶ σοὶ τιμωρεῖν ἀποκνεῖ τις; Adaevs dixit: εἴδομεν ταχινὸν σκάφος. καί τις τῶν ἀντιώντων ἐν τούτῳ τῷ σκάφει πατήρ ἐστιν; Nicetes dixit: διπλᾶ δώσω, ἂν ἀποκόψητε τὰς χεῖρας. ἐζήτουν οἱ πειραταί· μή τι ἐτυράννησας; μή τι ἐμοίχευσας;

## VIII.

Qui ter fortiter fecerit, militia vacet.

Ter fortem pater in aciem quarto volentem exire retinet; nolentem abdicat.

1 Porci Latronis. Miserrimus pater iam non viderem filium,

CD 1 gorgonius O; *cf. Cic. Brut. 180; Bentl. ad Hor. sat. 1, 2, 27* 2 obtasae A *Barrus] *cf. Cic. Brut. 169; Hor. sat. 1, 6, 8. 7, 8;* baros O (*ante* baros *tres litt. eras. in* D), Baro *vg* ‖ scura B 3 uoce A ‖ se *om.* Dτ ‖ 4 vafrum] *Thomas;* uarrium AB uarium VDτ, praeclarum *Ml* 5 exciditur A ‖ 6 scribsit B 7 artenon A ΦΙΛΟΤΕΚΝΘ πα(ΤΙΑ A)ΤΕΡ ΚΑΙ COI C τιμωρεῖν ἀποκνεῖ τις] *He;* ΓΙΤΜΡΕΙΝΝ ΑΠΟΚΠC (ΑΤΙΟΚΤΙC A) ΤΙC (ΠC BV) C 8 adeos CD² adeas D¹ εἴδομεν] *Kss;* donen C *om.* D ταχινὸν] *Thomas;* ΤΑΧΕΙΝΟΝ (-ΝΟΝΝ B) C, ταχύπλουν *Kss,* ταχῦνον *Gz* ΕΚ(ΕΚ B)ΑΦΟC C Κ(Κ B)ΑΙ C, οἶμαι, *Gz* ΤΙC ΤΩΝ C ‖ *ἀντιώντων] *Gz;* ΑΝΤΙΟΝ C ΑΝΤΩΝ τ, λῃστῶν *He,* ναυτῶν *Kss* ΕΝ ΘΩΥΤΩΙ(CΑΥΤΘΩ A, τουτῳὶ *Gz*: ΤΩ CΚΑΦΕΙ ΠΑ(ΤΙΑ A)ΤΝΡ ΡCΤΙ C 9 ΑΙΠΑΑ Δ(Ο A D B)ΩCΩ ΑΝ C ἀποκόψητε] *Bs:* ΑΠ(ΑΤΙ A)ΟΚΟΥΗΤΘ (-ΝΤΘ A) C, ἀποκόπτητε *man. rec. in* T *(vg),* ἀποκρούσητε *Kss* ΤΑC ΧΕΙΡΑC ΕΖΗΤΟΥΝ ΟΙ Π(Η A)ΕΡΑΤΑΙ ΜΝ (-Η V) ΤΙ ΕΙΥΡΑΝΝΗCΑC ΜΝ ΤΙ C ‖ 10 ἐμοίχευσας] *Schg;* CΜΟΙΧΕΥ (-ΧΘ B -CΘ V)CΑC C 12 malitia A uacett B 13 fortem] fortiter (iter *in ras.* V²) agentem (*in marg. add.* V²) V fortiter agentem ⟨mittit⟩ (mittit *del.* D²) D acie▨ (m *eras.*) V acie D exire (*post.* e *in ras.* V²) V 15 porci latronis *om.* V¹ miserrimus] τ; iserrimum A miserrimum BVD ⟨o me⟩ miserrimum! pater ... *Kss,* miserrimum ⟨me⟩! pater ... *Otto*

nisi abdicarem. fortis plus quam legi aut patriae *satis* est tertio mihi non redit, sed relatus est. quod patriae superest, patri vindico. fugit me filius et quidem ad hostem. quousque pavidus proeliorum nuntios expectabo? filii mihi vacationem peto. Cesti Pii. Abdico filium, ut habeam. non minus vacatio mea rei publicae profuit quam militia: duxi uxorem. sic descendit in narrationem. tertio audivi velut denuntiantes deos, faceret adulescens iam felicitatis suae finem. ego advocationem in unam pugnam petii: accidat, inquam, quidquid timeo, si illum amplius in aciem dimisero; cum diis pactus sum. 'non timeo' inquit. hoc est, cur timeam. obicitur mihi, quod me filius oderit? Arelli Fusci patris. O me filio pugnante iam lassum! 2
magna omina sunt: nihil hoc putas, quod viri fortis pater timeat? miserum me: iam hosti nimis notus es, iam pro te nescio quid etiam lex timet. miraris si, quod legi satis est, patri nimis est? 'numquid luxuriam' inquit 'obicis?' ego vero te etiam hortari possum in voluptates. quousque duro castrorum iacebis cubiculo? quousque somnum classico rumpes? quousque cruentus vives? simus hilares: trium victoriarum vota solvenda sunt. tot acies sustinuisti, tot vulnera; possum cum re publica queri: sero

**CD** 1 fortis] **Dτ**; tortis **C** | lege **O** patriae satis est] *Kss* (p. sat est): patris est **O**, patri ⟨sat⟩ est *Schott; cf. v. 15* 2 redit] reddit **AB** redditur **VD**, redditus *Schott*, rediit *He, Bs* 3 ab **V**¹ | ostem **B** 4 filii] **AB**; fili// (i *eras.*) **V** fili **D** 5 cesti pii *om.* **V**¹ bdico **V**¹ 6 vacatio mea] **VDτ**; uacationea (-nēa **A**) **AB**, vacatione mea (. . . profui) *Otto* | si **AB** | 7 denontiantes **B** 8 uacationem **τ** 9 accidit **A** 11 inquit *corr. ex* inquat **V** cur ⟨tibi ego⟩ *Gz* ‖ *fort.* *obicietur ‖ obiciatur mihi, quor (. . oderit!) *Gz* ⟨et⟩ obicitur m., q. meum filium oderim? *Schg* | 12 arelli fusci patris *om.* **V**¹ ohe *Bs*, o me ⟨miserum!⟩ *C. Schenkl* lassum] **E**; lassus sum **O** *(Bs, C. Schenkl)* lasssum **τ** 13 omina] *Gr;* oma **AB** omā **V** omnia **D**; *cf. p. 75, 19* quid **AB** viri] **Dτ**; uir **C** 14 hostis **V** es, iam] *Bs;* est iam **AVD** est um **B** te *om.* **A** 15 legi] leges **AB** | satis est] sacies **B** nimis *corr. ex* nimi **B** 16 hortari possum] *He, Bs;* mortali possum **AB** morari posco **VD**, hortor in otium *Bs* 17 in] inter **D** uoluptares **A** *verba* quousque . . . cubiculo *om.* **A** ⟨in⟩ duro **D** cubiculi **BV** *corr.* **V**¹ | 18 classicorum res **AB** 19 *fort.* bibes *Kss* ilares **C** *corr.* **V**² ‖ 20 quaeri **BV**¹

dimitteris. subinde audio te dicentem: 'malo gloriam quam vitam'; hoc ergo me exanimat, quod mori tibi tam facile est. denique
3 uno quiesce bello. Pompei Silonis. Causa *mihi* abdicandi est, ne sine filio vivam, quem tam diu non viderem, nisi abdicarem. abdicatio mea in potestate abdicati est. Romani Hisponis. Quid fatigante felicitatem molestius est? quid expectas, donec castris eiciaris? Mentonis. Erubescit res publica tam cicatricoso milite uti. non oportet tan||tam virtutem sine successore concidere: ducenda uxor est; sed iam nunc te admoneo, ne unum tollas. Corneli Hispani. Non ante te retinere coepi quam dimisit res publica. nullum iam tibi vulnus nisi per cicatricem inprimi potest. adhuc diutius fuisti cum hoste quam apud patrem: domi tantum sanatus es. Ivni Othonis patris. Optimus virtutis finis est, antequam deficias desinere.

4 Ex altera parte. . . . . . Ter fortiter . . . *certe* pugnare abdicatis licet. Albvci Sili. Quis hic subitus insonuit tumultus? numquid imperator vocat? venio. plurimum in prima acie laboravi. pudet me: ter victi militant. P. Asprenatis. Quousque, inquit, periclitaberis? bene habet, iudices: pater me putat dignum esse, qui salvus sim. senator post sexagesimum et quintum annum

**CD** 2 examinat **B** | 3 bello *corr. ex* bellum **B** | pompeii silonis *add.* $V^2$ *om.* $V^1$ causa] $D^2$ *in marg.*; causam **AB** causa▒ **V** cum $D^1$ cur $D^2$ | mihi *add.* **E** | abdicandum $D^1$ | 4 ne] reo **AB** | iamdiu *He, Bs, Ml,* amplius *Kss*; *cf. Sander quaest. synt. 18* || 5 hispani **O** 6 fatigante felicitatem] *Ml, Mg*; fatigate (-tae **VD**) felicitati (-ti *corr. ex* -te **B**) **O**, fatigata felicitate *Bs* || molestus es **VD** 7 eitiaris **B** | cicatricuso milite $AV^1$ cicatriso militate **B** | 8 successori $V^2T$ *corr.* **τ** | concidere] *He, Ml, Mg*; concedere **O** | ducenda (u *corr. ex* i) **B** 9 unum] uirum **τ** cornelii hispani *add.* $V^2$ *om.* $V^1$ 10 hispanni **B** | dIsit $D^1$ 11 ticatricem **B** | inprimi *corr. ex* inprimo **V** 12 domi] *Rom*; dum **O** | sanatus *corr. ex* sanatur **B** | 13 es] est **AB** otonis **C** | 15 fortites **A** | certe *add.* **E** pugnantem $V^2D$**τ** | ter fortiter ⟨pugnantem abdicas. certe⟩ pugnare . . . *vg* 16 Sili] **Bτ**; fili **A** filii (*postr.* i *in ras.* $V^2$) **V** sillii **D** | subitos **AB** tumultis **AB** | 17 laboratur *Schg* | 18 militare **VD**, *fort.* militant, ⟨ter victores vacant⟩ *Gz* P.] pubi **C** publii **D** | 19 pereditaberis **A** periclitaberis *corr. ex* periclitabaris **V**

in curiam venire non cogitur, non vetatur. praetorio licet prae-
texta toga uti festis aut sollemnibus diebus: numquid necesse
est? quidquid aut praemii aut honoris nomine datur, in utramque
partem licet; alioqui desinit praemium esse, cui necessitas *in*iun-
gitur. parco tibi, pater, qui gloria nos inmortales fieri dicebas,
qui ex acie redeuntis vulnera osculabaris. ad haec nova et diversa 5
imperia subito me circumagi putas posse? non ita est. ille in nos
dominatur affectus, qui animum primus intravit. luxuria, avaritia,
desidia, invidia, timor non dediscuntur, et cotidie omnia haec
aut castigantur aut puniuntur: tam etiam vitiorum tenaces sumus.
crede mihi, pater: non sum mei iuris, cum ille proelii clamor
exortus est: invadere hostes iubet, obstantis cuneos gladiis didu-
cere; hic impetus, hic ardor animi domum tuam trinis hostium
spoliis adornavit, huic supplicationes illas debes, propter hunc
me, etiam cum abdicas, diligis. non animus, non lingua constat;
in alieno opere conprehensus sum; toga ipsa umeris non sedet.
ad obsidendum hostem, ad occupandum castris locum, ad inter- 6
cipiendos hostium commeatus ire iusseris: non animo*siorem videbis*

**CD** 1 non vetatur *om.* **A** nec uetatur **E**, num vetatur? *Schott* 2 toca **AB** togaga **V**$^1$ aut] ut **AB** 3 datus **V**$^1$**T** *corr.* **τ** 4 liceat **D** desinit] **E**; desit **C** desiit **V**$^2$**D** iniungitur] **E**; iungitur **O**; *cf. 2, 1, 11* 5 tibi, pater] *Schott;* illi patri **O** 6 *verba* qui ex . . . osculabaris *om.* **A** ad] at **BV** 7 subito *corr. ex* subicu **A** 8 effectus **B** 9 disidia **A** *invidia] iu(ius **BV**)titia **C** iniustitia **Dτ**, inpudicitia *Kss*, inertia *Gz* cotidie *corr. ex* cottidie **V** 10 tam] **τ**; tamen **O** tum **T** tantum **D**$^2$ 11 mi **C** sum mei] **V**$^2$**D**; summi **AB** summe **V**$^1$ cum ille] **V**$^2$**D**; summi ille (illi **V**$^1$) **C**, simul ille *Gz* ‖ praelii **ABD** 12 ostes **B** iubet] *R. Wachsmuth;* libet **O** ‖ obstantis *corr. ex* abstantis **B** | cuneos] **V**$^2$**D**; cum eo (ego **B**) **C** deducere **O** 13 imputes **AB** demum **AB** hostiū (ū *in ras. 2 vel 3 litt.* **V**$^2$) **V** 14 aclornauit **B** huic] **Dτ**; hic **C** debes, propter hunc] *R. Wachsmuth;* debeo propter hoc **O** 15 deligis **A** cleligis **B** non lingua] in lingua **O**, ⟨nunc, non⟩ mihi lingua *Kss*, *fort.* *mihi, ⟨non⟩ lingua, *fort.* ⟨nunc mih⟩i, non lingua *Novák*, hic, ⟨non⟩ lingua *Gz*, iam, non lingua *C. Schenkl* 16 numeris **AVD**$^1$, in umeris *O. Ribbeck* sedet] *Gruter;* cedet **AB** cedit **VDτ** 17 obsidendum] **V**$^2$**D**; silendum **C** hostem] **V**$^2$**D**; hospitem **AB** ospitem **V**$^1$ hoccupandum (h *del.*) **B** ‖ 18 iusserit **O** non animosiorem videbis militem] *Gz (sed* habebis *pro* *videbis *scr.);* non animo **O**

*militem; otium imperas animo non* otioso. quotienscumque tumultus aliquis exortus est, in me *omnium* civium derigantur oculi, meas spectant manus; et adhuc — verum dicendum *est* — nihil patria debet mihi: numquam pugnavi nisi coactus. credisne quicquam referre, ubi simus, quem vitae cursum agamus? eadem pericula nos ubique circumstant et totidem ad mortem viae sunt. interdum continuatus labor firmiores facit: saepe quod corroboraverat, desidia consumpsit. Marvlli. Sine me aliquod meritum in patriam conferre: adhuc militia mea legis munus est. pugnabo et abdicatus nec verebor, ne inutilis sit opera mea patriae. Athenienses abdicato vicerunt duce. quantum inter me et illum interest! ille abdicationem virtute delevit, ego merui.

7 Divisio. Prima quaestio illa ab omnibus facta est vulgaris: an filius ob id, quod sui iuris sit, abdicari possit; deinde: an debeat. haec tota tractationis est. Graeci illam quaestionem primam solent temptare, quam Romanae aures non ferunt: an vir fortis abdicari possit. non video autem, quid adlaturi sint, quare non possit. nam quod et vir fortis est et totiens fortiter fecit, non plus iuris illi adfert, sed plus commendationis.

8 Colorem a parte patris quidam duriorem fecerunt; voluerunt enim videri invisum filio patrem: itaque illum malle cum

**CD** 1 *verba* otium imperas animo non *add.* **E** iusseris: ⟨parebo; otium . . .⟩ *Schg* 2 omnium *add.* **E** diriguntur **AVD** | 3 meas] **Dτ**; me **C** | adhuc] **D²τ**; adhoc **O** est *add.* **E** 4 mi **C** *corr.* **V²** numquam] **VDE**; nusquam **AB** credisne quicquam] **D** (*Schott*); credis nequiquam **C** | 5 refero **D** | ubi simus] *Schg;* tibi scimus **O** agas **AB** agamus *corr. ex* agasus **V** 7 *fort.* infirmiores *Kss* | 8 marilli **C** maryllii **D** 9 conferre] *man. rec. in* **T**; conterere **O** adhaec **D¹** | mea legis] **E**; mealis **C** mea aliis **V²D** | 10 inutilis] *Schott;* utilis **O**, vilis *Gr* patriae] patri **O**, patriae. ⟨et⟩ *Kss* | 12 uirtute (e *rad. corr. ex* ē) **V** 13 questio **A** omnibus] illo **D** | 14 obit **AB** | 15 questionem **A** 16 fuerunt **A** an] nam **AB** 17 adlaturi *rad. corr. ex* adlaturu **B** sunt **A** 18 et totiens *om.* **B** *fortiter fecit] (*cf. p. 87, 12. 88, 7*); fortiter egit **VD** et uir fortis est **A** *om.* **B** *quod* **A** *exhibet, id emblema esse ex dittographia ortum perspexit Kss N. Beitr. 9*, vir fortis est *He, del. Kss* | 19 illis **AB** adest **D** 20 ad partem **C** *corr.* **V²** quidam] quiditer **A** quidicit **B** 21 in [.]uisum **V** item **D** cum *om.* **C** *add.* **Dτ**

hostibus vivere quam cum patre. paene omnes: esse adulescentem insatiabilem gloriae et propter *id* ipsum patri et moderandum et continendum. quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt et non disputaverunt hoc modo, quo Silo Pompeius disputavit, qui sic divisit, ut diceret: etiamsi patrem non haberes, desinere debebas; quia patrem habes, desinere debes, quia pater vetat; aut illo modo, quo Gallio, qui sic divisit hanc partem: 9
hoc impero rei publicae causa, tua causa, mea causa. sequentia duo videtis quemadmodum potuerit implere: illud, rei publicae causa se imperasse, sic tractavit: primum, ut pluribus iuvenibus pateat ad virtutem aditus, non debere omnem occasionem fortiter faciendi ab uno occupari. deinde: expedire rei publicae, non videri tantum ex uno pendere; futurum, ut animi et hostium crescerent et suorum frangerentur, si casu ter fortis occidisset. ad ultimum: utile esse rei publicae ter fortem servari, ut sit qui ostendatur iuventuti; iam illum magis posse ornamentum esse quam praesidium. illum sensum veterem: 'iam pro viro forti nescio quid etiam lex timet' hoc loco Gallio posuit: 'haec quoque' inquit '*in* ter viro forti aut diffidit aut consulit'. ne illam quidem secuti 10
sunt tractationem, qua usus est Blandus, qui dixit: militia tibi supervacua est, invidiosa est, periculosa est. supervacua est, quia non cogeris, immo verecunde vetaris. gloriae causa aliquis militat:

CD 1 ostibus C *corr.* $V^2$ | poene AD pene B | 2 et] *Kss;* sed O | id *add. He, Bs* 3 ad] a AB | 6 quia] qui *Gz* | *verba* patrem . . . quia *om.* B || 7 aut illo] *Gr;* facillo AB facit illo VD, *fort.* neque (*potius* nec) illo *Gr* | 8 imperio A | *primum* causa *om.* C | tua (t *in ras.* $V^2$) V || 9 uidetis $V^1$ uidets $V^2$ | potuit D || reipraecausa $V^1$ reip̄causa $V^2$ | 10 imperare $D^1$ | ut (aut B) tribus AB | iuuenibus *corr. ex* iuuenisus B | 11 deberem A | omnem] τ; omnium O | occasinem A | 13 videri tantum] Dτ; uiderint C uideri $A^2$, videri ⟨victoriam⟩ *A. Köhler* || ut] Dτ; et C || animi et] animae $V^1$ animi $V^2$D et animi τ | ostium B | 16 inuētuti iam A iuuenitatuam B | 17 forte C | nestio $BV^1$ || 18 loco] *fort.* *modo | Gallio] τ *(Fb);* gallius C gallus D, Gallio sic *Gz* | haec] *Schg;* hoc O lex E | coque B | 19 in *add.* E | difidit AB | consulit aut diffidit (*om. antea* in) *Fielitz de Attic. com. bip. (Bonn. 1866) thes.* 7 | nae B nec D || sequti B | 21 periculo $AB^2$ | 22 inimo B | verecunde] $V^2$D; uerecundiae AB uerecunda $V^1$, verecundia *Schg*

consecutus es gloriam; vacationis causa: consecutus es; praemii *causa*: tria domi praemia sunt; et sic transit, ut diceret invidiosum esse unum hominem totiens optare omnes honores intercipere; quam periculosa res esset invidia, quam magnos viros oppressisset. hic exempla. periculosam esse militiam, eodem modo collegit, quo ceteri; illud unum novum adiecit de lege, non posse iam illum fortiter facere, quia omnes illum hostes peterent: 'et [adiecit] ideo lex ter fortem dimisit; scit illum iam observari ab

11 hoste'. his ergo omissis illi, qui amantem patrem induxerunt, hoc genere egerunt: 'non possum pati, non possum desiderium tui sustinere'. hoc loco Aeschines ex novis declamatoribus, cum diceret: non me gloria cupidiorem tui fecit, non omnibus admiranda virtus, 'confitebor' inquit 'adfectus patris, quos ut quisque volet interpretetur: οὕτως ἂν καὶ δειλὸν ἐφίλουν'. videbatur hic, dum indulgentiam exprimit, non servasse dignitatem patris. placebat autem Latroni potius ratione retineri patrem quam adfectu, cum

12 in ratione habeat aliquem locum et adfectus. Asprenas colorem secutus est longe alium; dixit enim se non negare rei publicae viri fortis opera, sed ad necessarios casus reservare. si magnum aliquod bellum incidat, tunc et veteranos vocari ad arma. et illa sententia eius hoc loco valde laudata est: 'nunc illi militent, qui-

CD 1 consequtus B | *prius* es] est D consequtus B | praemii] *Bs*; praemium O, praemiorum *Otto* | 2 causa *add. Bs* praemi A | sic] *fort.* hinc *Gz* transiit *vg* || 3 unum *corr. ex* unam B toties C || omnes] *om.* D, omnibus *Kss* | 5 periculam V[1] modo] *Mg*; loco C 6 quo] *He, Bs*; quod O | ceteri] *Kss, Mg*; certe O *novum] non O, nove *O. Jahn*, novi *Mg* || 7 *et [adiecit]; *fort.* videlicet *Bs (cf. p. 89, 7)* *verba* adiecit *(v. 6)* . . . peterent et *(v. 7) delenda esse cens. O. Jahn* || 9 oste B missis V[1] || induxerant AVD 10 desiderii V 11 novis] *Fb*; bonis O | 14 ΟΥΤΑϹ A ΑΝ Κ(-R V)ΑΙ C δειλὸν] *Bs*; ΑΤΙΛΟΝ C, *ἁπαλὸν Gz (cf. p. 83, 16)*, ἄτιμον *man. rec. in* T *(vg)* | , videbatur mihi. dum *Gz* | 15 servasse] fuisse D[1] 16 retinere *Schg* adfectum (m *del.* V) VD | 17 ratione *corr. ex* rationatio V adfectus] D[2]τ; aspectus O || 18 se] si V[1] 19 fotis B *opera] *(cf. p. 89, 14)*; operas O, *fort.* operam *Kss* se A | 20 incidit AB incidat *corr. ex* incidit V, inciderit *Kss* | 21 uualde A || illum litent A

bus necesse est; tu militabis, si erit necesse'. sic venisse populum Romanum ad Scipionem Aemilianum, cum maius bellum Numantinum apparuisset, quam quod sustinere alii duces possent; magnum intervallum inter Carthaginem et Numantiam Scipioni datum. sic ad Pompeium, cum piratae maria clausissent. magna praesidia non esse consumenda. hoc loco ASPRENAS de lege dixit et ipse sententiam: videlicet ad hos casus lex ter fortem seposuit. a parte filii colorem induxerunt quidam, ut illum cupi- 13
dum gloriae et bellicosum facerent. NICETES quidem hoc usus est verbo: παραστήσομεν αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἀρειμάνιον et sic egit, ut quereretur, quod cessarent manus suae, quod ¦ inermes essent. LATRONI non placebat hic color: malebat adulescentem iudicio quam morbo militare. hoc est, inquit, quod pater efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis glo*riam te*merarium, sanguinarium, quem nec pater possit retinere nec lex dimittere. quidam pacti 14
sunt cum patre, tamquam MENTO, qui dixit semel tantum militare se velle, ut aliquid videretur rei publicae supra legem praestitisse. quidam perpetuam denuntiaverunt militiam: quamdiu vires fuissent, non defuturum rei publicae virum fortem. non probabat hunc colorem LATRO; negabat patri abscidendam spem filii in perpetuum. VIBIVS RVFVS hoc colore egit, quo Mento, sed illud adiecit: pervenire ad se voces invidentium illas: 'numquid amplius pugnavit, quam *quan*tum necesse illi fuit?' quidam hoc

**CD** 1 necesse <est> (est *del.*) **V** ¦ 3 Numantinum] **τ**; numanta(-tia **BVD**)-rum **O**, Numantianum *Kss* ¦ charginem **A** char(car **V**)taginem **BV** ‖ 7 et] **τ**; ut **O** ¦ sentiam **D**¹ at **AB** ¦ os **AV**¹ ¦ 8 aperte **A** ‖ duxerunt **A** ¦ 9 quidem *corr. ex* quidam **A** 10 ΠΑΡΑCΤΗCΟΜΕΝ ΑΥΤΟΝ ΤΟΙC **C** ‖ ΔΙΚΑΙCΤΑΙC **AB** ΔΙΚΑΙC **V** ¦ ΑΡΙΤΜΑΝΙΟ **C** egite **B** ¦ 11 essent *corr. ex* esset **B** ¦ 12 placebant **AB** 13 quod] quid **AB** 14 gloriam temerarium] *Fb*; glomera(-na **A**)rium **O**, *fort.* *gloriam tamquam temerarium *(cf. Sander quaest. synt. 30)*; *illud* glomerarium *tuetur Bs, cui hoc vocabulo is significari videtur, cuius animus 'glomerare manum bello ardet' (Verg. Aen. 2, 315)* ¦ 17 resp. **C** r. p. **D**¹ restitisse **AB** ¦ 19 fuissent] sibi essent *Ml* r. p. **D** ‖ virum *om.* **C** *add.* **V**²**D** ¦ 20 abscindendam **D** 21 quo] **Dτ**; quod **C** ¦ 22 illum **D**² ¦ adicit **C** ¦ inuidorum **D** ¦ 23 quantum] *Kss (cf. Sander quaest. synt. 21)*; dum **C** quod **D**, *del. Sander, fort.* *tum

quoque compositum et simulatum inter nos putaverunt, ut ego
15 militare vellem, tu vetares. LATRO vehementer egit a parte patris et adiecit: abdicato quoque non permittam exire, iniciam manus, tenebo, novissime ante limen exeuntis cadaver hoc sternam: ut ad hostem pervenias, patrem calca. putabat PLANCVS, summus amator Latronis, hunc sensum a Latrone fortius dictum, a LESBOCLE Graeco tenerius, qui dixit: ἐκκείσομαι ὡς τεῖχος · τάφρον ὑπέρβηθι καὶ πατέρα. FVSCVS ARELLIVS religiosum patrem induxit ominibus territum; aiebat praeceptorem suum in hac controversia describentem pericula futuri proelii ab hoc Homeri versu coepisse: δαιμόνιε, ‖ φθίσει σε τὸ σὸν μένος. GLYCON dixit: 'ὄψεσθε, πῶς θανάτου καταφρονῶ'. τούτου πατήρ εἰμι. DIOCLES CARYSTIVS dixit: ἂν ἐπιτύχῃς, μίαν
16 προσθήσεις ἀριστείαν · ἂν δ' ἀποτύχῃς, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις. GLYCON dixit: οὐκ ἔστιν εὐοιωνιστὸν ὑπὸ κλαίοντος προπέμπεσθαι. AESCHINES, non ille orator — tunc enim non declamandi studium erat —, sed

CD 1 utauerunt **AB** ¦ 2 ueteres **A** uetares *corr. ex* ueteres **V** ⟨autem⟩ (*del.* D²) uetares **D** ¦ 3 abiecit **V**¹ ¦ abdicatum **D**² ‖ initiam **BV** ¦ 4 lumen exentis **A** ¦ strenam **A** ‖ 5 ostem **B** ¦ patre **V**¹ ¦ 6 declamator **V** ‖ dictum, a] D²τ; dictum ma **O** ¦ lesbode **A** ‖ 7 ἐκκείσομαι] *R. Hercher Herm. 8, 368;* sic (sicut **A**¹ sic̄ **B**) ΚΕΙCΟΜΑΙ **C** sic **D**, ⟨πρὸ⟩ σοῦ κείσομαι *Novák* ‖ ωc ΤΕΙΧΟC ΤΑΦΡΟΝ **C**, · ὡς τεῖχος ⟨ἤ⟩ τάφρον *Gz* ‖ ΥΙΤΕΡΒΗΘΙ (-ει **A**¹) ΚΑΙ ΙΤΑ(πα **V**)ΤΕΡΑ **C** ¦ 8 arellus **V**¹ ¦ *religiosum] *Gz;* religio **O** religiose D²τ, religione (. . . ⟨et⟩ ominibus) *Schg,* religiosis *Otto* ¦ ominibus] D²τ; omnibus **ABD**¹ hominibus **V** ¦ 10 proe(p̄ **B**)liis **AB** praelii **V**¹**D** ¦ ab] *Ml;* ob **O** ¦ versu coepisse] *Ml, Otto, Gz (cf. Quint. 10, 1, 46);* uersus edisse **AB** uersus edidisse **VD**, (ob hoc . . .) versum addidisse *Fb,* versum dedisse *Thomas (cf. 7, 2, 14. 3. 8. 4, 8)* ¦ 11 *Hom. Z 407* ¦ ΔΑΙΜΟΝΙΕ ΦΘΙΕΙ (-CΙ **A**) CΕ ΤΟ CΟΝ ΜΕΝΟC **C** ¦ glycoc **A** ¦ ὄψεσθε] *Bs;* οψ(ΟΥ **A**)ΕCΟΕ **C** ‖ π(n **A**)ωC ΘΑΝΑΤΟΥ ΚΑΤΑΦΡΟΝω **C** 12 ΤΟΥΤΟΥ **AV** ΤΟΥ **B**, τῇ *Bs* ¦ *fort.* καταφρονεῖ οὗτος *Gz* ‖ *πατήρ εἰμι] ΠΑΤΡ ΙΜΙ **C**, πατρίδι *Bs, fort.* πατριῶται *Gz* ¦ aristius (*prius* i *corr. ex* e **V**) **O** charistius **D**² ¦ ΑΝ ΕΠ(en **A**)ΙΤΥΛΗC ΜΑΙΝ (ΜΝΝ **V**) Π(ΤΙ **A**)ΡΟCΕΝCΕΙΤ ΑΡΙCΤΗΑΝ (c *corr. ex* τ **V**) ΑΝ ΑΠ(-n **A**)ΟΤΥΧΗC ΙΡΠ(-n **A**)C ΑΡΙCΤΕΙΑC ΑΠΟΛΕCΕΙC **C** ¦ 14 ΟΥΚ ΕCΤΙΝ **C** εὐοιωνιστὸν] *Thomas;* ΕΥΙCΑΝΟΝΙCΤΟΝ **C**, εὐκανονιστὸν *He,* εὐδαιμονιστὸν *Mg* ¦ ὑπὸ κλαίοντος] *He;* ΥΠΟ ΚΜCΟΝΤΟC (-ΤΟΝC, Ν *exters.*, **A**) **C** ¦ προπέμπεσθαι] *Bs;* ΠΡΟΠΕΜΓΙCΟΜ (-ΓCΟΛΙ **B**) **C** aecines **C** *verba* non ille . . . sed hic *(p. 91, 1) glossema esse cens. He phil. 6, 175* ¦ 15 non] nondum *Ml* ¦ stidium **A**

ic ex declamatoribus novis dixit, cum denuntiaret filio periculum et praesagiis tangi se diceret: ἔστιν τι πατὴρ εἰς υἱοῦ τύχην μαντικώτατον. Diocles Carystius dixit sententiam, quae non in declamatione tantum posset placere sed etiam in solidiore aliquo scripti genere, cum de fortunae varietate locum diceret: μία γάρ ἐστιν πρὸς τύχην ἀσφάλεια τὸ μὴ πολλάκις αὐτὴν πειρᾶσαι. Dorion dixit rem paulo quidem elatiorem, quam pressa et civilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris adfectus exprimeret: τίς ἐπιθυμία, τέκνον, ἡμαγμένα πιεῖν, ἡμαγμένα φαγεῖν; φοβοῦμαι, μή που παράταξις, μή που λιμός, μή που πάθη σ' ἕλῃ. φοβοῦμαι περὶ τῆς ⟨σῆς τύχης.⟩ οἶκοι μένε. τί, τέκνον, φρυάσσῃ;

CD 1 nobis O ‖ opera(-ri B)culum AB prericulum *(prius r del.)* V ‖ 2 *ἔστιν τι] ΕCΤΙΝ (ΕCΙΝ AV) ΤΙ (Τ A) C, ἔστι πῃ *Gz* ‖ πατὴρ εἰς υἱοῦ τύχην] *Gz;* ΙΛΤΗΡ ΙC ΤΙΟΥ ΤΥΧΗΜ (-ΝΜ A) C ‖ ἔστιν ἡ πατρός που ψυχὴ *He* ‖ 3 ΜΑΝΤΙΧωΤΑΤΟΝ C ‖ caritius AV caristius BD ‖ 4 posse AB ‖ 5 uariaetate B ‖ ΛΛΙΑ A ΤΑΡ ΕCΤΙΝ (-CΠΝ A) Π(ΤΙ A)ΡΟC ΤΥΧΗΝ ΑCΦΑΧΙΑ ΤΟ ΜΠ (ΜΙΤ A) C ‖ 6 πολλάκις] *Bs;* Γ(ΟΤ, Ο *extern.*, A)ΟΛΛΤΑΚΑΙC C, τοσαυτάκις *vg* ‖ ΑΤΝΝ C ‖ ΠΕΙΡΑCΑΤ A ‖ *fort.* αὐτῆς πειρᾶσθαι *Gz* ‖ 8 que aegregie A qua egregiae B ‖ extimeret C *corr.* V² ‖ τίς ἐπιθυμία] *He;* ΤΙC ΕΠΙΟΥΜΙΑ C ‖ 9 ΤΕΚΝΟΝ C ‖ ἡμαγμένα] *He;* ΗΝΑΓ(ΝΝΑΤ A)-ΜΕΝΑ C ‖ πιεῖν] *Kss;* ΤΙΕΙΝ A ΠΕΙΝ BV, ποιεῖν *He* ‖ ἡμαγμένα] *He;* ΗΜΑΓ(-ΑΤ A)-ΜΕΝΧ C ‖ φαγεῖν] *Kss;* ΦΤΕΙΝ C, παθεῖν *He* ‖ ΦΟΒΟΥΗΑ(-ΝΑ A)ΔΙ ΜΗ ΓΙΟΥ (ΤΙΟΥ A) Π(Ν A)ΑΡΑΤΑΞΙC ΝΗ (ΝΝ A) ΓΙ(ΤΙ A CΙ V)ΟΥ C ‖ 10 *λιμός] *Gz;* ΛΕΤΜΟC C, λοιμός *He (fort. recte)*, δεσμός *Bs*, ἐλελιγμός *vel* ἀλαλαγμός *O. Jahn*, πόλεμος *vg* ‖ ΜΗ ΤΟΤ C ‖ πάθη σ' ἕλῃ] *Gz;* ΠΑ(ΤΙΛ A)ΡΤΚΕΤΗ C, πῦρ σκήπτῃ *He*, παρασκευὴ *O. Jahn* ‖ ΦΟΒΟΥΜΑΙ Π(ΤΙ BV)ΕΡΙ C ‖ ΤΗC (C *corr. ex* O A) C ‖ *σῆς *add.;* τύχης *add. Thomas* ‖ οἶκοι μένε] *Thomas;* ΟΙΚΟΥ ΜΕΝΕ C ‖ 11 ΤΝ ΤΚ(ΤR A)ΝΟΝ C ‖ *φρυάσσῃ] Ε(Θ B)ΡΥΑC AB ΘΡΨΑC V, ἐρυθριᾷς *vg*, Ἐρινύας (*del. antea* τί) *He*, ἐφρυάσσου *C. Keil* περὶ τῆς οἴκου ἐμοῦ σὺν τέκνῳ φθορᾶς *Gz* ‖ l. annei senece. (*haec tria voc. om.* B) orator. et retor. liber II explicit feliciter incipit liber III lege et stude. AB l. annei senece. orator. et retor. liber. II. explicit feliciter. (*in fine* lege et stude *add.* V²) V senecae oratoris et rhetoris liber II explicit. incipit liber tertius D

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI PRIMI.⟩

## I.

### PATRVVS ABDICANS.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

Duo fratres inter se dissidebant; alteri filius erat. patruus in egestatem incidit; patre vetante adulescens illum aluit; ob hoc abdicatus tacuit. adoptatus a patruo est. patruus accepta hereditate locuples factus est. egere coepit pater; vetante patruo alit illum adulescens. abdicatur. contradicit.

Eo iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea sola domo poneret, in qua habebat abdicatum et inimicum. ipse, inquit, me ali vetuit. imitationem alienae culpae innocentiam vocas? omnis instabilis et incerta felicitas est. quis crederet iacentem supra crepidinem Marium aut fuisse consulem aut futurum? quid non timen dum felicibus putas? quid desperandum infelicibus? ne circa plura instabilis fortunae exempla

**MP** *In* **M** *manus recentissima* (**M**[3]) *ubique fere per excerptorum libros ante legem adscripsit* 'lex', *saepe ante thema* 'thema' *et ante declamationes* 'declamatio' ¦ 5 patruus abdicans *et sic omnes controversiarum titulos om.* **P** 8 egestatem (*post.* t *corr. ex* m) **P** ¦ 9 illud **M**[1] *corr.* **M**[2] ¦ 10 *prius* est] e **M**[1] ē **M**[2] ¦ est a patruo. patruus **P** ¦ hereditate acepta **P** fatus **P** ¦ 11 ait **M**[1] *corr.* **M**[2] aluit **P**$\alpha$; *cf. p. 15, 13* ¦ adulescens *om.* **M** filius $\alpha$ ¦ 12 cp **M**[1] contradicit **M**[3] 14 domu $\alpha$ ¦ et *om.* **P** 15 ali me **P** ¦ 17 super **P**$\alpha$ ¦ 18 *ante* timendum *in marg.* esse *add.* **P** ¦ disperandum **M** ¦ 19 nec **M**

te mittam, vide, quis alimenta rogetur et quis roget. non sum hospes gravis: unum senem advoco. hoc tibi vitio, pater, placui. perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia. iactatus inter duos patres, utriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus. illud tamen, pater, deos testor: divitem te relinquo. circumibo, pater, aliena tecum limina; ostendam omnibus et me, qui alimenta dedi, et te, qui negasti. abdicari non possum ob id, quod feci lege cogente. quid, si flere me vetes, cum vidi hominem calamitosum? non sunt affectus nostri in nostra potestate. quaedam iura non scripta, sed scriptis omnibus certiora sunt.

Pars altera. Crescere ex mea proposuit invidia homo, qui se melius iactare potest quam defendere. iustus meus metus est, ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam. etiamsi tu non odisti eum, qui mihi fecit iniuriam, ego odi eum, qui fecit tibi. desinit esse filius, qui non tantum abdicatus sed et ab alio adoptatus est. audite, quam valde eguerim: fratrem rogavi. quis es tu, qui de facto patrum sententiam feras? ad te arbitrum odia nostra non mittimus; iudices habemus deos.

Extra controversiam dicta. Alfius Flavus praetextatus apud CESTIUM controversias declamabat. semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam: in puero lenocinium erat ingenii aetas.

**MP** 2 advoco] **MP**[2]$\alpha\beta^1\nu$; aduco **P**[1] adduco $\beta^2$, *fort. recte; cf. p. 18, 8* ¦ 5 pater *om.* **P** circuibo **P** 9 sunt] si **M**[1] *corr.* **M**[2] ¦ 10 sunt] sibi **P**[1] sunt *superscr.* **P**[2] ¦ 11 pars altera *om.* **P** *et sic ubique* proosuit **P** 12 deffendere **P** ¦ metus] mecus **P** ¦ 16 adoptuius **P** ualde *corr. ex* malde **P** ¦ eguerim] egneeira **P** ¦ 19 extra controversiam dicta *om.* **P** praetexatus **P** ¦ 21 eius] **M**[2]$\alpha\beta\nu$; *om.* **M**[1] ei **P** ¦ extra eloquentiam aliqua res **P** ¦ *in puero lenocinium] *cf. p. 27, 23;* in puero eloquentia inp lenotinium (eloquentia *rad. corr. ex* eloquentiam; inp *del.* **M**[2]) **M** in puero eloquentia (clementia $\nu$) lenocinium **P**$\alpha\beta\nu$, in puero eloquentiae lenocinium *vg,* in puero eloquenti lenocinium *Bs* ¦ 22 etas ingenii **P**

## II.

### SACERDOS PROSTITVTA.

Sacerdos casta e castis, pura e puris sit.

Quaedam virgo a piratis capta venit; empta a lenone et prostituta est. venientes ad se exorabat stipem. militem, qui ad se venerat, cum exorare non posset, conluctantem et vim inferre volentem occidit. accusata et absoluta et remissa ad suos est. petit sacerdotium. contradicitur.

Sacerdos vestra adhuc in lupanari viveret, nisi hominem occidisset. quo mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? id enim deerat, ut eas templa recipiant, quas aut carcer aut lupanar eiecit. indignam te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. 'fortuna pati coegit, et misereri debent omnes mei'. at nos non facimus miserandas sacerdotes, nec est apud nos maximus honor ultimorum malorum solacium. ita domi custodita est, ut rapi posset: ita cara fuit suis, ut rapta non redimeretur; ita raptae pepercere piratae, ut lenoni venderent: sic emit leno, ut prostitueret: sic venientes deprecata est, ut ferro opus esset. movet me respectus omnium virginum, si in civitate nulla inveniri potuit neque meretrice castior neque homicida purior. nulla est satis pudica, de qua quaeritur. omnes, inquit, exoravi. si quis dubitabat, an meretrix esset, audiat, quam blanda sit. putemus tres sacerdotium petere, unam quae capta sit, alteram quae prostiterit, tertiam quae hominem occiderit: omnibus nego.

**MP** 3 casta ē castis pura ē puris sit (*utroque loco* ē *rad. corr. ex* ē) **M** casta castis sit (sit *om.* α) pura puris sit **P**α casta castis pura puris β casta castis puris pura fit ν 4 venit] **M**[1]α; ueniit **P** *et in marg.* **M**[2] ‖ emta **M** 5 et *om.* **P** 10 in lupanari (i *corr. ex* e) adhuc **P** ‖ 11 ‖occidisset (h *eras.*) **M** quo] *Ml;* quid **O**; *cf. 1, 2, 1; 7, 5, 2* praecaria *corr. ex* praeclara **P** ‖ 12 recipiant] *cf. p. 30, 20* carcere **M**[1] carcera **M**[3] 13 lupana‖ (*sup. ras.* r *add.*) **M** 14 omnes deberent **P** 16 domi *rad. corr. ex* domina **M** ‖ posset *corr. ex* possed **M** ‖ 22 queritur omnis **P** 23 audiat *corr. ex* autiat **M** ‖ putemus tem tres (tem *del.*) **M**

Pars altera. Voluerunt dii esse miraculo in captiva libertatem, in prostituta pudicitiam, in homicida innocentiam. narrate sane omnes tamquam ad prostitutam venisse, dum tamquam a sacerdote discesserint. quam pudica sit, miles ostendit; quam innocens, iudex; quam felix, reditus. inter tot pericula dii non servassent, nisi sibi servaturi fuissent. totus populus ad servandam pudicitiam contulit, quidquid ad violandam attulerat. dicat diis pudicitiam, quibus debet.

Extra. Longe recedendum est ab omni obscenitate et verborum et sensuum. quaedam satius est causae detrimento tacere quam verecundiae dicere.

## III.

### INCESTA DE SAXO.

Incesta saxo deiciatur.

Incesti damnata, antequam deiceretur, Vestam invocavit; deiecta vixit. repetitur ad poenam.

Id enim deerat, ut modestior in saxo esset, quam in sacrario fuerat. dubitari potest, quin usque *eo* deicienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est? patrocinium suum putat pereundi infelicitatem. quid, inportuna mulier, precer, nisi ut ne bis quidem deiecta pereas? exponam, cum quo stuprum vel quando commiserit? quia probavi ista, damnastis. non putas legem cavisse, ut perires, quae cavit, quemadmodum perires? male de diis aestimas,

**MP** 4 dicesserint **P** | 5 pericla $M^1$ *corr.* $M^3$ | 6 totus] *αν*; totum **MP***β* 7 puditiitiam **M** | adtulerat **M** | 8 puditiitiam **M** | 9 extra *om.* **P** *et sic ubique* obscenitate (s *corr. ex* c) **M** | 11 verecundiae] *α*; uericundiae $M^1$ uerecunde $M^2$ uereconde **P** inuerecunde *βν*; *cf. p. 43, 9* | 15 deicientur **P** | uocauit **P** 16 uinxit **P** | pititur **P** | 18 non *post* dubitari *add.* $M^3$**P** | postest *(prius s del.)* **P** | *eo *add. Ml, Gz; cf. p. 44, 5* denec $M^1$ *corr.* $M^2$ 20 inprecer **P** | nisi// *(una litt. eras.)* **M** | 21 pareas $M^1$ *corr.* $M^3$ | stuprum **M**, *sed* uprum *in ras. scr.* $M^3$ | quando] quomodo **P** | 22 quia] cuia $M^1$ *corr.* $M^3$ | 23 existimas *Seneca; cf. p. 44, 22*

si sacerdoti suae tam sero succurrunt. ita dii damnatam maluerunt absolvere quam sacerdotem?

Pars altera. Damnata deiecta est, absoluta de||scendit. putares puellam non deici, sed demitti. lex sacerdotem non ad saxum usque differret, nisi sententiam expectaret deorum. erat altitudo montis etiam secure despicientibus horrenda.

## IIII.

### FORTIS SINE MANIBVS.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit.

Liceat adulterium in matre et filio vindicare.

Vir fortis in bello manus perdidit. deprehendit adulterum cum uxore, de qua filium adulescentem habebat; imperavit filio, ut occideret. non occidit; adulter effugit. abdicat filium. contradicit.

Solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros nec occidi. quis non putet aut me sine filio fuisse aut filium sine manibus? conceptus est iste — ex quo, sciemus cum adulteros deprehendero. tunc primum sensi me manus perdidisse. in bello meas, domi etiam filii manus perdidi. tam frustra ad filium quam ad gladium cucurri. in bella non venit et ante patriae quam patri negavit manus. usque eo pugnavit pro vobis, ut pro se non

MP 1 *post* si 2 *litt. eras.* (*fort.* bi) *in* M | sacerdotis uae M[1] sacerdoti// suae M[3] | 4 demitti] M[1]$\beta^2$; dimitti M[2]P$\alpha\beta^1 v$ | 5 differet M[1] defferret M[3] 10 in] im M 12 *post* deprehendit 2 *litt. eras. in* M | 15 DC. *(sic) in ras.* M[3] 16 omibus P | demissi M[1] dimi//si M[2] 18 cceptus M[1] *corr.* M[3] || deprehendero] M[1]; deprehendi M[3]P$\alpha\beta v$ | 19 sensi in bello me perdidisse manus meas. domi P meas domi (s *in loco litterae, quae nunc legi non potest, scr.* M[2]; *litterae* d *alteram partem* c *scr.* M[1], *alteram* l *scr. vel renovavit* M[3]) M || 20 filii] filii// (s *eras. vid.*) M 21 *verba* in bella non venit et *ab epitomatore addita esse cens. Bs* 22 eo probauit pro uobis pugnauit ut P

posset. adulescens, quos dimisisti sequere. non potui, inquit, matrem occidere. quo sis excusatior, adice: et patrem.

Pars altera. Alterum putavi parricidium matrem coram patre occidere. non semper scelera nostri iuris sunt, et truces quoque animos miseri¦cors natura debilitat. in tam inopinati flagitii spectaculo toto corpore stupui. pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia. priusquam in mei memoriam reverterer, exierunt. maius erat scelus, quod imperabas, quam quod deprehenderas. si quid exegeris maius viribus meis, dicam: ignosce, non possum; ignoscit filio pater navigationem recusanti, si non ferat mare, ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamvis pater ipse militaris sit. ipsam legem recita: 'liceat marito, liceat et filio'. quare tam multos nominat, nisi quod putat esse aliquos, qui non possint? exierunt adulteri inter patrem debilem et filium stupentem.

## V.

### RAPTOR DVARVM.

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet.

Vna nocte quidam duas rapuit. altera mortem optat, altera nuptias.

Stupro accusatur, stupro defenditur; cum altera rapta litigat, alteram advocat. vindicate, patres; fortior publicae disciplinae severitas surgat: iam binae rapiuntur. coit populus velut publico metu territus et vix credens duos fuisse raptores. alteram iniuriae

**MP** 1 possit **M**[1] *corr.* **M**[2] ¦ adolescens **M**[1] (**M**[2] u *sup.* o *scr., deinde* u *erasum est*) aolescens **P** ¦ dimissisti **M** ¦ potui *corr. ex* potuit **M** ¦ 2 excusatiora ' dice **M**[1] excusatior▨ ¦ adice **M**[2] ‖ 3 putaui▨ (t *eras.*) **M** ¦ patricidium **P** ¦ 4 decidire **P** ‖ iuris sunt nostri **P** ‖ et] **S**αν; *eras. in* **M** *om.* **P**β ¦ 5 animes **M**[1] *corr.* **M**[2] diuinos **P** ¦ 8 imperabis **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ 10 ferat] fert *Seneca; cf. p. 54, 10* ignoscit▨ (e *vel* o *eras.*) **M** ‖ 12 *cf. p. 54, 12* ¦ 14 patrem *corr. ex* putrem **M** ¦ 18 quidem **M**[1] *corr.* **M**[2] ¦ alteram (in *del.*) **P** ¦ 20 *cf. p. 57, 10* accusator **M** ¦ altera▨ rapta (*post* altera *littera erasa est; sequens* r *in ras. scr.* **M**[3]) **M** ¦ 21 discipline *in ras.* **M**[3] ¦ 23 alterum **M**

rapuit, alteram patrocinio. perieras iam, raptor, nisi bis perire meruisses. si te ante rapuisset et nuptias optasses, deinde hanc vitiasset, antequam nuberes, negares illum iubente rapta debere mori? nihil amplius raptori praestare potes, quam ne tua lege pereat; contra alienam legem nullum ius habes. tu raptori praestas, ut illum ‖ ipsa non occidas; non potes praestare, ne quis occidat.

Pars altera. Inter pares sententias mitior vincat. refer Virginiam, dic Lucretiam: plures tamen Sabinae sunt. contumeliosum mihi erit te dignam videri, in cuius honorem homo occidatur, me dignam non videri, in cuius honorem servetur.

## VI.

### ARCHIPIRATAE FILIA.

Captus a piratis scripsit de redemptione; non redimebatur. archipiratae filia iurare eum coegit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset; iuravit. relicto patre secuta est adulescentem, duxit illam. orba incidit. pater imperat, ut archipiratae filiam dimittat et orbam ducat. nolentem abdicat.

Bonae spei uxor, bonae spei nurus, quae amare potest vel captivum, odisse vel patrem. in carcere, inquit, ac tenebris iacebam. narra, obsecro, soceri beneficia. puella non misericordia mota, sed libidine.

**MP** 1 rapiunt **M**$^1$ rapui//t **M**$^3$ ‖ alterum **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 2 promeruisses **P** ‖ nuptas **P**$^1$ obtasses **M** 3 iubente] **S***αν*; iuuenem **P** *et in ras.* **M**$^3$ ante *β* ‖ 4 praestare raptori **P** ‖ 6 illum *corr. ex* illam **P** ‖ ipsum *corr. ex* ipsam **P** ‖ num occidas num potes **M** 8 patres (t *del.*) **P** ‖ uirginiam (*ult.* i *corr. ex* e) **P** ‖ 9 tamen// **M** autem **P** 10 honoram **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 11 dignum **P** ‖ 14 raptus **P** ‖ 16 s//ecuta (a *eras.*) **M** 17 adolescentem **M**$^1$ (**M**$^2$ u *sup.* o *scr., deinde* u *erasum est*) ‖ imperat] *αβν*; im(in **P**)perabat **MP** ‖ 18 dimittat *corr. ex* dimittit **M** et *om.* **P** ‖ 20 bonae spei *posteriore loco om.* **P** ‖ quae amare potest vel captivum, odisse vel patrem] **M**$^1$*β*; que uel amare potest // (*ras. in* **M**) captiuum (captiuum potest *ν*) uel odisse // (*ras. in* **M**) patrem **M**$^3$**P***αν*

Pars altera. Eo me loco non deseruit, in quem venire etiam pater timuit. vidisses membra vinculis pressa, macie retractos introrsus oculos, attritas catenis et inutiles manus: talem quis amare nisi misericors potest? in tot consulatibus Marius nihil habet clarius quam se auctorem. Pompeium si hereditariae extulissent imagines, nemo Magnum ¦ dixisset. Servium regem tulit Roma. quid tibi videntur illi ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere rem publicam? non possumus una felices esse: quod solemus, una infelices erimus.

## VII.

### A PIRATIS TYRANNICIDA DIMISSVS.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehensum deprecante patre interfecit. a piratis captus scripsit patri de redemptione; pater piratis epistulam misit: si praecidissent illi manus, duplam pecuniam se daturum. piratae illum dimiserunt. pater in egestatem incidit, petit alimenta. negantem vult in vincla ducere. contradicit.

'Si praecideritis'; si irasceris, scribe potius: 'si occideritis'. tyrannicida exitum tyranni rogo. non timeo, ne, quas manus piratae solverunt, iudices alligent. pro adultero filio rogas. quaerite nunc, quomodo tyranni fiant. 'duplam dabo': apparet, pro unico filio rogat; 'duplam dabo': alteram pro filio, alteram pro tyrannicida; 'si manus praecideritis': hoc nec adultero fecimus nec tyranno. etiamnunc manus meas petis? nega tuam esse epi-

**MP** 2 praessā acie **M**[1] praessa macie **M**[3] ¦ matie **P** ‖ 3 atritas **P** ‖ inutiles] *fort.* mutilas *Schott; cf. p. 64, 10* ‖ 4 nisi] ni **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 5 ponpeium **P** ‖ si] *αβν*; sibi **M**[1] *del. et* nisi *superscr.* **M**[3] nisi **P** ‖ hereditate **P**[1] ‖ 6 dixisset *corr. ex* disisset **M** ‖ seruum **O** *corr.* **M**[1] ‖ quit **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 9 felices **P** ‖ 13 adulterio *corr. ex* abulterio **M** ‖ 14 pirati⫽s **M** ‖ 15 *post* epistolam (*sic* **M**) *vocabulum* fecit *add. et punctis* fec *del.* **M**[1] fecit *transversa lineola del.* **M**[3] ‖ 18 uincula **P** ‖ 19 CD **M** ‖ 21 tirannida **M**[1] tirannicida **M**[3]

stulam; et habes argumentum: dic: ego rogare etiam pro adultero soleo. remiserunt me rei publicae cum manibus, patri cum epistulis. hoc nostro saeculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis solutus a piratis, alligatus a patre. eius crudelitatis emptor, cuius nec pirata venditor. 'duplam dabo': quid necesse est? potui vilius solvi. 'ut praecidatis manus': obstipuere praedones et 'indica' inquiunt 'patri non omnia piratas vendere'. qualem optem patrem, nescio: dives debilitat, egens alligat; neutrum manibus meis expedit. ubi est patrimonium tuum, quo tyrannos instruis, quo adulteros facis?

Pars altera. Suscepi tria prodigia inter se et me furentia: unum qui patriam posset opprimere, alium qui fratrem violare, alium qui patrem. lex haec scripta est pro malis patribus; nam boni etiam sine lege aluntur. sciebam piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent; et si sperassent, utique praecidissent. non ira illa patris, sed calliditas fuit: unde redimerem, non habebam, rogare in tam avara civitate neminem poteram, in qua ne filii quidem patres alunt; usus consilio sum sciens piratas non crudeles *esse*, sed avaros: feci, ut desperarent posse redimi. an prudenter cogitaverim, nescio; interim feliciter cogitavi. excussa mens est, ex quo vidi unum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio, relictus solus, orbus, senex; qui color adprobandus est impetu; magna enim vi opus est, ut aliquis accusando se miserabilem faciat.

Extra. Sparsum memini hominem inter scholasticos sanum, inter sanos scholasticum.

**MP** 1 pro *om.* **M** ‖ 4 credulitatis **M**$^1$ crudulitatis **M**$^2$ ‖ 5 uenditus **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 6 obstupuere **M**$^2$**P**$\alpha$ ‖ 8 patrem optem **P** ‖ 9 tuum *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ quod **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 15 peccuniam **P** ‖ accipissent **M** ‖ 16 illa ira **P** ‖ redemerem **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 17 ne] **M**$^1$; nec **M**$^2$**P** ‖ 18 credules **P** ‖ 19 esse *add.* *Ks*; *cf. p. 80, 11* ‖ undi sperarent **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 20 exclusa **O**; *cf. p. 80, 17* ‖ 21 arco (?) **M** ‖ alterum (l *corr. ex* d) **P** ‖ 22 *ante* relictus *in* **M** *fuit* extra. *sed del* **M**$^3$ ‖ qui color] **M**$^1\alpha\beta v$; hic color **P** ⟨extra⟩ hic color **M**$^3$ ‖ 23 est ⟨si proferatur cum⟩ inpetu **P** ‖ se accusando **P** ‖ 25 extra *hoc loco inser.* *Morgenstern*; *cf. ad. v. 22* ‖ insanum inter insanos **MP**$v$ insanum inter sanos $\alpha\beta$; *cf. p. 80, 6*

## VIII.

### TER FORTIS.

Qui ter fortiter fecerit, militia vacet.

Ter fortem pater in aciem quarto volentem exire retinet; nolentem abdicat. ||

Quod patriae superest, patri vindico. o me filio pugnante iam lassum! iam pro te nescio quid etiam lex timet. miraris si, quod legi satis est, patri nimis est? causa mihi abdicandi est, ne sine filio vivam. abdicatio mea in potestate abdicati est. optimus virtutis finis est, antequam deficias desinere. lex quoque in ter viro forti aut diffidit aut consulit.

Pars altera. Certe abdicatis pugnare licet. pudet me, ter victi militant. senator post sexagesimum et quintum annum in curiam venire non cogitur nec vetatur. quidquid honoris nomine datur, in utramque partem licet; alioqui desinit praemium esse, cui necessitas iniungitur. otium imperas animo non otioso. tumultus exortus est: in me omnium civium diriguntur oculi; et adhuc — verum dicendum est — nihil mihi patria debet: numquam pugnavi nisi coactus. adhuc militia mea legis munus est. Athenienses abdicato vicerunt duce. quantum interest! ille abdicationem virtute delevit, ego merui. ||

**MP** 4 ter pater fortem **MP**$\alpha\nu$ pater ter fortem $\beta$; *cf. p. 82, 13* || acie// (m *eras.*) **M** acie **P** || 8 addicandi **P** || 10 uirtutis *corr. ex* uirtutibus **M** || anquam **P** || 11 in ter *om.* $\beta$, *fort.* , in⟨quit⟩, ter *Ml; cf. p. 87, 19* || forti] $\alpha\beta\nu$; forte **MP** || 13 saexagesimum **M** || 14 curiam] $\alpha\beta\nu$; curia **MP** | ueniret **M**$^1$, *deinde* t *erasum est* || uetetur **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || quicquid **M** *et sic semper; cf. p. 13, 12* || 15 alioqui] **M**$^1$; alioquin **M**$^3$**P** || esse praemium **P** | 16 iungitur **P** 19 munus (*prius* u *scr.* **M**$^3$) **M** minus **P** || 21 liber primus explicit . incipit liber . secundus **M** incipit liber . II . **P**

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBER SECVNDVS.⟩

Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem.

1 Cum repeterem, quos umquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios FABIANVS philosophus, qui adulescens admodum tantae opinionis in declamando, quantae postea in disputando fuit. exercebatur apud Arellium Fuscum, cuius genus dicendi imitatus plus deinde laboris impendit, ut similitudinem eius effugeret, quam inpenderat, ut exprimeret. erat explicatio Fusci Arelli splendida quidem, sed operosa et implicata, cultus nimis adquisitus, conpositio verborum mollior, quam ut illam tam

MPSαβνσ *Hanc praefationem om.* CD, *servaverunt excerptorum codices; σ = codex Sorbonnianus 354 (Parisinus bibl. nat. 15730); librum contulit Guil. Meyer Turicensis* incipit secundus liber senece de causis S explicit liber primus incipit secundus α ¦ 3 *om.* PSα ¦ malae M | filiis salutem, iis s *in ras.*, M 4 repegeror P repeterem ⟨memoria⟩ β ¦ bene *om.* α declamasse β ⟨sepe⟩ audissem α 5 inter] *fort.* ante *Gz* philosofus M ‖ adolescens (*supra* o *eras. est* u) M ¦ 6 quan⁚⁚tae M postea in] post eam P ¦ 7 arelium α 8 imitatus ⟨est⟩ plus S demum σ im(in P)pedit Pα ¦ 9 eius *om.* α ¦ inpendant (*ult.* n *del.* $P^2$) P inpenderet S exprimaeret P ¦ erat ⟨enim⟩ α 11 nimis adquisitus] nimis atquisitus $M^1$ nimis acquisitus $M^3$αν nimis exquisitus β, nimius ac quaesitus *He* ¦ molliorum quam P mollior quidem S illam *om.* P ¦ quam illa ut α

sanctis fortibusque praeceptis praeparans se animus pati pos-
set; summa inaequalitas orationis, quae modo exilis erat, modo
nimia licentia vaga et effusa: principia, argumenta, narratio-
nes aride dicebantur, in descriptionibus extra legem omnibus
verbis, dummodo niterent, permissa libertas; nihil acre, nihil
solidum, nihil horridum; splendida oratio et magis lasciva quam
laeta. ab hac cito se Fabianus separavit et luxuriam quidem 2
cum voluit abiecit, obscuritatem non potuit evadere; haec illum
usque in philosophiam prosecuta est. saepe minus quam audienti
satis est eloquitur, et in summa eius ac simplicissima facultate
dicendi antiquorum tamen vitiorum remanent vestigia. quaedam
tam subito desinunt, ut non brevia sint, sed abrupta. dicebat
autem Fabianus fere dulces sententias et, quotiens inciderat ali-
qua materia, quae convicium saeculi reciperet, inspirabat magno
magis quam acri animo. deerat illi oratorium robur et ille pugna-
torius mucro, splendor vero velut voluntarius non elaboratae
orationi aderat. vultus dicentis lenis et pro tranquillitate morum
remissus; vocis nulla contentio, nulla corporis adseveratio, cum
verba velut iniussa fluerent. iam videlicet conpositus et pacatus
animus; cum veros conpressisset adfectus et iram doloremque

**MPSαβνσ** 1 fortibusque **M**¹ fortibusq; (; *in ras.*) **M**³ praeparasse (*sic* **Pασ** *quoque)* praeceptis animus **S** 2 suma inequalitas (t *corr. ex* a) **S** quae] quo **P** erat *om.* **P** 3 innimia **α** principa **P** 5 niterent] interim **α** permisa **P** *utroque loco* nil **S** 6 nil **S** orridum **M** et *om.* **S** 7 ab accito **M**¹ *corr.* **M**² fabianus se **P** quidem] quam **α** 8 euadere non potuit **α** illum] autem illum **Sα** autem **β** ‖ 9 philosofiam **M** persecuta **S** est ⟨eum⟩ **β** saepe ⟨enim⟩ **α** ‖ audiendi **S** 10 simplissima **Sσ** 11 discendi **S** 12 'uel definiunt' **σ** braeuia **M** *om.* **P** sint *rad. corr. ex* sunt **M** 13 inciderat] *Kss;* incidebat **O**; *cf. p. 105, 14* aliqua// (m *eras.*) **M** 14 materia *rad. corr. ex* materiā **M** mala **S** quee **α** conuitium **M** cum uicium **Pα** reciperet *corr. ex* inciperet **P** 15 illi deerat **Sα** oratorum **P** et *om.* **α** illi **S**¹ pugnatorius] **β**¹ *(Pincianus)*; pugnatoris (i *rad. corr. ex* u **α**) **O** 17 leuis **α** 18 *post* corporis *20 litt. spatium, fort. propter membranae naturam, in* **M** 19 inuisa **α** iam] *fort.* tam *Kss* *post* conpositus *12—14 litt. spatium, fort. propter membranae naturam, in* **M**; *deinde* animus et pacatus animus *sequitur, sed prius* animus *del.* **M**¹ paccatus **P** 20 uero **Sα** *et 'libri veteres' Schotti, quod praefert Hoefig*

procul expulisset, parum bene imitari poterat quae effugerat.
3 suasoriis aptior erat; locorum habitus fluminumque decursus et urbium situs moresque populorum nemo descripsit abundantius. numquam inopia verbi substitit, sed velocissimo ac facillimo cursu omnes res beata circumfluebat oratio. haec eo libentius, Mela, fili carissime, refero, quia video animum tuum a civilibus officiis abhorrentem et ab omni ambitu aversum [hoc unum concupiscentem] nihil concupiscere, *nisi* ut eloquentiae tantum studeas. facilis ab hac in omnes artes discursus est; instruit etiam quos non sibi exercet. nec est, quod insidias tibi putes fieri, quasi id agam, ut te bene cedentis studii favor teneat. ego vero non sum bonae mentis impedimentum: perge, quo inclinat animus, et paterno
4 contentus ordine subduc fortunae magnam tui partem. erat quidem tibi maius ingenium quam fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum: est et hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate eius, ut illo male utaris. sed quoniam fratribus tuis ambitiosa curae sunt foroque se et honoribus parant, in quibus ipsa quae sperantur timenda sunt, ego quoque eius alioqui processus avidus et hortator laudatorque vel periculosae dum honestae modo industriae duobus filiis navigantibus te in

**MPSαβνσ** 1 imita//ri (r *eras.*) **M** ¦ effugeret **M**[1] **effugerat (at *in ras.*) M**[3] effugarat **P** ¦ 3 habundantius **MSβ** hanbundantius **P** ‖ 4 **sustitit PS** subsistit ***α*** ¦ cursu ac facillimo ***α*** ¦ facillissimo **Pβ** ‖ **cursu *om.* S decursu *β*** ¦ 5 beata// (s *eras.*) **M** ¦ //oratio (h *eras.*) **M** ¦ **Mela] o mela S o meli *α; cf. Tac.*** *ann. 16, 17* ¦ 7 aduersium **S** *hoc unum concupiscentem *del.* ‖ **umum S *om.* c** concupiscentem nihil *del. Sander,* nihil concupiscere *del. Linde* ‖ **8 concupicere S** ¦ *nisi *add.* ¦ concupiscentem, nihil concupiscere . [ut] (vel ***Gz***) **eloquentiae . .** *Mg, Gz* ¦ tamen **M**[1] *(O. Jahn)* tamtum (tum *in ras.*) **M**[3] **cum S, *fort.* tandem** *Linde* ¦ 9 ac **M**[1] *corr.* **M**[2] ¦ excursus *Schg* ‖ 10 nec] haec **P** ¦ **est] sit S** 11 te] tibi **Sβ** ¦ dicentis **P** ¦ favor] *Mg;* labor **O** ‖ **teneat] tenentur S timeatur** *β*, (labor) terreat *Schg* ¦ sum] solum **S** ‖ 12 inquinat **M**[1] *corr.* **M**[3] ¦ 13 conpraetentus **P** ¦ tibi quidem **P** 14 quam ⟨ceteris⟩ fratribus ***α*** ‖ tuis ***om.* S** honarum **M** ¦ 15 ipsum ⟨quoque⟩ melioris ***α*** ¦ //pignus (p *in ras.* **M**[3]) **M** 16 corrumpe **PSσ** corrumpere ***α*** litaris **P** 17 ambiciose **PSαβσ** 18 qua// (m *eras.*) **S** ¦ *verba* eius alioqui . . . industriae *(v. 20) om.* **P** ‖ 19 alioquin **Sσ** aliquando ***α*** ¦ horator **M**[1] *corr.* **M**[2] ortator **S** ¦ vel] ut ***σ***

portu retineo. sed proderit tibi in illa, quae tota mente agitas, declamandi exercitatio, sicut Fabiano profuit: qui aliquando, cum Sextium audiret, nihilominus declamitabat et tam diligenter, ut putares illum illi studio parari, non per illud alteri praeparari. habuit et Blandum rhetorem praeceptorem, qui *primus* eques 5
Romanus Romae docuit; ante illum intra libertinos praeceptores pulcherrimae disciplinae continebantur, et minime probabili more turpe erat docere quod honestum erat discere. nam primus omnium Latinus rhetor Romae fuit puero Cicerone Plotius. apud Blandum diutius quam apud Fuscum Arellium studuit, sed cum iam transfugisset, eo tempore, quo eloquentiae studebat, non eloquentiae causa. scio futurum, ut auditis eius sententiis cupiatis multas audire. sed nec ille diu declamationibus vacavit et ego tanto minorem natu, quam ipse eram, audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram. in hunc ergo libellum quaecumque ab illo dicta teneo conferam.

**MPS**$\alpha\beta\nu$ 1 retineo] *hic desinit praefatio in* $\sigma$ || in *om.* **S**$\alpha$ quam **S**$\alpha\beta$ || *post* retineo *usque ad finem versus 19 litt. spat. in* **M** 2 exertitatio **M** | qui aliquando, cum] **S**$\alpha\beta\nu$; qui (quidem [?] **M**[3]) aliquando **M** qui ut aliquando **P**, qui cum aliquando *Bs*, qui vel quom *Usener* | 3 sextum **P** sestium **S**$\beta$ festium $\alpha$ || declamabat **S**$\alpha$ | 4 illum *om.* **P** studio *om.* **S** 5 Blandum] *cf. Nipperdey ad Tac. ann. 6, 27* || et] etiam $\alpha$ rethorem **O** qui▒ *(fort.* a *eras.)* **M** || primus *add. He* || 6 inter **S**$\alpha$ 7 pulcerrimo **M** pulcherimo **S** || 8 torpe **M**[1] *corr.* **M**[2] discere] dicere **S** prius **P** 9 *post* latinus *erasum est* inus *in* **S** rhethor **M** rethor **PS** *om.* $\alpha$ fuerit $\alpha$ || plocius **P** plotius *ante* romae *exhibet* $\alpha$; *cf. Cicero apud Suetonium de rhet.* 2 11 tranfugisset **M**[1]**S** *corr.* **M**[2] || tempore eo **S** || 12 audi▒tis (a *eras.*) **S** eius (us *in ras.* **M**[2]) **M** | 13 diu▒ *(fort.* e *vel* l *eras.)* **M** || vacavit] *Mg;* uocabit **M**[1] uacabat **M**[3]**PS**$\alpha\beta\nu$ | 14 tanto] **M**[1]**S**; multo **M**[2]**P** multo ⟨tempore⟩ $\alpha$ | minorem] minor *rad. corr. ex* minorem **M** minor **P**$\alpha\beta$ minore **S** | quam *om.* **P** || ipse (i *in ras.* **M**[3]) **M** eram] *Schott;* erat **MS**$\alpha\beta\nu$ erat ⟨ut⟩ **P** | audiebam *corr. ex* audiebant (?) **M** audiebat **S** || 15 ego **MS**$\alpha$ || 16 illo] eo **P** || ducta **MP**

## I.

Dives tres filios abdicavit. petit a paupere unicum filium in adoptionem. pauper dare vult; nolentem ire abdicat.

1 PORCI LATRONIS. Hancine meam esse fortunam? eodem tempore et abdicor et adoptor. ista videlicet domus adulescentem me non capit, quae te senem fecit. quietiora tempora pauperes habuimus; bella civilia aurato Capitolio gessimus. divitias putas aurum et argentum, ludibria fortunae, quae interim cum ipsis dominis veneunt? denuntio tibi, dives: etiamsi venero, dabo operam, quod in tua domo facillimum est, ut abdicer. etiamsi multa contra expectationem accidunt, numquam tamen futurum putavi, ut aut pater meus liberos odisset aut dives concupisceret. non desidero patrimonium; fragilis et caduca felicitas est et omnis blandientis fortunae speciosus cum periculo nitor: et sine causa saepe fovit et sine ratione destituit. vidi ego magni exercitus ducem sine comite fugientem; vidi *ab* ambitiosa turba clientium limina deserta sub domino sectore venalia. nam quid ex summis opibus ad egestatem devolutos loquar? multa tibi succurrent exempla,
2 etiamsi in una domo quaeras. RVFI VIBI. Habendos esse liberos is quoque iudicat, qui non libentissime habet. ego illos in frivola invitavi nostra: qui illis meam promisi domum, suam eripiam?

CD 1 omissa (missa **D**) praefatione et (et *om.* **B**) epistula controuersia haec est **Oτ** *om.* **T** 3 adoptione **B** 5 porci latronis *om.* **V**[1] latroni **B** hanene **AB** hanccine **TD** esse] **τ**; ipse **O** 6 aboptor **A** adu(ado **A**)lescente **AB** 8 capitolio (io *corr. ex* oo) **V** 9 ludirbria **V** *corr.* **V**[1] interim cum] *Duker in Flor. ind. s. v. 'interim'*; inter iocum **Oτ** inter locum **T**: *vocabulum quod est* interim *iam antea Fb restituerat* 10 veneunt] *Duker*; ueniunt **O** 13 dius **A** 15 spetiosus **B** nitor est; sine *Schg* fovit] *Bentley ad Lucan. 2, 727 coll. Sil. Ital. 11, 39;* fluit **O**, adfluit *He* 16 rationē **A** 17 uibi **A** ab *add. Ml* clientium *corr. ex* cedientium **D** 18 sectore] *Gr:* rectore **O** 20 rufi uibii *add.* **V**[2] *om.* **V**[1]; *cf. ad p. 114, 10* abendos **V**[1] esse <quoque> (quoque *del.*) **D** 21 habent **AB** libentissime non haberet *Thomas* fribola **O** 22 praemisi **A** rapiam **D**[1]

quid faciam? si paruero abdicabor, si ‖ non paruero abdicabor. patrem amo: haec est contumacia mea. dives filium non habet: me dabis; dives reduxerit suos: me recipies; ita non adoptari, sed commodari recuso. Cesti Pii. Accipe vitae meae testem, 3
quod magni aestimas, divitem, cui placere difficile est. vultis scire, quare patrem non relinquam? quia genuit me, quia educavit, quia abdicavit. diu dubitavi, ille amicum temptaret an hic filium. 'abdico' inquit. hoc pater verus! quid ab eo, qui adoptabit, sperare possum? Narratio Cesti Pii: Dives sustulit unum filium: non fuit contentus; quid enim erat diviti unus? tres sustulit; poterat unum in adoptionem dare: abdicavit unum, alterum, tertium. iam nihil diviti putatis superesse? quartum addet. Arelli 4
Fusci patris. Quisquis es avarus pecuniae custos immensique cultor soli: cum multa quaesieris, poterisne omnibus frui? filium quaeris: ecce turba iuvenum sine patre. impera quod vis: navigabo, militabo, dummodo ubicumque fuero tuus sim. *ita* nos pauperes sumus, qui habemus quod divites rogent? unde talem patrem? non irasceris, nisi ut ames. quid porro? ista patrimonia,

CD 1 fatiam B | *prius* abdicabor] *cf. § 1. 9. 15;* alienabor *Gr* (abalienabor *maluerim*), *fort.* abdicabo *vel* ablegabor *Kss* paruero] V$^2$D; pasno A pameno B par . (?)eno V$^1$ | 2 patrem amo] patrem habeo O$^a$ partem (pertem V$^b$ pestem D$^b$) amo O$^b$; *cf. ad p. 113, 4* | haec] habeo A$^a$ contumatio AB contumatia V$^b$D$^b$ | 3 dives] si diues V$^a$D$^a$; *cf. ad p. 114, 10* | reduxeris A$^a$B$^a$ recipiet A$^b$B$^b$ | 4 recuso sed commodari O$^a$ accommodari D$^b$ | cesti pii *om.* V$^1$ 5 quid V$^1$D, quem *Bs* | placere *corr. ex* placare V | 6 quia genuit me, quia educavit, quia] *R. Wachsmuth;* qui genuit me qui (que A qua B) educauit (ducauit A) quia (qui AVD) O; *cf. Bs spic. cr. 9* 7 dubitavi] Eτ; dubitauit O temptaret] E; temptauit O temptauerit τ, temptarit *Bs* | 8 abdico] τ; abdica O | verus] τ; uersus O ab eo qui *om.* AB adoptauit O | 9 narratio] *cf. ad p. 33, 12* | *fort.* *[Narratio Cesti Pii:] | tulit C 11 *prius* unum] enim O 12 addet] *Gz;* abdet AB abdicit V$^1$ abdicat V$^2$D, *fort.* abdicabit *Usener* arelli fusci patris *om.* V$^1$ | 13 immenseque D 14 soli] τ; fili A sili BV$^1$ sile V$^2$ syle D$^1$ syllae D$^2$ | frugi C *corr.* V$^1$ | 15 impera] Dτ; imperas C, impera ⟨, pater,⟩ *Schg* navigabo] τ *(Fb);* negabo O | 16 dominodo A | sum V$^1$ | ita *add.* E; *cf. § 24 et Rebling observ. cr. 33* | 17 qui] Eτ; quid O, qui id *J. Klein* 18 ut] et *Schg* | patrimonia] *Gr;* matrimonia ABV$^2$D matromonia V$^1$

in quae male insani ruitis, gaudia dominorum an onera sunt?
mille corruentium inter divitias suas exempla referebas et inter
illa ponebas et divitis domum. merito abdicasti an inmerito? si
inmerito abdicasti, odi patrem tot eicientem innocentes: si merito,
odi domum tot facientem nocentes. aliquid in domo locupleti non
agendum agam. quae apud nos frugalitas est, apud illos humi-
5 litas est. pellis iterum potius filios quam recipis. colit etiamnunc
in Capitolio casam victor omnium gentium populus, cuius tan-
tam felicitatem nemo miratur; merito potens est: nempe ab eius
origine est, qui non reliquit patrem. egredientem te certe domo
redeuntemque comitabor nec nisi in limine deseram: ero in pu-
blico filius. amo aeque paupertatem quam patrem: utrique con-
suevi. non possum agere in domo divitis filium. si carum tibi
servum venderes, quaereres, numquid saevus emptor esset. unam
mehercule horam, qua tibi irato satis faciam, ter pluris omni patri-
monio puto. hoc solum omnium, quod sic me amittere cupis, satis
amare non possum. quid faciam adoptatus? loquar de filiis eius
6 bene? de abdicatione? ego in domum vestram intrabo, tamquam
ego vos eiecerim? ego ornamenta vestra occupabo, ut me, si

**CD** 1 sani **VD** *(Ml, Linde, Otto)* | an] ad **AB** at **VD** | ñera **B** | 2 corruentium] *He, Bs;* conuentum **O** | divitias] *Schg;* uites **O** uices **τ**; *cf. p. 110, 1* | referebas] **D²τ**; referebat **AVD¹** referebatur **B** | 3 et] *Herv;* sed **A¹VD** csed *vel* esed **B** *del.* **A²** | domo **D** dono **τ** | inmerito? si] inmeritos **AB** | 5 locupletis (s *del.* **V**) **VD** | 6 apud nos] aut nos **AB** | humilitas *corr. ex* humanitas **V** | 7 pellis] *Gz;* petis **O**, repetis *Schg,* perdis *Ml* | <me> recipis *Schg* | 9 *fort.* miretur *Kss* | nempe] *He;* neme **AB** nemo **VD** | 10 relinquid **B** | domo] *Ml, Otto;* domum **O**, (egredientem te, certe) domum (redeuntem) *vg* | *fort.* *redeuntemque domum *(O. Ribbeck) vel* *domumque redeuntem | 11 redeuntemquae **B** | 12 paupertatem] **E**; pauperpauperem **O**, pauperiem *Kss,* pauper pauperiem *Gz; cf. Sander Sprachgebr. 2, 23* | quam *om.* **VD** ac **E** | conseui **C** *corr.* **V²** | 14 non quid **D** non quis **τ** | saevus] *He;* seis **AB** si is **V** suus **Dτ** | unam] *He, Ml, Mg;* nam **O**, illam *Linde* | 15 meercule oram **AB** | quam **B** | *ter] *Kss, Ml, Mg;* inter **AB** interim **VD**, te *Bs* | plures **A** | patrimonio] *Rom;* matrimonio **O** | 16 solum omnium] *Kss, Mg;* somnium **O**, <ob> hoc solum *Bs* | cupis] *He, Mg;* curis **AB** curas **VD** | 17 <te> amare *Bs* | fatiam **B** | 18 <male> bene de **τ** | abdicatis *Bs* | ergo *He* | 19 ut] *Mg;* tu **A¹B** tum **A²VD**

illic quid commisero, *et vester eiciat* nec meus recipiat pater? quid est, quod aut negandum mihi aut excusandum sit? non insanissimum dispendiorum malum, non erubescendos || amores neque luxuriantem habitum neque potatus obicis filio. haec si non potes, aliqua saltem ex commentariis amici tui describe: madentem unguentis externis, convulneratum libidinibus, incedentem ut feminis placeat, femina mollius, et cetera, quae morbi, non iudici sunt. abdicatio loquax est: quam te, paupertas, amo, si 7
beneficio tuo innocens sum! accusatorem non habeo; immo, me miserum, etiam laudatorem habeo et eum, cui non omnes placent: hoc enim malo dicere quam 'omnes non placent'. non tibi per multos *fulta* liberos domus est neque turba lateri circumerrat nec multus intra limen heres est nec post me ali*us*, quem retineas. quamquam ne sic quidem debuisti dare, quom etiam deos cum votis patris vidisses certantis. et tutior adversus fortunam est cui aliquid post damnum superest, et habemus exemplum posse aliquem tres filios perdere. ille Croesus inter reges opulentissimus, memento, post terga vinctis manibus ductus est. tu, Crasse, post evestigata illa fugitivorum arma urbis Romanae divitissimus civis, nunc apud Parthos eges sepulchro quoque.

**CD** 1 illic] illud **AB** illi **VD** || quid *corr. ex* quod **V** || *et vester eiciat *add.*; ⟨et eiciat vester⟩ *Novák*, ⟨nec vester⟩ *Mg* || 2 necandum **AB** || nona **AB** *corr.* **A**[1] || 3 erubescendas **A** || 4 nec nepotatus *Fb* || abicis **V**[1] || 6 madente **B** || externis] *Kss*; es(hes **VD**)ternis **O**, *fort.* *, extremis *(quod cum* libidinibus *iungas)* || 7 ut] et **AB** || 8 iudicii **Dτ** iudicis **T** *(Kss); cf. p. 89, 12* || 9 benefitio **V** || acusatorem **V**[1] || immo *om.* **D** || 10 oms **A** || 11 haec **A** || ⟨'cui⟩ omnes *Kss* || 12 fulta *add.* **E** || tuiba **A** | circumerat **B** || 13 eres **B** haeres **VD** || post me] *Schg*; potest **AB** post te **VD** ut apud te **τ** || *alius, quem] aliquem **O**, alter, quem *Gz* || aliquem retines *Schg* || 14 ne] *Bs*; nec **O** || dare] abdicare *Schg* || quom] *Kss, Ml*; quam **O**, cum *vg* || etiam] *Otto*; enim **O**, *del. Kss*, olim *Gz* || 15 uidisse **O** || *fort.* quoniam . . . vidisti *Ml* || certantes **VD** || et] etenim *Kss* (*cf.* **E**); *at v. Sander quaest. synt. 36* || 16 qui **AB** || 17 aliquo **A** || sopulentissimus **AB** || 18 memento] ad tormenta **VD** || pos **AB**; *cf. 9,2,10; 10,1,4; suas. 1,15* || terga *corr. ex* tergum **V** tergum **D** || uinctus **AV** uuictus **B** || 20 civis] *Ml*; qui **O**, quid *Mg*, *del. He* || *fort.* *civis ditissimus, quid nunc ⟨es?⟩ || egens **AB** reges **D** | quid nunc ⟨es?⟩ apud P. egens s. q. ⟨sceletus.⟩ *Gz*; *cf.* Gz ed. Sen. dial. 413

8 sescenta praetereo alia corruentium inter divitias suas exempla:
non refero, quotiens in iis istam posueritis domum || meliores per-
dentem divitiis suis liberos. hoc *animo* scio nostros fuisse maiores,
hoc illum Aelium Tuberonem, cuius paupertas virtus fuit, hoc
Fabricium Samnitium non accipientem munera, hoc ceteros patres
nostros, quos apud aratra ipsa minantes pecora sua circumstete-
runt lictores. surgite, surgite, miserrimi iuvenes, et meum rogando
9 patrem vestrum rogare discite. BLANDI. Tres genuit, quattuor ab-
dicat. 'abdico' inquit. apparet, unde venias. GALLI VIBI. Si quis
me audit adoptari, iam putat abdicatum. 'quare *respuis divi-
tias*?' respondeo: ne auferam patri filium, filiis patrem. nec tam
vicino exemplo emendaris? qui abdicat suos, quaerit alienos.
nulla certa felicitas est: paulo ante ego divitis filiis invidebam,
modo illi mihi. laudat me pater, cum abdicet, laudo ego patrem,
cum abdicer; haec una inter nos disputatio est: iste me dignum
10 putat beato patre, ego me meo. FABIANI PAPIRI. Ecce instructi

**CD** 1 sescenta] *O. Ribbeck;* dicta **C**, multa *Bs (Ml),* ista *Vsener* || praetereo] *Ml;* praeterea **O** | *alia] *Gz;* illia **AB** illa **VD**, milia *Bs (Ml)* | coruentium **A** corrumpentium **VD** *exempla] *Gz;* exemplo **O**, exemplorum *Ml* | *verba* inter diuitias suas exemplo *in* **O** *ante* posueritis *(v. 2) exhibentur; prima tria vocabula transposuit Bs, quartum Ml; cf. p. 108, 2* multa praeterea milia corruentium i. d. suas non refero. *Bs* | 2 fero **VD** | quoties **C** || in iis] *Ml;* enim ⟨inter diuitias suas exemplo⟩ **O** | posueris *O. Ribbeck* | quoties enim exemplo istam (...?) *Bs* | quoties olim inter ⟨illa⟩ istam posueris ipse domum *Gz* | 3 diuitis **C** *corr.* **V¹** || hos **AB** || *animo *add.* nostro **A** (hoc scio ..) fugisse *Bs*, vidisse *Gz* | 4 turbonem **O** || 5 samnitem **C** 6 ipsam **AB**, *fort.* ipsos *Gz* | minantes] *D. Volkmann (cf. Fest. p. 23 et 25 M.);* mirantes **O**, numerantes *Schg (cf. Verg. Ecl. 3, 34; Tib. 1, 5, 25; Ovid. met. 13, 824)* | pecora] *Meursius (teste H. J. Arntzenio misc. 44), Schg;* decora **ABτ** dedecora **VD** | sui *H. J. Arntzen l. c.* circumstetere **D** | 7 agite, surgite *Studemund*, surgite *Gz; cf. F. Jonas Ztschr. f. d. GW. 1874, 125* miserrimi *om.* **D** | 8 blandus **D** || 9 si q̄ **B** | 10 adoptari ... abdicatum] *Gz;* abdicari ... adoptatum **O**, ⟨adoptari, iam putat abdicatum; si quis me audit⟩ abdicari ... adoptatum *He* || respuis divitias? *add. Thomas;* ⟨in adoptionem dari nolim, quaeris?⟩ *Bs*, ⟨recusem adoptionem, quaeris?⟩ *Gz* | 12 vicino] indigno *vel* insigni *Ml* | 13 diuitiis **V¹** diuitis// **V²** 14 modo] nunc **τ** laudat] laudet **D** | 15 uno **AB** || 16 fabiani papirii *add.* **V²** *om.* **V¹** paparii **A** papirii **B** papyrii **D**

exercitus saepe civium cognatorumque conserturi [praelium] manus constiterunt et colles equis virisque complentur et subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur: illa tum in multitudine cadaverum vel spoliantium sic quaesierit aliquis: quae causa hominem adversus hominem in facinus coegit? — nam neque feris inter se bella sunt nec, si forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque divino genus —; quae tanta vos pestis, cum una stirps idemque sanguis sitis, quaeve furiae in mutuum sanguinem egere? quod tantum malum *huic* uni generi 11
vel fato vel forte *iniunctum*? an, ut convivia populis instruantur et tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? magna enim vero et lauta sunt, propter quae mensam et lacunaria sua *parricidae* potius quam lucem innocentes intueri maluerint. an, ne quid ventri negetur libidinique, orbis servitium expetendum est? in quid tandem sic pestiferae istae divitiae expetuntur, si ne in hoc quidem, ut liberis relinquantur? quid tandem est, quod non divitiae cor-

**CD** 1 praelium *del. Rom;* proelio *Sander,* ⟨in⟩ proelium *Gz* 2 constiterunt] *Rom;* constituerunt **O** pr. cominus constiterunt *Bs,* pr. in campis constiterunt *Ml, fort.* *pr. inter se constiterunt ¦ virisque] *Ml;* uirumque **AB** utrimque (*sic* **D**) *corr. ex* utrique **V** 3 trucidator $V^1$ illa tum in] *Schwierczina Frontoniana (Vratislav. 1883) thes. 5;* illatuum **AB** illatium **VD**, et illacrimantium (multitudinem) *Schg, fort.* stipatur *Bs,* ⟨vagatur turba vel⟩ illacrimantium (multitudini) *Ml,* in illa tum *Mg,* illatus (multitudini) *Novák,* ⟨conspecta⟩ illa tanta *Linde* ¦ 4 sic] *Schg;* si **O** *(Bs)* ¦ 5 *verba* hominem adversus ... forent eadem *(v. 6) om.* $V^1$ ¦ in *om.* **AB** *fort.* hominem facinus ⟨committere⟩ coegit? *Gz* 6 forent] florente **AB** 7 decent **D** 8 pestis] *He, Bs;* festis **AB**, fert (aufert $D^2$) ira **VD** ¦ una] na **A** ¦ strips **B** iidemque **AB** ⫽idemque (i *eras.*) **V** quaeve] *Bs;* quae (que **AB**) uel **O** ¦ 9 huic uni] *Otto;* uni **AB** uno **VD**, humano *Rom,* huic *R. Wachsmuth,* illi *Kss,* hominum *Ml,* nostro *Bs* ¦ genere **O** 10 *prius* vel *om.* **C** ¦ fato] facte $V^1$ uel sorte uel fato **D** *(vg)* ¦ iniunctum] *Gr;* iunctum **AVD** uinctum **B**, invectum *vg* ut] **VD** *(Gr);* et **AB** ¦ poculis *Gruter* ¦ instruantur *corr. ex* instruuntur **V** extruantur **D** 12 *et lauta] laucia **AB** et laudanda **VD** *(cf. Cic. ad fam. 9, 16, 8), fort.* lautaque *Gz* ¦ quem **A** ¦ lucanaria **A** parricidae *add. He;* ⟨noxii⟩ *Gr,* ⟨noxiosi⟩ *Gz* 13 intueri] *Schott;* interit **A** interim **BV¹Dτ** interimi $V^2$ interum **T** cernere **τ** *in marg.* ¦ uentre $V^1$ ¦ 14 necetur **AB** in *om.* **VD** 16 non divitiae] *Hoefig, He;* in nitio **O** non uicio **τ** *(Fb),* in vitium *Schg (cf. He phil. 6, 175),* divitiae non *Mg*

ruperint? primum, si inde incipere velis, aedes ipsas, quas in tantum extruxere, ut, cum domus ad usum ac munimentum paratae sint, nunc periculo, non praesidio *sint*: tanta altitudo aedificiorum est tantaeque viarum angustiae, ut neque adversus ignem
12 praesidium nec ex ruinis ullam in partem effugium sit. ad delicias dementis luxuriae lapis omnis eruitur, caeduntur *ubi*que gentium silvae; aeris ferrique usus, iam auri quoque, in extruendis et decorandis domibus, nempe ut anxii et interdiu et nocte ruinam ignemque metuant; qui sive tectis iniectus est *sive* fortuitus, ruinae et ‖ incendia illa urbium excidia sunt; quippe non defendunt sua, sed in communi periculo ad praedandum *ut* hostes *discurrunt appetunt*que aliena, et in suis domini a validioribus caeduntur, *accenduntur* alia ipsaque cum maxume flagrantia spolium ex aliênis ruinis feruntur. in hos ergo exitus

**CD** 1 uellis *(post.* l *del.)* **B** | aedes] *Schott;* sedes **O** ‖ ipsas] *Kss;* ipse **ABτ** ipsae **VD** *om.* **T** | 2 cum *del. vg* ‖ usum *corr. ex* usus **V** ‖ monumentum **AB** 3 sint, ⟨sint⟩ *Bs* periculo ⟨sint⟩ *Gz* | *sint *add.* ‖ aedifitiorum **V** ‖ 4 neque **D** 5 *ullam] ullam uillam **AB** ullum (*rad. corr. ex* ullam [?]) ullam **V** ullum ullam **D** | delitias **AV** ‖ 6 caeduntur ubique] *Bs;* caedunturque **O**, caedunturque ⟨ubique⟩ *Otto* | 7 extruentis et decorendis **AB** ‖ 8 namp ut **A** nampe ut **B** | anxii et] anxii **BVD** ‖ 9 sive tectis] *He, Mg;* subiectis **AB** sub tectis **VD**, sicubi tectis *Bs* | sive *add. He, Mg* | 10 fortuitos **AB**, (iniectus est) fortuito *Bs* | *verba sequentia nondum probabiliter emendata sunt* | *ruinae et incendia] quae (que **A**) et beuna (beuna *del.* **V**² *om.* **D**) **O**, hinc et cotidiana *Gr,* lacunaria *O. Jahn,* silvae et nemora *Bs,* laquearia et tablina *Kss,* aeque subeunda *Mg,* aurea et eburna *Gz,* hinc et vicina *vg* | urbium] iurum *Gz* ‖ 11 defendunt sua] *Gr, Schg;* defendis uni **O** defensioni uni **τ**, defensis suis *Gz* | sed] ut *Gz* | *ad v. 11 seq. cf. S. Linde script. Lundens. 18, 48 seq.* ‖ ad praedandum ut] *Hoefig* (ut *add. Gr*); adprae(pre **V**)hendum (-dam **BVD**) **O** ad predam **τ** | 12 *discurrunt appetunt *add.* ‖ *validioribus caeduntur] ualidiora ceduntur **O** | 13 *accenduntur *add.* | ipsaque] **D** *(Schg)*; ipsique **C** ‖ maximae **VD** | flagrantia] *Schg;* flaglanti **AB** flaglant **V**¹ flagrant **V**²**D** ‖ 10—14 quippe nemo defendit sua, sed i. c. p. praedantur, hostesque alterni et in sua damna validioribus cedunt aliis ipsique, dum maxime flagrant, . . . ferunt *Gr,* q. n. defendunt invicem, sed i. c. p. ad praedam ut hostes currunt, in aliena et in sua damna rapidi; corraduntur lapsa ipsaque c. m. flagrantia: ita spolium . . . *ferunt Schg,* q. n. defendunt sua, sed communi p. adprehendunt postica

varius ille secatur lapis et tenui fronte parietem tegit? [quam
umetis seuere] in hoc pavimentum tesselatum et infusum tectis
aurum? o paupertas, quam ignotum bonum es! quin etiam mon- 13
tes silvasque in domibus marcidis et in umbra fumoque viridia
aut maria amnesque imitantur. vix possum credere quemquam
eorum vidisse silvas virentisque gramine campos, quos rapidus
amnis ex praecipitio vel, cum per plana infusus est, placidus inter-
fluit; non maria umquam ex colle vidisse lenta aut hiberna, cum
ventis penitus agitata sunt. quis enim tam pravis oblectare ani-

aliena et in suis dominantur validius; accendunt alia ipsaque c. m. flagrant . . . ferunt *Bs*, q. n. defendendis suis in c. p. operam dant potiusque aliena et in suis domibus validiora caeduntur, alia ipsaque c. m. flagrantia . . . feruntur *Mg*, q. n. defendunt sua, sed i. c. p. adprehendunt * * hostesque aliena et in ius domini validioris cedunt toralia, ipsique c. m. flagrant . . . ferunt *Novák*, quippe ⟨nonnulli⟩ non defensis suis, ut in c. p., adprehendunt ⟨ut praedones⟩ hostesque aliena et in suis dominia validiora incedunt alia ipsique c. m. flagrantes . . . ferunt *Gz*

**CD** 1 segatur **AB** | et] ut **V**²**D** | tenuit **AB** tenui (t *eras.*) **V** | fontem **AB** fronte *rad. corr. ex* frontē **V**, fronde *Fb* tegit] *Kss*; tegat (*corr. ex* tegant **D**) **O** | 2 uismeuere (sme *exters.*) **A** umetis (uinctis **VD**) seuere **BVD**, **verba corrupta seclusi*, quam a multis spretum *emend. et post* bonum es *(v. 3) transp. Novák, fort.* , squalente videlicet vera *Gz* | hos ⟨paratur⟩ *Gz* | tesselatum] *Schg*; leuatum **O**, levigatum *He* infuscum **AB** infussum **V**¹ 3 paupertis **AB** paupertatis **VD**, pauperies *Kss* es] *Schott*; est **O** 4 silvasque] *Bs*; siluaeque **O** | et in] et **BVD** | viridia] *He*; uiridibus **O**, *post* uiridibus *in* **O** *haec adduntur:* quid faciam (fatiam **B**) si paruero abdicabor partem (pertem **V** pestem **D**) amo haec est contumatio (-tia **VD**) mea *(cf. p. 107, 1)* 5 aut] ut **AVD** | imitantur] *Schg praeeunte Fb* (ut . . . imitentur); mittantur **O** possim **C** ‖ 6 *virentisque gramine] patentisque eamme **AB** patentisque **VD**, patentisque gramine *Bs*, patentisque flamini *M. Hertz, fort.* (eorum virides silvas) patentisque permeasse *Kss*, patentisque amoene *Thomas*, patentisque *Karsten, G. Kiessling*, patentisque latissime *Linde*, patentisque planities (camporum) *Gz (cf. Sen. cons. ad Marc. 18, 4)*, patentisque umquam *A. Köhler*, patentisque ⟨viridis⟩ gramine *C. Schenkl* | qos **B** | 7 praecipio **AB** pre(prae **D**)cipiti **VD** | per *om.* **V** in **D** infusis **AB** 8 lenta] *Thomas (cf. Verg. Aen. 7, 28; Sen. de prov. 4, 6)*; lata **O**, sedata *O. Jahn*, laeta *He*, lassa *G. Kiessling*, strata *Gz, fort.* *placata *(cf. Verg. Aen. 3, 69)* 9 uentus **AB** pravis] *Bs*; paruis **O**, *fort.* vicariis *Gz* ablectare **AB**

mum imita*mentis* possit, si ‖ vera cognoverit? videlicet ***haec illis***
***placent,*** ut infantibus quae tangi conprehendique manibus aut
sinu possunt; nam magna non capit exigua mens; ex hoc litori-
bus quoque moles iniungunt congestisque in alto terris exaggerant
sinus. alii fossis inducunt mare: adeo nullis gaudere veris sciunt,
sed adversum naturam alieno loco aut terra aut mare mentita
aegris oblectamenta sunt. et miraris, *si* fastidio rerum naturae
14 laborantibus iam ne liberi quidem nisi alieni placent? Hispani
Corneli. Solus omnium abdicor, quia me meus pater diligit,
alienus adpetit. quid mihi obicit? meretricis amo? aes alienum
feci? dic, dives audiat. 'divitem' inquit 'esse te volo'. o me ab-
dicandum, si talem patrem relinquo! laudabat mihi pater pauper-
tatem, narrabat divitum incommoda, aiebat multos divites accu-
satos; ego certe memini abdicatos. 'abdico' non est patris mei
15 verbum. Triari. Quare abdicas? numquid dies noctesque in-
pendo turpibus conviviis? plurimum vivo in lupanari? si nescis,
quae crimina obiciantur, ab amico disce. si omnes mali sunt,

**CD** 1 imitamentis] *Vahlen;* uita (in uita **VD**) **O**, invitamentis *Linde* ¦ posset **O** ¦ cognoueris **O** ¦ haec illis placent *add. Gz* ¦ 2 instantibus **VD** ¦ conprendique **AV** ¦ 3 possunt, ⟨placent;⟩ *Thomas (cf. Gr),* possunt, ⟨grata sunt;⟩ *Novák* ¦ nam] *He;* an **O** ¦ mens] *He;* est **O** ¦ ⟨quia⟩ exigua est **τ** ¦ littoribus **AD**, ⟨e⟩ litoribus *Gz* ¦ 4 *iniungunt] inuehuntur **O**, invehunt mari *Gz* ¦ congestique **AB** ‖ exagerant **C** ¦ 5 gaudere *corr. ex* gauderis **V** ¦ 6 aduersus **D** ¦ aliena *Bs, Gz* ¦ au terram **AB**, aut terram *Gz* ‖ mentita] *Thomas (cf. contr. 3, 5);* muta **AB** mutata **VD** *(Bs),* mutantia *Gz* ¦ 7 egris **C** ¦ oblectamento *Bs* ¦ *miraris] imbres **A** imber **B** imber *corr. ex* imbres **V** hymbres **D**, miraberis *Kss,* mirabere *Gz* ¦ si *add. Kss* ¦ 8 loborantibus **A** ¦ hispanus cornelus *add.* **V**² *om.* **V**¹ ¦ spani **AB** ¦ 10 alienos **AB** ¦ *post* adpetit *in* **O** *sequuntur haec:* uibi (ubi **A** uibii **VD**) rufi diues filium non habet me dabis diues reduxerit suum me recipies (recipiet **AB**) ita non adoptari sed commodari (accommodari **D**) recuso; *cf. p. 107, 2* ¦ mihi] ni **AB** mi **VD** num **τ** ¦ obi%cit (e *eras.*) **V** ¦ meritricis **A** meritis **BVD** ¦ amo? *(Kss)* aes *(He)*] amoris **O** ¦ 11 o *om.* **O** *add.* **Eτ** ¦ 12 mihi] mi **AB** ¦ 13 multo **V**¹ ¦ acusatos **AB** ¦ 14 abdicato. *(in fine 1 litt. exters.)* **A** ¦ 16 turbibus **AB** ¦ in] im **B** ¦ lupari **AB** ¦ 17 obiciantur *corr. ex* abiciantur **V** ¦ disces **A**

quid isto patre *miserius? si omnes boni sunt, quid isto patre*
furentius? Romani Hisponis. In hanc ego domum ibo, in qua
aut totiens insanitur a patre aut totiens peccatur in patrem? cum
prodiero repente dives, dicent omnes: quis est iste, quem magna
fortuna non de||cet? haec est divitis quarta abdicatio. Silonis 16
Pompei. Quantumcumque est tibi, satis mihi est; unicus sum. fortiter fortunam meam feram; hoc non mihi primum accidit. unicus
sum filius et tamen abdicor. quid videri me velis, nescio: innocentem? sed abdicor; nocentem? sed adoptor. utcumque tamen
abdicatio tolerabilior est: unum abdicat; adoptio tres *abdicavit,*
*quartum* abdicatura est. non potest mihi dici, quod ceteris abdicatis: 'in tua potestate fuit; si paruisses patri, non perdidisses
patrem'; etiamsi non abdicarer, perditurus fui.

Pars altera. Latronis Porci. Si nescirem, quid mali esset 17
paupertas, nunc intellegerem: abdicationem filius meus non timet.
Fabriciorum imagines Metellis patuerunt; Aemiliorum et Scipio-

CD 1 *verba* miserius si boni *add. vg;* quid isto patre *add. Bs;* *omnes *et* *sunt *inserui* || 2 furentius] *Novák, Gz (cf. v. 3);* cruentius O *(cf. p. 78, 12),* crudelius *Gr, fort.* inprudentius *Kss* || hispani O || qua ut AB quam aut VD || 3 a *om.* AB || peccator AB || in patre AV non patre B || 4 prodigero (g *del.*) V || quaem B || 5 dicet A || 6 est tibi, satis] *Gz;* et satis O, est, satis *vg* || uicus A || 7 fornam A egi feram (egi *del.*) D || mi AB || unicus sum] *Vahlen;* dictus sum O, dictus sum ⟨divitis⟩ *Schg,* ⟨nondum⟩ divitis sum *Bs* || 8 et tamen] *Otto, Gz;* et iam C etiam D *(Schg)* || necscio AV || innocentem] *τ;* nocentem O || 9 nocentem] *τ;* innocentem O || 10 tollerabilior V || adoptio] abtio A || abdicavit, quartum *add. nescio quis* || 11 abdicatura est] abdicat natura VD *(Ven)* || dici *corr. ex* dicere V || 12 pauisses patre A || 14 quid *corr. ex* quod V || 15 paupertas] *Bs;* pauperias AB pauperies VD *(Kss)* || intelle(-li A)geret AB intellegerem ⟨cum⟩ V²D || 16 fabritiorum B; *Latro memoria lapsus videtur esse, cum neminem ex Metellis in Fabriciorum gentem, cuius nobilitas recentissima est (v. Momms. h. R. 1⁷, 305), adoptione adscitum esse constet* || Fabiorum . . . Aemiliis *Schott,* Fabiorum . . . Serviliis *Gr,* Africanorum . . . Metellis *Mommsen, ut intellegatur P. Cornelii Scipionis Nasicae filius a Q. Metello Pio adoptatus, quo natus est Q. Caecilius Metellus Pius Scipio cos. a. 702 (cf. Schotti adn. ad h. l. et suas. 6, 2); postea aliter statuit Mommsen CIL. I 14* || *fort.* *imagines Metell⟨orum Corneli⟩is patuerunt; Fabiorum, Aemiliorum, Scipionum familias . . . || temiliorum A emiliorum BV || et *om.* O *add.* V²τ || copiorum AB

num familias adoptio miscuit; etiam abolita saeculis nomina per successores novos fulgent. sic illa patriciorum nobilitas a fundamentis urbis usque in haec tempora constitit. adoptio fortunae remedium est. non ignoro ego quorum inopia per otium in angulis divitiarum convictos carpit accusandoque insequi non desinit. sed nulla materia in rebus humanis virtutes clarius ostendit: census senatorium gradum ascendit, *census equitem Romanum a plebe secernit,* census in castris ordinem promovet, census iudices in foro legit. non persuasi tibi? i ergo ad illos, quos mavis sequi

18 quam refugere. Fvsci Arelli patris. Facilius possum paupertatem laudare quam ferre. quid mihi Phocionem loqueris, quid Aristiden? tunc paupertas erat saeculi. quid loqueris Fabricios, quid Coruncanios? pompae ista exempla, *cum* fictiles fuerunt dii. facile est, ubi non noveris divitias, esse pauperem. quod vos liberis vestris optatis, ego meo impero.

**CD** 1 aboptio **A** | abolitu **A** | 2 fulgen **A** | sic illa] **D**$^{2}$**τ**; sicilia **C** sici illa **D**$^{1}$ | patriciorum] **τ**; patriciorum ⟨eorum⟩ **O** || a fundamentis urbis usque] *Schott;* fundamentis urbis habet (habita *corr.* **D**$^{1}$**τ**) usque **O**, fundamentis urbis abusque *He, Bs, fort.* f. u. statuta usque *Kss,* f. u. se habuit et usque *Linde,* f. u. haerens usque *Gz* | 3 hac **V** || 4 angulis (s *del.*) **V** || 5 *carpit] trepit **AB** strepit **VD**, increpat *C. Schenkl* | *accusandoque] *Novák, Gz;* accusatioque **O** || insequi] *Gr;* cumsequi **C** consequitur **Dτ** || non desinit] *Bs;* nequesunt **C** neque ⟨quiescere⟩ sinit **Dτ** | in angulis ⟨in⟩ d. c. strepit accusatosque insequitur neque quiescere sinit *Gr,* in angulis ⟨de⟩ d. convictis strepit accusationemque prosequitur neque quiescere sinit *Schg,* in angulis ⟨delituit felices esse; at infelices, circa quos⟩ divitiarum convictus strepit accusatioque insequitur neque quiescere sinit *He,* in angulis ⟨delitescat, ab iis⟩ divitiarum convicia strepi et accusari quae consequi nequeunt *Novák,* in angulis divitiarum convicio strepit accusandoque insequitur neque ⟨quaeri⟩ sinit *Gz* || 7 senatorum **AD** | *verba* census . . . secernit *(v. 8) add.* **E** | 8 ⟨in⟩ iudices (in *del.*) **V**, *fort.* iudicem *Kss* | 9 legit] *cf.* **E**; egit **O** | persua **C** persuadeo **V**$^{2}$**D** || i *om.* **C** *add.* **Dτ** | maius **AB** 10 *refugere] reducere **O**, *fort.* traducere *Gz* | 11 aristidem **BD** | 12 hunc **AB** | 13 corruncanios *(prius* r *del.)* **B** coruncanos **τ** | pompeista **C** *corr.* **V**$^{2}$ exempla *om.* **V**$^{1}$ | *cum fictiles] fictilibus **O**. fictiles ubi *O. Jahn* | dii] **τ**; dif **AB** dis **V** diis **D** | facile est, ubi] *Bs;* faciles tibi **O** | 14 paupertatem **Dτ** | quid **O** | 15 impero] **τ**; imperio **C** imperium **D**

Divisio. Non puto vos quaerere, quomodo haec controversia 19
divisa sit, cum habeat negotii nihil; Fvscvs tamen sic divisit:
[dico licuisse mihi adoptare,] dico licuisse mihi recusare adoptio-
nem; dico, ut non licuerit, recte tamen recusasse: et quod iure
fit verum est et quod sine iure, quod quidem rationem habeat,
recte fit. cum de iure diceret, dixit: 'sub arbitrio' inquit 'patris
es'. si ob hoc subicior patri, quia filius sum, in hoc sine dubio,
ut filius sim; et ad manum argumentum est: nempe abdicanti
respondeo. quid ita? quom ei respondeo, scilicet id ago, ne desi-
nam filius esse; atque idem ago, cum respondeo emancipanti.
quid enim ad amittendum patrem interest, utrum eiciar an trans-
ferar? si non licet recusare [quare], cur potius abdicas me quam ||
tradis? cum de officio diceret, in haec divisit: dico non fuisse
dandum sine magna causa filium in adoptionem; dico multo
minus a te; dico minime illi. Silo Pompeivs sic divisit: coepit 20
a vetere et explosa quaestione, an in omnia patri parendum sit;
etiamsi in omnia, an ibi tamen non sit parendum, quo efficitur, ne
pater sit; deinde quaesit, an invitus filius dari in adoptionem pos-

CD 3 *verba* dico . . . adoptare *del. Gz* || *prius* licuisse] licuisset B || mihi adoptare (-ri V²) O, illi adoptare *Kss, fort.* *mihi adprobare || 4 non ut V nam ut D || tamen ⟨me⟩ *Bs* || 5 verum] *fort.* tutum *Kss* || est et] esset B || quod quidem rationem habeat] *He;* quodque rationem habent (habeat D) O | 6 fit *corr. ex* fecit B || 7 es] *Bs;* et O | si ob hoc] *Ml;* si in hoc AB si in hoc *rad. corr. ex* sum hoc V sum ⟨et⟩ hoc D; *cf. p. 123, 17* || fratris sum et hoc Dτ || 7 *et* 8 filius] *Gz; utroque loco* plus O, pius *vg* || 8 et] eit B || 9 *quid ita? quom ei] quid ita et A quid itaque B quid ita quia VD, quid itaque ei (respondeo?) *Kss,* quid ita? qui ei *Gz* || silicet C || desmam B || 10 filius] *Kss;* illius O || atque idem] *Gr;* adquid O, atqui idem *Gz* || 11 at mittedum AB || transferrant A || 12 recusarem AB || quare *del.* A² *(ex dittogr. vid. ortum esse),* quaero *Kss, He, Ml,* inquam *Bs* || quare [cur] *Otto* || 13 offitio BV || 14 ulto] AB || 15 minus] *Gr;* magis O || caepit AD || 16 a vetere] *Schg;* auertere AB euertere VD || questione C || an *om.* O *add.* τ || parendum] *Fb;* pa(pe A)reodum O || 17 an ibi tamen] *Gr;* non ibi (ibit A) tantum O || ne// (q. *eras.*) V || 18 quaerit V²D, quaesiit *He, Bs* || optionem D || possit] posset O posset ⟨posset⟩ *(post.* posset *in marg. add.)* V²

sit: si non potest, an ob id abdicari possit, quod arbitrio suo usus est; an, ut possit, non *possit* cum contra voluntatem patris, sed cum male arbitrio suo utitur. hic subiecit, an hic bene usus sit. de*inde* officii partem tractavit et ita divisit: turpem esse adoptionem, inutilem esse, periculosam esse. cum diceret turpem, dixit: aliena bona invadere et trium filiorum subsessorem esse et liberis spem reconciliationis paternae eripere quam inhumanum est! cum inutilem diceret, dixit patri inutilem esse, adoptanti inutilem esse, *sibi inutilem esse.* cum patri inutilem diceret, tractavit, quam grave esset filio carere unico, *quanto gravius eo,* quem alius concupisceret, et cum diceret divitem ipsum quoque, qui tot haberet solacia, filium quaerere, dixit: tibi non erit facile adoptare. cum inutilem diviti diceret, sic tractavit: || futurum,
21 ut ad suos rediret, si non adoptasset. hoc loco belle videbatur dixisse: si animum patris intellegis, dat tibi notam reconciliandi tuos: negat se solitudinem pati posse. cum inutilem esse sibi

CD 1 an ob id] *Fb;* a nobis O, non ob id (. . potest) *Konitzer, quod prob. Linde* || abdicari *corr. ex* abdicare V || possit] *Sander;* potest ABD *om.* V *(hoc loco* $V^2$ *illud* posset *addere voluisse crediderim, quod in superiorem versum intulit),* posset *Bs* || *arbitrio suo usus] arbitri usus AB arbitri (-trii D) sui VD *(cf. p. 23, 11),* arbitri eius *Bs,* arbitrio usus *Konitzer* || 2 *an, ut possit, non possit] ante unt possit non A an uni possit non B an possit non $V^1$ an non possit non $V^2$D, tamen, ut possit, non *Konitzer,* an, ut possit, non *Linde,* certe, ut possit, non *Gz* || patris, sed] *Konitzer;* patris est AB patris est sed VD || 3 *prius* hic] huic *Gz* || an hic] *ς*; hanc hinc O, an nunc hic *Gz* || 4 deinde officii partem] *Mg;* de officii (-tii V) parte O || 5 diceretur A || turpem] cum turpem AB || 6 alienam AB || bonam B || subsessorem] *Bs;* sub se sortem O *(cf. Val. Max. 2, 1, 5),* successorem *Otto* || 7 rem reconciliato nisi O | patre $D^2$ || 8 est] ē *rad. corr. ex* ēē V esse D || liceret AB || inutilem] *ς*; utilem O || etse adoptati C || 9 *verba* sibi . . . esse *add. Gr* || 10 carere] D*ς*; capere C || *quanto *add.* || gravius eo *add.* E || 11 ipsum *(Bs)* quoque *(Schg)*] esse quodque O, quoque *Mg* || 12 solatia AVD || quaereret D || non] ne A || 13 cum] *He, Bs;* eum O || inutilem] *Bs;* inutilem ⟨rem⟩ O, inutilem ⟨adoptionem⟩ *Kss,* inutilem ⟨item (vel eandem)⟩ *Gz, fort.* *inutilem ⟨esse (*i. e.* ēē *pro* rē)⟩ *cum Herv scribendum est (cf. v. 16)* || diceret] cum diceret VD || si AB || 14 uidebantur O || 16 tuos] D; uos AB suos V *(Gr)* || se] si A || solitunem A

diceret, paupertatem laudavit, in divitias invectus est; dixit se posse divitiis corrumpi, quibus corrumpi possent exercitus. cum in divitias inveheretur, dixit: aiunt multa vitia divites habere istos et hoc gravissimum: suos non amant. nec est, quod quisquam se putet satis firmum ad repellenda vitia: contactu ipso nocent transeunti. *ti*meo, ne peccare discam. ecce tu quam cito abdicare didicisti! dixit futurum, ut diviti displiceret propius inspectus; ipsum amorem paupertatis ab illis fastidiri; dixit futurum, ut abdicaretur, si adoptatus *non* placuerit: ego nec meo placeo. adiecit et periculosam sibi futuram adoptionem in domo suos dominos desiderante, tota familia expellere insitivum heredem cupiente. Latro ultimam quaestionem posuit, quam fere solebat: 22
etiamsi non recte fecit, quod adoptari a divite noluit, an tamen, *si* id bono adversus patrem animo fecit, non ignoscendum sit; deinde: an bono adversus patrem animo fecerit. in hac quaestione bona pars adulescentis est patrem amantis et opibus praeferentis; Latro tamen negabat patrem daturum manus bono adversus se | animo factum, sed consensum filiorum adversus patres

CD 1 dicere **AB** || inuentus **A** se posse] si posses se **AB** sic (*corr. ex* si **V**) posse **VD**, sic posse se *Linke* 2 possent] *Schg;* posset (-etet **B**) **O**, possent et *Bs* || 3 in *om.* **AB** multa vitia] multas diuitias **O** || 4 et] sed *Kss* || amant non **O** || nec] necesse **O** || 5 repellanda **AB** reppellandas (s *del.*) $V^1$ || uitias (s *del.*) **V** || contactu] $D^2$τ; contactus **O** || 6 nocent] *F. Pithoeus;* nocenti **O** nocentia *corr.* $D^1$τ || transeunti. timeo] *Kss;* transeunti meo **C**, (nocentia) transeunti bono **D**τ *(Ven),* (nocent et *cum Gr*) transeunt. timeo *Bs* || 7 didicisti (isti *in ras.*) **V** || displiceret] **D**τ; displicere (-care **A**) **C** || propius] $D^2$; proprius **C** proximus $D^1$ || 8 amorem] amouerem (ue *del.*) **V**, nomen *Fb (fort. recte),* adeo nomen *C. Schenkl* || uixit **AB** || 9 aboptatus **A**, adoptanti *Kss* || non placuerit] *Otto;* placuerunt **C** placuerit $V^2$**D**τ displicuerit τ *in marg.* || : qui adoptatus placuerim? *Fb,* : qui adoptanti placebo patri? *Gz* nec] ne **O** || 10 abiecit **AB** || et] *Bs;* ut **AB** *om.* **VD** | adoptionem] τ; abdicationem **O** || domos $V^1$ || 11 dommos **A** || desiderantem **C** || tota] **A**; e tota **B** et totam **VD** || familiam **VD** || 12 cupientem **O** || questionem **AB** | 13 diuit **A** | 14 si *add. Bs* || noluit, si tamen id *Mg* | *non] an **O** *(Mg), del. Fb* | 15 fecerint **AB** | hanc **VD** || quaestione] τ; quae(que **AB**)stionem **O** || 16 aduliscentis **V** | 17 aduersus *corr. ex* aduersas **V** || 18 patres] τ; patrem **O**

23 dicturum tacitum. nescio . . . quam Brocco cuidam non malo rhetori visum erat, qui dixerat adulescentem videri sibi habere operta quaedam vitia; male de se existimare eum, qui ire ad iudicem strictum innocentiae nollet. Argentarivs omnes priores transit partes, statim ad hoc venit: debueritne patri parere an non debuerit; et in figuram contulit declamationem. 'volo' inquit 'aliquis filium abdicet, qui petit a patre paupere, ut in adoptionem diviti daretur; quam bonam' inquit 'causam pater habebit! dicet hic'. deinde sic transit, cum declamasset eam controversiam, quae posita non erat: 'si ille filius malam causam habet, ego bonam habeo'. contulit suam causam cum illo.

24 De colore magis quaesitum est . . . an adulescens debeat in divitem aliquid dicere. quid enim faciet? dicet in eum, qui tantum honoris illi habet, et in amicum paternum? non dicet in eum, quem fugit? et illi tamen, qui sibi abstinentiam conviciorum imperaverant, non bene praestiterunt; aliquos sententiae dulcedo subrepsit, cui non potuerunt obsistere. aridi declamatores fidelius quos proposuerunt colores tuentur: nihil enim illos solli-

**CD** 1 dicturam **VD** | tacitam **O** || *fort.* Boccho *Kss coll. Mommsen ad Solin. p.XVII* || sed consensu filiorum a. p. d. pacta nescio quae. Brocco quidam non male re usus, qui *Gr; cf. Schg* | cuidam] *Bs;* quidam **O** || 2 rhetori] *He, Bs;* reteri **AB** rem **VD** || non male re usum (usus $D^2$) $D^2$τ || *fort.* patrem d. tacitum, melius certe quam Brocco *Bs* || *fort.* dicturum. tacitam non sino ⟨quaestionem⟩, quam Brocco . . . rhetori ⟨movere⟩ visum *Gz* || uideri *corr. ex* uidere **V** || operta] *Gz;* capita **O**, abdita *vg*, capitalia *ed. Bip.* | 3 ire] re **A** || 4 districtum **VD** | innocenter **D** | transiens **VD**, transiit *Bs* | 7 abdicat **AB** | petit a] *He;* petitam **AB** petitur a **VD** | pauperem **C** *corr.* $V^1$ | 8 dicet] vincet *He* || 9 transiit *Bs* | eum **A** | 10 posita] *He, Bs;* positata **AB** usitata **VD** || filius] **D**τ; filium **C** | *habet] haberet **O**, habet, certe *Gz* | 12 colore] **D**τ; colorem **C** | magis] *cf. p. 117, 1 seq.* | quesitam **B** | est, an⟨te omnia⟩ *Gz* | an *om.* **C** *add.* **D**τ || 13 dicet] *Bs;* diceret **O** | in eum (eo **A**) quod (quot **A**) **O** || 14 honoris] *Bs;* hos **AB** os **VD** aes $D^2$τ | ille $D^2$ | dicet] τ; dicit **O** || 15 in eum] meum **A** | qui] quae **AB** | sibi *om.* **D** | conuitiorum **C** || 16 aliqua *Frob*, aliqua iis *Schg*, aliquoius *Bs* | 17 cui] *Schg;* qui **O** | *obsistere] *Novák, Gz;* subsistere **O**, *fort.* resistere *Bs*, subito resistere *Ml* | aridi] **E**; aut **O** at $D^2$τ | 18 propuerunt **B** | tuent **BV** *corr.* $V^1$ || illos] eos **D**

citat, nullum schema, nulla sententia. *sic* quae malam faciem
habent saepius pudicae sunt: non animus illis deest, *sed cor-
ruptor.* Fabianvs philosophus hoc colore usus est, ut diceret: 25
etiamsi sustinerem alicui tradi, at diviti nollem. et in divitias
dixit, non in divitem: illas esse, quae frugalitatem, quae pietatem
expugnassent, quae malos patres, malos filios facerent. Gallvs
Vibivs fuit tam magnae olim eloquentiae quam postea insaniae,
cui hoc accidisse uni scio, ut in insaniam non casu incideret,
sed iudicio perveniret; nam dum insanos imitatur, dum lenoci-
nium ingeni furorem putat, quod cotidie simulabat ad verum
redegit. hic controversiam postero die, quam erat a Fabiano dicta,
declamavit; solebat autem sic ad locos pervenire, ut amorem 26
descripturus paene cantantis modo diceret: 'amorem describere
volo' sic tamquam 'bacchari volo'. deinde describebat et *ut* totiens
coepturus repetebat: 'amorem describere volo'. in hac contro-
versia plane quod voluit consecutus est, ut divitias nobis in odium
adduceret. saepe enim ingessit: 'divitias describere volo' et multa
facunde explicuit, corruptius quam Fabianus, sed dulcius. hoc

6 pertus est. IVNI GALLIONIS. 'Rogo' inquit. nunc? hic? sic? si volebas rogare, admovisses propinquos, amicos, maiorum imagines, lacrimas, repetitos alte gemitus. ¦ testor deos, sic rogaturus fui puellae patrem. 'quando' inquit '*misereberis?*' *cum* vultum in supplicis habitum summiseris, cum dixeris: 'paenitet quod rapui, quod te priorem non rogavi', cum dixeris te dementem fuisse, deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cum tua matre. me miserum, quam paene promisi! *dura,* anime, dura; here fortior eras. et multum habeo, quod deliberem; diversi me adfectus distringunt, inter reum et patrem distrahor; hinc iniuria est, hinc natura. quid properas? nemo tibi praeter me rogandus est. 'ergo' inquit 'misereberis?' nihil promittam ante tricesimum diem. o me miserum, quod tantum triginta diebus irasci possum! longiore

7 tempore opus erat. audi a demente exempla huic crimini: denis vicenisque annis inter bella iuventus consenuit; nos dies triginta ferre non possumus! deliberabo: lex nihil vult temere fieri; magna res est, inquit: delibera, cogita, tempus accipe. effregisti domum civis, ut dicis etiam misericordis; morere: non est hoc nocenti

**BVD** 1 demens, inquit, es *add.* **E** ¦¦ huic] hic **B** 2 iste h̄ sum **B** ¦ 3 exorabilem **B** ¦¦ quaeri **BV** 4 sic] **D**²; sit **BVD**¹**ς** ¦¦ nunc ut hic sit uolebas **ς** ¦¦ 5 imagine **B** ¦¦ 6 gemitos **B** ¦¦ 7 'quando' inquit 'misereberis?' cum] *Thomas;* quando inquit **BVD**, quando, inquam, *Schg,* ⟨'rogo'⟩ inquit. quando *R. Wachsmuth,* quando invitum *Kss,* quando *Otto,* quando ⟨ignosces?⟩ inquit *Novák, Gz* vultum] *Fb;* multum **BVD** ¦¦ supplicis] **ς**; suppliciis **BVD** ¦¦ 8 rapuit (t *del.*) **V** ¦¦ te priorem] **ς**; terriorem **BV** deteriorem **D** ¦¦ 10 propriasquis **BV** *corr.* **V**¹ ¦¦ 11 poene **BVD** ¦¦ dura *add. Quint. 9, 2, 91* ¦¦ dura; here] *Quint. 9, 2, 91;* durere **BV** diu ere **D** dura heri **ς** ¦¦ 13 reum] eum **VD**¹ ¦¦ 15 ·XXX· **BV** ¦¦ o me miserum] **E**; miserum omne **BV** miserum me **Dς** ¦¦ 16 longiore (e *rad. corr. ex* ē) **V** ¦¦ 17 opus *corr. ex* tempore **V** ¦¦ crimine **B** *(dativus recte se habere non vid.), fort.* ⟨apta⟩ (huic) crimini *C. Schenkl* ¦¦ denis] quinis *Gz* ¦¦ *fort.* *senis vicenis *vel* denis vicenisve ¦¦ 18 est (ē **B**) senuit **BV** *corr.* **V**¹, consenescit *Schg* ¦¦ nos] *fort.* hos *Gz* ¦¦ 19 emere **BV** *corr.* **V**¹ ¦¦ magnas **B** ¦¦ 20 effecisti **B** 21 cuius **B** ¦ *fort.* innocenti *Kss*

grave; ego nihil peccavi: propter te mori cupio. ratio a me exigitur alienae culpae, meae potestatis. 'quid ergo facturus es?' non pronuntiabo ante supremam. quid miraris, si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare quam crimen. agedum, *procede* in medium, senex, cuius misericordia crudelis sum: non putasti mecum deliberandum? unde scis, qualem filium habeam? ego certe adhuc nescio, qualem filiam habeas. 'iam' inquit 'angustum tempus est': et tibi vacat accusare? nullum tempus uni verbo angustum est. VIBI RVFI. Quis umquam praeter me *sic roganti* 8
ignoscere iussus est? 'iam' inquit 'tempus angustum est'. ita non putas me subducere quantum supersit? 'iam' inquit 'tempus angustum est'. angustum erat, si duos rogare deberes. 'angustum tempus est' exclamat; 'nescio, quando rogem'. ergo me priorem rogare debuisti: non dico quia dignior sum, qui prius roger, quia pater tuus; id quod minimum est, propius habito. hoc videlicet illa pars legis pertinebat: 'et suum patrem exoret'. P. ASPRENATIS. Sic aliquis exorat? sic deprecatur? apparet nunc te primum rogare. demens sum: immo si vis argumentum dabo tibi: filius meus moriturus est, et nondum testamentum meum mutavi. CORNELI HISPANI.

**BVD** 1 *fort.* peccavi: ⟨et⟩ *Gz* 2 meae] me **B** ⟨non⟩ meae **VD** ‖ 3 supremam] *Schg;* sup(sup̄ **B**)remum **BVD**; *cf. Varro de l. l. 6, 3; Plin. 7, 212; Turnebus et Gr ad Plauti Asin. 3, 3, 4* ‖ quid] **τ**; quid(-it **B**) si **BVD**$^{2}$ quid sic **D**$^{1}$ ‖ ocius **D** ‖ exhorauisti **BV** *corr.* **V**$^{1}$ 4 agedum] **Dτ**; ag(ac **B**)endum **BV** procede *add.* **E** 5 cuius (us *del.*) **V** ‖ misericordia] **τ**; misericordiae **BVD** ‖ 6 scis] hiscis **B** autem scis **VD**, tu scis *Bs* quem **D** ‖ ego] **Dτ**; ergo **BV** ‖ 7 filium **VD** ‖ 8 uaccat **V** ‖ ullum **B** ‖ *verba* nullum . . . angustum est *(v. 9), quae in* **BVD** *post* habeas *(v. 7) leguntur, huc transp. Otto* ‖ 9 biui **BV** ‖ *sic roganti *add. (cf. p. 140, 2 et 142, 3);* ⟨accusatus *vel* ab accusatore⟩ *Bs*, ⟨sic⟩ *Kss, fort.* *⟨accusanti⟩; *nihil addi vult anonymus in Lit. Centralbl. 1869, 1064* ‖ 13 ⟨ac⟩ nescio *Gz* quando rogem] *Bs;* quod roga **B** quod (quid **Dτ**) rogem ⟨roga⟩ **VDτ**, quoad rogem *Gz* 14 qui] quia **BVD** *corr.* **D**$^{1}$ 15 tuus] **TD**; tus **BV** ‖ quodi (i *del.*) **V** ‖ proprius **BV** *corr.* **V**$^{1}$ huc **Dτ** *(vg); cf. ad p. 45, 16* ‖ uideo **BVD** ‖ 16 par **BV** *corr.* **V**$^{1}$ ‖ et] ut **V** P. Asprenatis] *Bs;* paspraenati **B** pars patrem nati (nate **τ**) **VDτ** ‖ 17 aliquis (s *del.*) **V** appare **B** ‖ 18 demen **B** ‖ tibi] tum **τ** 19 est, et] *Bs;* sit **BVD** ‖ nundum **B** meum *del. Schott*

Multi me adfectus diducunt: necesse est de aliis querar, de aliis erubescam, de aliis timeam, de omnibus etiamnunc deliberem. ne ille quidem, quamvis dicatur nimis exorabilis, ignovisset, si sic rogatus esset.

9 Pars altera. ARELLI FVSCI patris. Me miserum, pater! irae tuae detractum est nihil, at tempori multum. infelicior sum, quam si neutrum exorassem: mortem timeo, postquam mihi omnes gratulati sunt. quid tibi, optime socer, pro ista misericordia tua, qua mihi et patri meo pepercisti, precer nisi superstitem filiam? PAPIRI FABIANI. Non possum dissimulare, pater: quod illum exoravi, tuum beneficium est; certe cum exoratus est, hoc dixit: aliud quidem suadebat dolor meus, sed quid faciam? patris tui misereor. miserere, pater: scis, quam brevis sit advocatio mea. 'misereor' inquit; vis verum dicam, quid dixerit? 'patris tui'.

10 unde ego miser ab hoc patre veniens timerem patrem? CESTI PII. Timeo mortem nec iam habeo, cui parcam. MARVLLI. Si tibi tam pertinax adversus me odium est, audacter quid sis facturus pronuntia; dic exorari te non posse. quid me incerta mortis expectatione suspendis? sollicitus inter somnos quoque velut admotam cervicibus meis securem expavesco. si non inpetro, ut vivam, hoc certe inpetrem, ne diu moriar. non est, quod putetis legem in numero dierum angustam fuisse: *est* lex illius diu mori.

BVD 1 *prius* aliis] alis B *post.* aliis] calis B ‖ 2 alis B | timeo BV ‖ etiamnunc] Dτ; etiamnum BV 3 quidem qui dicitur τ | ignouisse BV *corr.* V[1] | 5 alter. BV arellii D *om.* BV patri V 6 detractu B | at] *Bs;* et BVD *om.* E | 7 neutru B p; quam B omnes] *Kss;* homines BVD | 9 quam BV[1] | 10 capiri flabani BV; *post haec verba rursus incipit* A *(cf. p. 133, 8)* ‖ dismulare A | exorauit (t *del.*) V 11 tum AB | benefitium V | 12 ali AB | patris tui] patris iudicio O, *fort.* patris tui beneficio *Kss* ⟨patris,⟩ patris tui dico *Thomas, Gz* | 13 sit] scis B 14 *ante* misereor *rhetoris nomen omissum esse suspicatur Thomas* quid dixerit] τ; qui dixeris O *corr.* D[1] 15 uenens A | 16 parcam] *Thomas;* peream ABD peream *corr. ex* parcam V *(cf. 7, 5, 5),* (cur) parcam ⟨mihi⟩ *Schg, fort.* (cur) peream *Kss,* (quin) peream *Gz,* qui parcam *C. Schenkl* | marilli AV marylli (-llii D) BD | 17 aduersum D | sis] si AV *corr.* V[1] ‖ tacturus prononcia B 18 mor A 19 somnos] soceros τ | 20 securim VD | 21 putotis] Dτ; putatis C 22 angusta AB est *add. Bs* | ilius B

responde, pater: servaturus es filium? iam tempus fuit; es occisurus? iam tempus est. non possum metum sustinere ultra nec tormenta *tot* diebus pati: et in me mihi aliquid licet. Blandi. Ita parum tibi contigit, quod solus periclitante filio non rogas?

Latro sic divisit: an intra tricesimum diem raptor cum alio agere possit, sicut non potest qui in custodia est, qui in carcere. etiamsi cum alio potest, an cum patre possit, quoi vitae mortisque arbitrium datum est, an illi accusare eum liberum sit, quem mortiferum est non exorasse? etiamsi cum patre potest agere, an ob id possit, cuius faciendi potestatem lex patri dedit: 'ista enim ratione nihil licet, si aut exorari aut accusari ei necesse est'. deinde si potest agere, an debeat. irascendi causas tractavit, quod rapuit, quod alium prius rogavit, quod patrem non rogavit, quod etiam accusat. si non exorari *a* filio dementia est, an tamen damnari dementiae non possit, cum adhuc an exoretur incertum sit. hic paternos adfectus tractavit spem facientis. non probabat Fuscum, qui paulo apertius agebat: est, *inquit, contra* controversiam promittere. potest nihilominus et bonus agi pater et non exoratus. Fabianvs hanc quaestionem fecit et in ea multum mora- 12

**CD** 1 ⟨si⟩ seruaturus **VD** | iam *rad. corr. ex* nam **V** || fugit **V**² | es] *Gz;* si **O** || 2 nec] *Bs;* haec **O** | 3 tot diebus] *C. Schenkl;* diebus **O**, diutius *Bs*, ⟨triginta⟩ diebus *Kss* || paci et **BV** paucis et **D**τ | im me **C** || mi **C** *corr.* **V**¹ | aliud **D** || 4 periclitante] **D**τ; pereclitante **C** || 5 intra] in **A** | tum **B** | alio] *Fb;* filio **O** patre τ, ullo *Gr* | 6 egere **C** *corr.* **V**¹ | carcere ⟨est⟩ **T** | 7 possit] posset **C** *corr.* **V**¹ || quoi] *Bs;* quod **O**, cui *Rom* | 8 mortisque] mortis siue **C** mortisue suae **V**²**D** mortisque sue τ, mortisque in se *Gz* | an] τ; cum **O**, num *Bs, Mg* | *sit] est **O** *(Bs, Kss, Mg)* || 9 quem] quoi *Mg* | exarasse **BV**¹ | 10 an ob id] *Rom;* a nobis **C** | an ab (in τ) iis possit quibus **D**τ | 11 iste **C** isti **V**²**D**τ | ratione] **TD**; rationem **C** | si aut] si aut *(supra* aut *linea eras.)* **V** | 12 possit **D** | causas] *Bs;* causa **C** causam **V**²**D** | 13 *patrem] me **O**, *fort.* se *Schg* | 14 exorari a] *Bs;* exorati **C** exorauit **V**²**D** | an tamen damnari dementiae non possit] *Bs (fort.* *non *del.; cf. § 14;* nunc *C. Schenkl);* tantamendam dementia (-cia **B**) non possum **C** tantam dementiam ferre non possum *corr.* **V**¹ *et sic* **D** | 15 an] τ; ante **O** | exhortetur **D** | 16 paternon adfectos **C** *corr.* **V**¹ | 17 aperitus **C**, peritius *Novák* || *inquit *add.* | contra *add. Kss* | 18 nihilhominus **A** | 19 *hanc] eam **O**, illam *Kss*, aliam *Otto* || questionem **A** || ea] eam **O** | miratus **O**

tus est: dementiae non posse agi nisi cum eo, qui morbo fureret; in hoc enim latam esse legem, ut pater a filio sanari deberet, non ut regi. Latro eleganter dicebat quasdam esse quaestiones, quae deberent inter res iudicatas referri, tamquam, an quidquid optaverit vir fortis aut tyrannicida accipere debeat: quasi iam pronuntiatum sit non debere, nemo iam hanc quaestionem tractat, sicut ne illam quidem, an quidquid pater imperat faciendum sit. inter has putabat et hanc esse, an pater ob dementiam, quae morbo fieret, tantum accusari a filio debeat; aiebat enim manifestum esse e lege et de officio patris quaeri et fingi quasdam controversias, in quibus pater furiosus probari non possit, *nec* absolvi tamen propter impietatem nimiam, libidinem foedam. quid ergo? aiebat; numquam utar hac quaestione? utar, cum aliis de-
13 ficiar. Pollio Asinivs aiebat hoc Latronem videri tamquam forensem facere, ut ineptas quaestiones circumcideret, *sed* in nulla magis illum re scholasticum deprehendi. remittit, inquit, eam quaestionem, quae semper pro patribus valentissima est. ego [semper] scio nulli a praetore curatorem dari, quia inicus pater sit aut impius, sed quia furiosus; hoc autem in foro esse cura-

**CD** 1 dementiam **V**$^2$**D**$^1$ 2 lata **A** 3 eteganter **A** ‖ questiones **AV** 4 interre si **C** *corr.* **V**$^1$ an *om.* **A** ‖ 5 aut] *τ*; an **O** *corr.* **D**$^1$ ‖ tyrannicidia **A** ‖ quasi iam] quoniam *Bs* ‖ 6 sit] est **O** *(Bs)* ‖ hac **C** *corr.* **V**$^1$ ‖ quaetionem **B** ‖ 7 sicut] situt **C** *corr.* **V**$^1$ ‖ 9 fireret **VD**, (qui morbo) fureret *Bs* ‖ accusari] **D***τ*; accusante **C** *corr.* **V**$^1$ ‖ a] e **B** ‖ debeat *corr. ex* habeat **V** ‖ manifestum esse e] *Bs;* manifestius esse de **O**, manifeste ius esse e *Gz* 10 offitio **BV** ‖ queri **C** ‖ fingi ⟨ad⟩ quasdam (ad *del.* **V**$^1$) **C** 11 nec *add. Herv* ‖ possit, absolvi tamen ⟨nequeat⟩ *Bs* 12 *post* foedam *nonnulla ex § 16 inserenda esse videntur* 13 ego **V** ‖ questione **AB** ce malis defici(-ti **V**)ar **O** ce malus defitiam *corr.* **V**$^1$ et malis deficiam (-ar *τ*) **D**$^2$*τ* ‖ 14 polio **C** asinus **A** ‖ uiderit **C** *corr.* **V**$^1$ 15 questiones **C** sed *add. Kss* (set) nulla] **D***τ*; nullam **C**, nulla tamen (*om.* sed) *Gz* 16 deprendi **C** *corr.* **V**$^1$ remitti[illegible] **B** inquidem am **V**$^1$ ‖ 17 questionem **AB** alentissima **ABV**$^1$ 18 semper *del. Schg; fort.* nempe *Kss* ‖ nulli a praetore] *Schg;* nulla p̄r **AB** nulla (-lum **V**$^2$**D**) preter **VD** nullum patri *τ* ‖ qui amicus **B** quia iniquus **V**$^2$ 19 sit] **D**; sit ⟨aut hoc autem (auttem **B**)⟩ **C** *corr.* **A**$^2$ impius *corr. ex* ipsius **B** ‖ qua **C** *corr.* **V**$^2$ ‖ funosus **A** ‖ aut **B**

torem petere, quod in scholastica dementiae agere. Gallio et 14
superiore usus est quaestione et illam adiecit: an agi cum patre dementiae possit ob id, quod fecerit, non ob id, quod facturus sit. neminem iniuriarum accusari, quod iniuriam facturus sit, nec adulteri, quod adulterium commissurus sit; *sic ne* dementiae quidem, quod demens futurus sit. atqui tu non, inquit, mecum agis, quod non exoravisti, sed quod non exoraturus es; puta enim hodie me exorari: demens non ero. demens videor, qui uno verbo sanari possum? lex triginta dies dedit, quia iudicavit aliquem duriorem futurum. etiamsi demens est qui non exoratur a filio *tricensimo die,* numquid et qui vicensimo? ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non sim; etiamnunc enim exorari possum. ita, si vis verum, agere mecum hoc crimine non potes; utique *intra* triginta dies exorari possum, post triginta queri non potes: aut crimen non habeo aut accusatorem. 15
Silo Pompeius fecit quaestionem, qua Gallio usus est, *et illam adiecit:* nihil acturum adulescentem, etiamsi damnaverit patrem; nihilominus enim periturum, quia lex nullam aliam salutis viam dedit raptori, quam si exoraverit patrem. Latro

**CD** 1 sco(scho **D**)lasticam **VD** dementiae agere] **τ**; dementia (-iam **VD**) augeret **O** galio **A** ‖ 2 questiones (*post.* s *del.* **V**) **C** ‖ patrem **ABV**[1] ‖ 3 dementiae] **τ**; dementia **O** dementi **V**[2] ‖ *prius* id *corr. ex* ob **V** ‖ 5 adulterii **Dτ** ‖ sic ne *add. Bs;* ⟨ne⟩ *vg* ‖ 6 futurum **C** *corr.* **V**[1] facturus **τ** ‖ atqui tu] **τ** *(sed* atqui *del.), (He);* ad(at **B**)quit (quid *corr.* **V**[1]) tu **C** aliquid tu **Dτ** aliud tu *corr.* **D**[1] ‖ agis, quod non] **τ**; agis (egis **A**) non quod (non inquid **B**) **O** 7 exorauistis et **A** exoratisti set **B** excrasti sed *corr. ex* excratistis et **V** exorasti sed **Dτ** non *om.* **O** *add.* **τ** puto **A,** ⟨frustra;⟩ puta *Gz* enim] *fort.* *autem ‖ 8 ego **D**, ero. ⟨ergo⟩ *Gz* uno] **τ**; uno ⟨ne⟩ **O**, uno ⟨me⟩ (. . sanare) *vg* 9 qui **C** *corr.* **V**[2] ‖ 11 *tricensimo die *add. Ml* ‖ numquid] **D** *(Ven);* numque **C** num *corr.* **V**[1] qui *om.* **D** ‖ uicesimo **V** potest (*post.* t *del.* **V**) **VD** 12 nosim **BV** 13 vis verum] *Gr;* quis nestrum **O** ‖ age **A**, agi *Gz* crimine] **τ**; crimen **O** 14 potest **O** *(Gz)* ‖ *utique intra] ut si que (quae **A** que . a **V**[1]) **C** ut si quem . ad **V**[2]**D**, utique *Schg,* namque si (. . non potes,) *Gz* diem **C** *corr.* **V**[2] exorare **V**[2]**D** ‖ p; **B** ‖ 15 quaeri **VD** ‖ potest **O** 16 questionem **AV** et adiecit *add. Schg,* *illam *add.; cf. v.* 2 ‖ ⟨sub⟩iecit quaestionem ⟨ei⟩, qua . . . est: *Gz* ‖ 17 nihic **B** ‖ 18 nullam ⟨habeat⟩ aliam (habeat *del.* **A**[2]**V**[2]) **C** 19 uiuam **C** *corr.* **V**[2] patre **BV**[1]

haec omnia quasi membra in aliquam quaestionem incurrentia tractabat, non ut quaestiones; tamquam hoc ipsum in illam aiebat quaestionem incurrere, in qua quaeritur, an raptor possit accusare patrem intra tricesimum diem. 'nam cum dico: non potes accusare eum, in cuius arbitrio positum est, moriaris an vivas, non magis quam magistratum in ius vocare, quam de iudicibus tuis ferre sententiam, non magis quam miles in imperatorem suum animadvertere, adicio: non opus est accusare; nihil enim tibi proderit; etiamsi damnaveris, morieris; lex enim, si non exoraveris, perire te vult; non ¦ exoras autem, etiamsi damnas'. quare hoc non in quaestionis loco [non] ponebat? inbecillum
16 putabat. adparet enim *non* exigere legem ab eo, ut exoret patrem, qui non habet, quem exoret. puta enim patrem alicuius esse tam palam furiosum, ut nihil intellegat: hunc exorari a filio vult? atqui eodem loco est manifestus inclementiae. Fvscvs parum hoc putabat valens esse tamquam quaestionem, satis valens tamquam argumentum; et illam alteram quaestionem, non posse

**CD** 1 haec (hec **A**) ⟨quasi⟩ omnia (quasi *del.* **A**$^{2}$) **AB** ‖ questionem **AB** curentia **C** currentia **V**$^{2}$**D** ‖ 2 quaestiones] *Gz;* questionem **O** ‖ quamquam **D** 3 questionem **C** ‖ quam **C** *corr.* **V**$^{2}$ ‖ queritur **AB** ‖ rautor **AB** ‖ 4 potest **O** 5 eum] **D**$\tau$; cum **C** ‖ cui **A** ‖ uiuas *corr. ex* uiuis **V** ‖ 6 de] hodie **O**, reus de *Gz* ‖ 7 miles] **V**$^{2}$**D**; ille **C** ‖ in *om.* **TD**$^{1}$ (*add.* **D**$^{2}\tau$) ‖ 8 sum **C** *corr.* **V**$^{2}$, *fort.* tuum *Gz* ‖ adicio] hoc dico *Ml* ‖ non opus est] *Gz* (nec opus est); non potest **C** non potes **D**$\tau$ ‖ 9 moreris **C** *corr.* **V**$^{2}$ ‖ 11 in] *He;* est **C** *del.* **V**$^{1}$ *om.* **D** ‖ questionis **C** ‖ non *del.* **V**$^{1}$ *om.* **D** ‖ ponebat ⟨quod⟩ **D** ‖ 12 *verba* adparet ... manifestus inclementiae *(v. 15) in § 12 transponenda ibique post* libidinem foedam *(p. 144, 12) inserenda esse censet Gz, id quod probaverim* ‖ non *add. O. Jahn* exiere **C** *corr.* **V**$^{1}$ ‖ habeo **C** *corr.* **V**$^{1}$ ‖ ut *om.* **C** *add.* **V**$^{1}$ ‖ 13 habeo **C** *corr.* **V**$^{1}$ ‖ puta] $\tau$; putat **O** ‖ 14 esse tam] *Herv;* esset (t *del.* **V**$^{1}$) an **C** esse et an **D** esse aut $\tau$ ‖ furiorem **C** *corr.* **V**$^{2}$ ‖ 15 filio ⟨non⟩ uult **V**$^{2}$**D** ‖ atqui] *Herv;* atque **O** ‖ eadem **B** ‖ inclementiae] *Gz;* demens **C** *om.* **D** ‖ Fuscus] *Opsopoeus;* iustum **C** iustus **V**$^{2}$**D** ‖ 16 putabas **C** *corr.* **V**$^{1}$ ‖ *prius* valens] uales **C** *corr.* **V**$^{1}$ questionem **C** ‖ *post.* valens] uolens **A** ‖ 17 alteram quaestionem] *Kss;* alteram questionem ⟨satis ualens (*corr. in* ualentem **V**$^{1}$) que(quae **V**)stionem⟩ **C** alteram ⟨satis ualentem⟩ quaestionem **TD**, *prius* questionem *del.* **V**$^{2}$, *post.* questionem *del.* **A**$^{2}$

cum patre agi eo nomine, quod non peccaverit, sed peccaturus sit, in aequitatis tractatione ponebat, cum diceret: agere mecum dementiae, etiamsi potes, *non debes*. numquid enim peccavi? non sum exoratus: nondum transit tempus, etiamnunc exorari possum. quam iniquum est nondum esse me nocentem et iam reum!

Omnes infamaverunt raptae patrem quasi cum raptore con- 17
ludentem. GALLIO dixit: ingenuam virginem rapuit, si tamen rapuit. SILO POMPEIVS eandem suspicionem in omnia contulit: 'exoravi' inquit 'raptae patrem'. immo tu, cum exorabilem haberet patrem, rapuisti. HISPANVS dixit: omnia cito facta sunt: iste cito rapuit, ille cito ignovit. nisi demens sum, aliquid suspicandum. ARGENTARIVS dixit: rapta est et statim exorata; immo nescio an exorata, deinde rapta. spero te innocentiorem fuisse, quam vis videri. tu exorasse te dicis, ego te exoratum puto.
dic, quid tibi cum socero convenit? RVFVS VIBIVS dixit: dic 18
mihi, quid tibi *cum socero* convenerit, quanto tibi nuptias promiserit. non vis? tum hercules fateberis, cum dies venerit. ASPRENAS dixit: 'iam' inquit 'non multum reliquum est ex triginta diebus'; si ex illo dies numerarem, cum primum exorasti, aiunt iam triginta dies praeterisse. LATRO dixit, id quod inter sententias

CD 1 agi] D*τ*; agri C peccaturus sit] *Vahlen, Mg;* tracturus (tractaturus V²D) iste O || 2 in aequitatis] *τ*; iniquitate C ñquitatem D tractationem AB tractationis D tum A 3 dementia VD etiamsi potes] *Kss;* etsi iamsi potes (potest V) C etsi iam potest D || non debes *add. Gz* || non ⟨debes⟩. quid *Kss*, num ⟨debes⟩? quid *Otto* || 4 exoratus: ⟨at⟩ *Gz* nundum B transiit D *(vg)* || etiamnunc] E; etiamnunc ⟨tempus⟩ O 5 nundum B 6 reum] D*τ*; rerum C *corr.* V¹ || 7 inafamauerunt B || 8 ingenuam] *Schg;* genuas A ingenuas B ingenuus VD 9 suspitionem BV 10 exoravi] *Ml;* exorauit O *immo tu] im(imm A)itatu C imitatur T miratur V²D*τ*, ita tu *Schott,* invitam tu *He, fort.* itane tu *Gz* || haberes C *corr.* V² || 11 rapuisse D 12 cognouit B demens sum] D*τ*; demensum C || aliquid] est aliud D*τ* || 16 quid] qui *Bs* || conuenit *rad. corr. ex* conuenerit D || uiuius C || 17 quid] qui *Bs* | cum socero *add. Gz* || quanto] *Bs;* quando O 18 vis? tum] *He;* uictum O, vis? iam *Bs* || aergules C aercule V² te hercules D nequiquam, me hercules *Schg* || faceberis V || 19 dixit] iam dixit O || 20 exhorasti V

scriptum est: 'moriar'; dic ergo verum. Cestivs hac figura declamavit, ut rogaret patrem, tamquam *non* exoratus esset raptae pater; deinde ad hanc sententiam transit: numquid peiorem causam habeo, si apud alterum iudicem vici? eadem figura declamavit et Hispo Romanivs, sed transit mollius: scio, quid responderi possit mihi: facile est domestico iudici satis facere; videro *de*
19 te, cum ab raptae patre veneris. in hac controversia Triarivs dixerat: non scies, an exores, nisi ultimus dies venerit; et tum, quamdiu licebit, perseverabo. deinde cum scholasticorum summo fragore: at tu quisquis es carnifex, cum strictam sustuleris securem, antequam ferias, patrem respice. belle deridebat hoc Asinivs Pollio: filius, inquit, cervicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem et dicat: agon? quod fieri solet victumis. sed ioco quoque remoto aiebat rem verissimam, non posse carnificem venire nisi eo tempore, quo iam exorari pater
20 non posset. Cestivs ex altera parte hoc colore usus est, quare priorem rogasset raptae patrem: suspensum esse *nolui patrem meum,* volui statim illum securum esse de me; queritur, quod

**CD** 1 est] *fort.* extat *Gz* | moriar] *Fb;* adoriar **AV$^2$D** agoriar **BV$^1$** | *verba* dic ergo (*corr. ex* uergo **V$^b$**) uerum *bis scr.* **O**, *priore loco del.* **A$^2$**; *cf. F. Jonas Zeitschr. f. d. GW. 1874, 125* | 2 non *add. Bs* || *fort.* tamquam exorandus *Gz* | 3 transiit *vg* || nunquid **A** numquit **V** | 4 abeo **BV$^1$** | iudicer **V$^2$D** vici] *Kss, Mg (1863);* luci **AV$^1$** lucius **BV$^2$Dτ**, dicitur *Bs* || 5 transiit *vg* responderi] **Dτ**; respondere **C** | 6 mihi possit **Dτ** | facili **AB**, *fort.* facilius *Kss* | uideor **τ** | de *add. Thomas* 7 ab raptae patre veneris] *Thomas;* ad raptae (-te **AB**) patrem ueneris **O**, *fort.* ab raptae patre venero *Kss* | 8 cum **Dτ** 9 quamdiu] *Schg;* quediu **AB** queldiuc (quel *et* c *del.*) **V** id ius **Dτ** licebit] *Bs;* legebis **A** tegebis **B** lugebis (s *corr. ex* t **D**) **VD**, negabis *Vahlen* 10 at] *Schg;* et **O** strictum **C** *corr.* **V$^2$** | securim **D** | 13 agori **AB** 14 uictimis **V$^2$D** | ioco] **Dτ**; loco **C** || remoto] **τ**; remota **C** remotam **V$^2$D** | agebat **VD** | 15 possem **C** *corr.* **V$^2$** | venire] **Dτ**; ueniri **C** | tempr̄ **A** | 16 ex *om.* **C** *add.* **V$^2$D** huius **V$^1$** quare] *Thomas;* quia **O**; *cf. 7, 6, 14; 10, 5, 25* || 17 suspensus **A** | suspensum esse ⟨nolui⟩ *Fb*, ⟨patrem⟩ suspensum esse ⟨nolui⟩ *Thomas* | nolui patrem meum *add. Gz;* ⟨nolui patrem⟩ *Vahlen* || 18 esse ⟨nolui⟩ **D** | suspensum esse nolui, statim illum securum esse ⟨volui⟩. de me queritur, *Mg*

illum potius cogitare de matrimonio fili quam de periculo volui.
Latro hoc colore usus est: scitis periclitantes alieno arbitrio
agere. illi qui circa erant sodales, qui occurrerant amici paterni,
aiebant: eamus statim ad raptae patrem; in eiusmodi casu hi ro-
gantur; nam raptorum patres — rogant. Silo Pompeivs diversum 21
colorem huic secutus est: nota erat, inquit, duritia patris mei; ita-
que amici suaserunt, ad raptae patrem iremus, ne noceret apud
illum, tarde meum exorari patrem. Hispo Romanivs bello idio-
tismo usus est. dixerunt, inquit, amici: eamus ad raptae patrem;
hoc occupemus, illud domi est. Fvscvs Arellivs dixit: prior
rogatus est qui magis timebatur. Triarivs a parte adulescentis
dixit: timeo, ne mutetur, etiam*si* exoratus est. hunc sensum non
inprudenter Silo Pompeivs inprobabat; aiebat enim non posse
mutari semel latam sententiam. quidam voluerunt videri cito 22
exoratum raptae patrem, quidam tarde. Fvscvs Arellivs dixit:
magnam partem legis consumpsi nec de mora queror: raptae
pater rogabatur. Cestivs non probabat et hac sen|tentia usus
est, cum hunc colorem argueret: dum vult videri rogatum diu
raptae patrem, efficit, ut videatur suum diu non rogasse; malo

**CD** 1 matrimonio] *Fb;* patrimonio (-omo **B**) **O** | 2 perclitantes **AB** || 3 erat **B** || 4 agebat **A** aiebat **BV**$^1$ | huiusmodi **D** | *hi] *Otto, Gz;* hubi **A** ubi **BV** illi **D**, *fort.* hi subi⟨to⟩ *Kss,* hi uni *Thomas* | 6 nota erat] *Gr;* non erit **O**, noverunt (. . duritiam) *Bs* | *fort.* non erit, inquit, ⟨inexorabilis⟩ *Linde* || inquit] quid **C** *corr.* **V**$^2$ || 8 illam *Fb* || tarde meum exorari] *Bs;* trade sum exori **C** quod tarde exorari **V**$^2$ quod tarde suum (suum *del. Gr*) exoraremus **Dτ** *(Gr)*, tardius meum exorari *Gz* | romanus **D** | idiotismo] *Gr;* dotissimo *(prius* s *del.)* **A** dotisimo **B** dotismo **VD**; *cf. 7 pr. § 5* | 9 dixerunt] *Otto;* uixit **C** uix *corr.* **V**$^1$ *et sic* **D** uis **τ**, illuxit *Bs,* luxit *Novák (cf. Hor. epist. 1, 6, 56; Cat. 14, 17)* | 10 hoc occupemus] *Gz;* occurremus **C** hoc curemus **V**$^2$**D**, occurramus *Schg* | ille **Dτ**, *fort. recte* | occurremus illi, ni *Linde* | ⟨ille⟩ prior **D** | 11 a] ad **A** || 12 etiamsi] *Kss;* etiam **O**, etiam cum *C. Schenkl* | est *del.* **V**$^1$ *om.* **D** || 14 mutareis (s *del.* **V**$^2$) **C** | quidem **A** | 15 quidem **A** | 16 tegis **C** *corr.* **V**$^2$ || 17 hanc **C** *corr.* **V**$^2$ | 18 argueret: dum] *He;* arguendum **C** arguendum ⟨putaret⟩ **V**$^2$**D** | uultu **AB** uult/// (u *vel* o *eras.*) **V** || rogauit **B** || 19 pater **C** *corr.* **V**$^2$ || suum] *Bs;* sum **C** eum **V**$^2$**D**

autem videri huius patrem tarde exorari quam tarde rogari. Hermagoras solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breviter et fortius astringere, sicut in hac sententia fecit, cum suspicionem facere vellet inter raptae patrem et raptorem collusionis: 'πέπεισταί, φησιν, ὁ τῆς φθαρείσης πατήρ'. οὕτως ταχέως; μονονοὺ πρὸ τῆς
23 φθορᾶς. Artemon dixit: λέγε, ἐς τί σὺ πρὸς τὸν πατέρα τῆς ἐφθαρμένης συμπεφώνηκας; λέγε, πῶς πέπεικας; σιωπᾷς; σιώπα. Glycon dixit: εἰ βραδέως ἐλεεῖς με, πῶς ῥύσῃ; οὐκ ἔστι φέ⟨ρειν⟩ τὴν κρυερὰν θανάτου μέριμναν, οὐ περιμενῶ σου τὸν ἔλεον. hunc sensum commodius dixit Lepidvs, Neronis praeceptor: non misereberis nisi ultimo die? ego mei ante miserebor. Diocles Carystivs a parte patris ethicos dixit: 'ἐγὼ θανατιῶ'. ἀπόθανε · εἰς τί γὰρ ἥρπαζες; εἰς

CD 1 huius] *Kss;* hoc O, hunc *Bs,* ⟨ab⟩ hoc *Otto* ‖ 2 scemata C ¦ 3 fortius] forti(-ci B)os C fortius *corr.* V¹ *et sic* D, forticos (= φορτικῶς) *He, Bs,* energos *Gz, fort.* *artius ‖ astringere] *O. Jahn;* attingere O ‖ hanc V¹ ‖ suspici(-ti A)one AB suspitionem V 4 raste AB raptae (p *corr. ex* s) V 5 πεπ(-n A)eιcτaι φη(-ν A)cιν ο τη(-ν A)c φaρειcα (-ιaca, *prius* a *del.,* V) πaτερ C οὕτως] *E. Rohde;* oaτ.c AB οaιωc V, ὅλως *He,* ὄντως *O. Jahn; cf. Quint. decl. p. 375, 16 R.* | taxxeωx μονdνοy ρο τhc (τnc A τhc *corr. ex* τhο V) φθοραc (φeορα A) artem C | 6 dixit] d AB ¦ λέγε, ἐς] *Gz;* λ(a A)eτe ce C, *fort.* *λέγε δή · ‖ *τί σὺ] *Gz;* τι coι C, πῶς *Thomas* ριρoc πoν (aπoν A) π(n A)acepa τnc e(en A)φaρmenec (-ne A) C 7 συμπεφώνηκας] *Thomas;* c(a A)ymτιφωnu(-v B)kec (c *del.* A¹) C, (τί σοι . .) συμπεφώνηται *man. rec. in* T, συμπεφρόνηκας *Gz* ‖ λέγε, πῶς πέπεικας;] *He;* a(τa A)ece πω πι(πιc B)π(τι A)eιkaιc C, δυσωπεῖ καὶ *Bs* ‖ *σιωπᾷς; σιώπα] cιω(-a A)πa cιωρio (cιaho A cιauπo V) C, σιωπᾷς; φωρᾷ *Bs,* σιωπᾷς; εἰδήσω *Gz,* σιωπᾷς ἀεί *vg* glicon C 8 εἰ βραδέως . . .] *Bs;* n aaaudeac (h aaddeωc B h aaauoρωc V) eλιec (enec V) me knc ρycηc C *οὐκ ἔστι φέρειν τὴν κρυερὰν] oyk ecι (eτι AV) φτ inm kρuoτepan C, οὐκέτι φτinm κρυεροτέραν *Kss* ‖ *fort.:* . . . μ' ὅπως ῥύσῃ οὐκ ἔστι · φθίνω κρυοτέρα (. . μερίμνᾳ) *Bs spic. cr. 11* θανάτου] *Bs;* adaτoι (-τιoι A) C ‖ meρinnan oy C | 9 περιμενῶ σου] *Bs;* π(*om.* A τι B)ρinω coy C, τηρήσω σου *Bs spic. cr. 11* ¦ τoν eλ(ea AB)eoν C hinc A | 10 lepibus C *corr.* V²; *cf. Nipperdey ad Tac. ann. 3, 32* ¦ praeceptor: non] preceptorum V¹ *corr.* V² praeceptor D ¦ misereberis] *Novák;* misererreris A misereris BV ‖ uultimo AB ⟨esse⟩ ultimo D ultimo die] multimodi V¹ 11 mei ante] *Bs;* me(met V²D) iam te O ¦ diocle C ‖ Carystius] TD; carictius C ¦ aperte B ¦ 12 ethiccos C ‖ ἐγὼ] *Bs;* eβω C ‖ *θανατιῶ . ἀπόθανε] oνaτιoc (-cιoc AV) aπo(aβo A aρio B)oaνe (aνe V) C, οὖν ἀποθάνω; θάνε *Bs* ¦ εἰς τί γὰρ ἥρπαζες;] *Bs;* eιc τι (π A) cιaρ *eρπ(eρon A)azec C* ‖ eιc τι ιaρ (naρ A ιaρ B) C (γάρ *corr. Bs*)

τί γὰρ ἐφέρου; εἰς ‖ τί γὰρ ἐμαίνου; καὶ ταῦτα δὴ ποιήσας ἐνέδρας ἤ τι ὅμοιον.

## IIII.

Abdicavit quidam filium; abdicatus se contulit ad meretricem; ex illa sustulit filium. aeger ad patrem misit: cum venisset, commendavit ei filium suum et decessit. pater post mortem illius adoptavit puerum; ab altero [pater] filio accusatur dementiae.

Porci Latronis. Qualem vidi! ipsa fungebatur officiis, sedula 1
circa aegrotantis lectum in omnia discurrebat ministeria, non incultis tantum, sed laniatis capillis. ubi est, inquam, meretrix? venit ad me subito qui diceret: filius antequam moriatur rogat venias. non expectavi, dum iste permitteret: amens cucurri. cetera quemadmodum narrem, nescio: steterim an sederim, quid locutus sim, quid audierim, nescio; hoc unum scio, iacuisse me inter duos filios. accede hoc, puer, depositum, crimen meum; non habeo miser, cui te moriturus commendem. Cesti Pii. Recepi in sinum ne- 2

**CD** 1 ἐφέρου] *Thomas;* eo(ec **AV**)eoʏ **C**, ἐβιάζου *Buschmann*, ἔθεες *Linde* ‖ ec ті (π **B** π . **V**) lap (lap **V**) **C** (γὰρ *corr. Bs*) ‖ ἐμαίνου] *Bs;* exaineto **C**, ἐμιαίνετο *O. Ribbeck*, ἐλυμαίνου *Thomas* καi ταʏτα **C** *δὴ ποιήσας] *anonymus in Gersdorf. rep. 1858 II 267, O. Ribbeck;* ae (e **A**) πc(ττo **AB**)nsac **C**, δὲ ἢ στήσας *Bs*, ἤτοι ἱστὰς *vg* ‖ enepac ıı (ɴ **A**) πι omoiɴ **C**

**CD*v*** 4 *cf. evang. Luc. 15, 11 seq.* ‖ 5 ex (et **A**) illas tulit **C** *corr.* **V**² ⟨et⟩ ex ea sustulit **E** ‖ 7 pater post mortem illius (ipsius **τ**) *om.* **O** *add.* **Eτ** ‖ 8 abi **B** ‖ pater *om.* **B** *post* altero *sup. v. add.* **B**¹, *del. Rom* ‖ accussatus clementiae **B** ‖ 9 ipsi **C** ipse **V**²**D*v*** ‖ officis **AB** officiis *corr. ex* offociis **V** ‖ 10 incultis] *Gz (cf. Ovid. her. 9, 125);* inpulsus **A** inpulsis **BVD*v***, inpexis *Gruter*, convulsis *Ml*, vulsis *O. Ribbeck* ‖ 11 hubi **A** ‖ ueniat **AB** ‖ 12 moriatur] *Sander;* moritur **O*v*** ‖ uenias *corr. ex* ueniat **V** ‖ 13 permittere tamen scucurri *primo scr.* **V**, *deinde* **V**¹ t *sup. v. add., ut esset* permitteret amen succurri **A** *corr.* **A**¹ ‖ 14 isteterim **BV** si steterim *corr.* **V**¹ *et sic* **D*v*** ‖ locutus] **D*v*τ**; locus **C** ‖ 15 hoc unum ⟨hoc (huius **A**) unum⟩ **O*v*** ‖ huius unum *del.* **A**¹ hoc ⟨tamen⟩ unum **τ** ‖ tacuisse *Schg* ‖ inter] in **A** ‖ 16 acce **V**¹ ‖ huc **V**²**D*v***; *cf. ad. p. 45, 16* ‖ ⟨et⟩ crimen **τ** ‖ 17 cestii **VD** ‖ recipi **OT*v*** *corr.* **T**¹

potem. vultis et hunc abdicem? duos filios sustuli; huic numero iam adsuevi. patrem accusat, fratrem infamat, infantem persequitur: rogo vos, non satius est meretricem amare quam neminem? *in me* novi generis dementia arguitur: sanus eram, si non agnoscerem | meos. tradidit infantem, expiravit; non habui, cui redderem. offerebam me propinquis, *expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret: nemo audebat propinquorum fratre cessante;* illi videlicet in hac cogitatione tacebant: nos rogabimus, cum frater non audeat? 'meretricis' inquit 'filium recepisti': nempe eius, quae meum receperat. fateor aliquando me insanum fuisse: nescii, quis esset abdicandus, meliorem expuli. PAPIRI FABIANI.

3 Quam nihil in illa domo meretriciae vitae vidi! adsidebat mulier tristi vultu, adfecta, aegrae simillima ipsa, demissis in terram oculis. 'pater,' inquit 'nihil tecum frater locutus est?' in sinu meo *et* filium *et animam de*posuit. domum pertuli. dementiam vocat quod infantem adoptavi. quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogaret pro filio? ignosco tibi, quod tam durus es: aegrum fratrem non vidisti. ille magni modo successor patrimoni natus in lectulo precario moriebatur; non servorum turba circumstabat, non amicorum; inter infantem et mulierculam

**CD*v*** 1 sustuli] *O. Jahn;* tuli **O*v*** 2 fratrem] patrem **O*v*** | 3 sacius **AB** | meminem **BV** *rad. corr. in* **V** | 4 in me *add.* **E** | arguetur **A** argueitur **B** 5 agnosceres **C** *corr.* **V**² | infantentem **V** infantem ⟨et⟩ **D*v*** *(fort. recte)* || 6 crederem **D** rederem ***v*** | oferebam **B** | *verba* expectabam . . . cessante *(v. 7) add.* **E** | 8 illi] *Fb;* illa **O** ille ***v*** iudelicet **A** | tacebant] *Fb;* tacebat (c *in ras.* **V**¹) **O*v*** | rogauimus **O*v*** 9 auderet **τ** 10 fatear **O*v*** *corr.* ***v***¹, ⟨ut⟩ fatear *Schg* || nifanum **A** infanum **V**¹***v*** infanem **V**² infamem **TD** 11 nescii] *Gr* (nescivi); nescio **O*v*** | abdicandus] *Gr;* abdicatus **O*v*** expuli] *Gr;* extuli **O*v*** 12 meretriciae vitae] *Mg;* meretricia (-tia **A**) fide **O*v***, meretricia foedi (*fort.* *ficti) *Herv,* meretriciae fidei *Schg,* meretricium fuit *Th. Heidler (cf. p. 155, 15),* meretriciae sectae *Gz, fort.* meretricii *Mg* uidit **C** *corr.* **V**¹ || 13 adfecto *Schg (cf. p. 155, 19), fort.* adflicta *Gz* | aegrae] *O. Jahn;* ergo **A** egro **BV** aegro **D*v*** | terram] tram **A** | 15 et *et* et animam *add.* **E** | deposuit] **E**; posuit **O*v*** | demum **C** *corr.* **V**² 16 cuocat (c *del.*) **A**, *fort.* vocas *Hoefig* | *adoptavi] *Gz (cf. p. 151, 7 et 154, 17);* abdicaui **O*v*** ⟨non⟩ abdicaui **V**² || 17 illo **A** | dusus **C** *corr.* **V**² | 18 illi **C** *corr.* **V**² | 19 natus] **τ**; nactus **O*v*** || letulo **A** || 20 fantem **V**

deficientis adulescentis spiritus in adventum meum sustinebatur. ut intravi, cadentes iam oculos ad nomen meum erexit fugientemque animam retinuit. 'pater,' inquit 'quod adhuc nihil deprecatus sum, non contumacia feci; fratri mandaveram'. indico tibi crimina mea: expirantem coheredem tuum ad vitam volui revocare; ut salvus esset, rogavi deos et, licet dementiam voces, si vixisset, recepissem. Arelli Fvsci patris. Securior eram, quo- 4
niam putaveram illi omnia praestare fratrem, cum subito nuntiatum est in ultimis esse filium, nec hoc a fratre. o me miserum, quod solum nepotem recepi! Albvci Sili. Vt vidit uxorem, vidit patrem, circumspiciebat et fratrem. Ivli Bassi. Tibi debeo, mulier, quod habuit filius meus, in qua domo aegrotaret. pudet dicere: ut nepotem agnoscerem, rogatus sum. non potest *ex* uno crimine dementia intellegi. nemo sine vitio est: in Catone *deerat* moderatio, in Cicerone constantia, in Sulla clementia. ad summam, tres fuimus, omnes peccavimus: ego quod abdicavi, frater quod tacuit, tu quod pro fratre non rogasti. non sum uno herede contentus, duos habere volo et, quo magis concupiscam, habui. misit ad me adfectus, aeger. non ibo? mihi crede, aliter tu audis de coherede. cogitate, quis roget, pro quo roget, quem roget; videbitis neminem negare posse, nisi qui accusare possit et patrem.

**CD*v*** 1 adulescenti **C** *corr.* **V**$^2$ | aduertum **C** *corr.* **V**$^2$ | 3 adhoc **C** *corr.* **V**$^2$ | 4 contumatia **V** | 5 tum **O*v*** || 7 dixisset **C** *corr.* **V**$^2$ | securior eram] securiorem **C** *corr.* **V**$^2$, securus eram *Novák* || quam **C** *corr.* **V**$^2$ || 8 peccaueram **V**$^1$ || fratre **V**$^1$ | nunti(-ci **A**)ato **AB** nuntiato *corr. ex* nuntiatum *(sic)* **V** | 9 nec] ne **B** | 10 recipi **BV**$^1$ | silii **O*v*** | 11 uidit ⟨et⟩ **D** | patrem] ***τ***; fratrem **O*v*** || circumspeciebat **A** | patrem **D*v*** | 12 habui **C** *corr.* **V**$^2$ | 13 ex *add. Otto* | 14 intendi (*om.* ex) *O. Ribbeck,* colligi *Gz* || catonem **AB** | deerat *add. Otto* (*fort.* *derat); *cf. p. 13, 6* | ⟨deest⟩ in Catone *Thomas,* in Catone (. . . clementia) ⟨desideratur⟩ *vg,* in Catone (. . . clementia) ⟨desideratur; numquis ideo illis obicit dementiam?⟩ *Gz* || 15 deratio **C** *corr.* **V**$^2$***τ*** | Sulla] *Guilielmius;* summa **O*v*** | dementia **AVD*v*** | 18 uolui **VD*v*** | quod **O*v*** | magister **V**$^1$ | 19 tu audis] *He, Mg;* tua dis (diis **D*v***) **O*v***, adii (te coherede) *Gr,* adii ⟨tertium ad deos⟩ (de herede) *Schg,* tu agis ⟨nisi⟩ *Linde* || 20 quid **C** *corr.* **V**$^2$ || roget ⟨et⟩ *(post.* et *del.)* **B** | 21 negare posse] *Schg; rogare* ⟨*non*⟩ *posse* **O*v***, exorari ⟨non⟩ posse *Gr*

5 Altera pars. PORCI LATRONIS. Quem honestius subiecit meretrix quam peperit. pater istius incertus est; bene cum ipso ageretur, si et mater. FVSCI ARELLI patris. Errat, si quis me putat pecunia moveri. primum adsuevi coheredem habere; deinde olim iam cum puero isto paterna divisi, quia multo illi pater donavit plus quam suam partem. RO|MANI HISPONIS. Incidit in meretricem inter omnia mala etiam fecundam. vere mimicae nuptiae, *in* quibus ante in cubiculum rivalis venit quam maritus. ARGENTARI. Cum abdicaret, aiebat: hoc scilicet expectabo, donec e meretrice liberos tollas? mulier, nescio an adversus patrem in-
6 iuriosior sis, quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti. ALBVCI SILI. Sine veniant illuc amici, sine propinqui: nolunt, erubescunt in domum meretricis accedere. mulier, quae sine praefatione honeste nominari non potes, cedo istum puerum nulli agnoscendum, si mater adserat. severissimus pater abdicavit etiam quem sciebat suum. erat in domo puer, qui omnes vocabat patres. adoptavit eius filium, propter quam etiam suum eiecerat. CESTI PII. Nullum genus iudicum recuso: si severi erunt, nocebit

**CDv** 1 auera **A** quam $V^2$ 2 incestus **A** ‖ 3 fusi **A** ‖ erat $V^1$ ‖ si quis me] *Bs;* si quis (*corr. ex* quid $V^1$) ⟨sit⟩ me **A**$V^1$ s q̄ ⟨sit⟩ me **B** si quis ⟨sit qui⟩ me $V^2$**Dv**, si quis hic me *Gz* ‖ putet (e *in ras.* **D**) **Dv** 4 adsuaeui **C** *corr.* $V^2$ ‖ cohaeredem **V** ‖ 5 qua **C** quam **τ** ‖ multo illi pater] *Schg;* multa ille (illi **τ**) frater **Ovτ** ‖ 6 suam partem] *Schg;* sua parte **Ov** spanis **C** hispani **Dv** spani **τ** ‖ 7 omnia ⟨alia⟩ *J. Klein; cf.* **E** ‖ mala etiam] *Bs;* maliciam (-tiam **V**) **C** malicia **Dv**; *cf.* **E** ‖ secundam **A** ‖ mimice **O**, ⟨illud dixit⟩ (vere) mimice: *Bs spic. cr. 11* ‖ nuptiae, in] *Mg;* nustis **AB** nustus $V^1$ nostis $V^2$**Dvτ** natis **T**, nurus *Reifferscheid* ‖ 8 argentarii **AD** ‖ 9 agebat **A** ‖ donhaec **B**$V^1$ donec hac **Dv** ‖ 10 merice **C** ‖ an] *cf.* **E** ‖ 11 sis *om.* **C** *add.* **Dv** ‖ abstullisti **A** ‖ 12 nolunt] *Novák, Gz (cf. Thomas Herm. 21, 60);* nunc **Ov**, cuncti *Schg, fort.* num *Kss* 14 potest **Ov** *(Gz) corr.* $V^2$ ‖ puerum] epuernam **C** *corr.* $V^2$, vernam *Kss* ‖ 15 *si mater] (si ei mater *Thomas*); sed mater **Ov**, ⟨errat in domo . . . patres:⟩ *(ex v. 16 huc transp.)* suum ei mater *O. Ribbeck,* suo mater *Gz* aderat **A** adserit $D^2$ seuerissimos **CTv** *corr.* $T^1v^1$ seueris modis (modis *sup. v.*) **D** ‖ 16 erat . . . patres *post* accedere *(v. 13) inser. et* et *ante* mulier *(v. 13) add. Gz* dono **V** 17 adobtauit **A** ‖ filio **C** *corr.* $V^2$ ‖ suum] **Dvτ**; sum **C** ‖ 18 indicum] **Dv**; iudicem **CT** *corr.* $V^2T^1$ ‖ erunt] $V^2$**Dvτ**; erint **C**

isti quod recepit meretricis filium; si clementes, quod abdicavit suum. clamavit pater: in domum ergo meam meretrix veniet aut, quod turpius est, filius *eius?* ad illam ivit, misit in domum nostram publicum puerum. quis illis nuptiis interfuit nisi abdicatus aut abdicandus?

LATRO sic divisit: an pater ob ullam adoptionem accusari 7
possit, an ob hanc debeat.

Omnes infamaverunt adulescentem, quasi illius criminationibus factum sit, ut frater abdicaretur; et ideo sententia laudatur FABIANI: nihil tecum locutus est? | cum hoc unum puero noceat, quod ex meretrice natus est, omnes operam dederunt, ut, quantum *in hac* controversia licebat, huic vitio mederentur efficerentque, ne quicquam in illa videretur meretricis fuisse nisi nomen. MARVLLVS decenter hoc dixit simul obiciens fratri impietatem: nihil, inquit, in illa domo meretricium fuit: scires, si mecum fuisses.
ALBVCIVS ethicos, ut multi putant, dixit — certe laudatum est 8
cum diceret —: exeuntem *me* puer secutus est. non probabat hanc MESSALA sententiam: non habet, inquit, fiduciam, si mavult videri recepisse puerum quam adduxisse; et sine ratione est adoptatum esse, non quia debuerit, sed quia secutus sit. fuit autem

**CD***v* 2 suum] **V**$^2$**D***vτ*; sum **C** || 3 turpius] *cf. Aelian. v. h. 12, 17* filium **AB** eius *add. Gr, sed ante* filius || ivit] *Gr;* ibit **O***v* | filius illam adibit *τ* 4 nuptis **C** *corr.* **V**$^1$ | 6 illam **D***v* adobtionem **A** | 7 eb **V**$^1$ | hanc] *O. Jahn;* hoc **O***v* 8 quasi] **TD***v*; quas **C** | 10 est] *Gz;* sum est **O***v*, sum . et *Schg; cf. p. 152, 14* | uni **C** *corr.* **V**$^2$ 11 operam] *τ*; operas **O***v* | 12 *in hac controversia] controuersia **C***v* controuersiae **V**$^2$ controuersio *corr.* *v*$^1$ controuersias **D**, *fort.* controversia <salva> *Ml, fort.* *<per> controversiam *Gz* | licebas **AB** liceas **V**$^1$ demerentur **O***v* demeretur *τ* efficerentque] **D***τ*; officeretque **C** efficeretque **V**$^2$*v* 13 illa] *τ*; illo **O***v* || uidebatur **O***v* | 14 idecenter **V** īdecenter (ī *eras.*) **T** obicies **O***v* | 15 in] im **A** | 16 ethicos] hecticos **O***v* (heticos **D**$^2$), *quod tuentur Sander et Linde* || laudatus **D** 17 me *add. Bs* puer] *O. Jahn;* per **O***v* | 18 messalam **V**$^1$ | habebit **VD***v* | fidutiam **B** | mauul **AB** | 19 *et sine] et qua **O***v*, neque (rationis est) <eum> *Schg*, aequa *He*, ex qua *Bs*, et contra (rationem) *Gz (fort. recte)*, et quae (ratio . . . sit?) *C. Schenkl* | est] esse **D**$^1$*v* eum **D**$^2$ | adoptatum] *Schg;* adoptandum **O***v* | 20 sit] *Bs*; est **O***v* || fit *v*

Messala exactissimi ingenii quidem in omni studiorum parte, sed Latini utique sermonis observator diligentissimus; itaque cum audisset Latronem declamantem, dixit: sua lingua disertus est. ingenium illi concessit, sermonem obiecit. non tulit hanc contumeliam Latro et pro Pythodoro *reo* Messalae orationem disertissimam recitavit *at*que conpositam aeque suasoriam *de* Theodoto declamavit per triduum. quae dixerit, suo loco reddam, cum ad suasorias venero.

9 A parte adulescentis non unus omnibus color placuit. quidam personam eius, qualem acceperant, | introduxerunt duram et asperam, ex quibus fuit et Hispo Romanivs: hoc unum aiebat efficiendum, ut non durus videretur, sed severus. in hac parte dixit nobilem illam sententiam, quam Fabius Maximus circumferebat: venit adsidue in domum meretrix, non recedit, paulum abest quin noverca sit. Cestivs bella figura egit: 'dementia' inquit 'res est sanitati contraria. non quaeram extra exemplar sani hominis, ad quod patris mei *mentem exigam*: ipsum sibi

**CD*v*** 1 omni studiorum parte, sed] *Bs* (sed *add. Ml, Gz*); omnis studiorum partes (patres **A**) **O*v*** | 2 utuque **AB** sermones **V**$^1$ | cum *corr. ex* cam **B** | 3 dissertus **C** *corr.* **V**$^2$ | 4 concessit (t *in ras. 1—2 litt.*) **V** | 5 *reo *add. (cf. suas. 6, 24)*, ⟨in⟩ *Kss* Messalae] ***τ***; meosilla **A** meosallae **B** mesala **V** messala **D*v*** | ⟨non⟩ disertissimam (*om.* reo) *Gz* | 6 atque] *Gz:* que **AB** quam **VD*v***, aeque *Kss* | aeque] *Gz;* quem **AB** quam **VD*v***, atque *Kss* | recitavit, quam conpositam tamquam suasoriam *Francken Herm. 9, 382; aliter locum constituit Linde scr. Lund. 18, 50* | de *add. Fb; cf. Quint. 3, 8, 55* | teodotho **C**, *fort.* Theodoro *Bs* | 7 declamant **C** *corr.* **V**$^2$ | per triduum] *Gr;* patri duum **O*v*** patri dum **V**$^2$, post triduum *Schg (fort. recte)*, quadriduum *Ml*, *fort.* per ridiculum *Gz* | 8 ad] a **V**$^1$ | suasoras **AB** | 9 aperte **B** | quodam **C** *corr.* **V**$^2$ | 11 romanus **BVD*v*** | hoc] huius **AVD** | 12 *verba* efficiendum . . . circumferebat *(v. 13) om.* **A** | 13 maxime ***τ*** | 14 adsiduae **A** | domum *corr. ex* domom **V** | 15 qui **B** | dementia] **D*vτ***; dementiae **C** | 16 exemplar] *Kss;* exemplas **AB** exempla **VD*v*** | 17 hominis] ***τ***; omnis **O*v*** | ad quod] **A*v***; atque **B*τ*** at quod **VD**$^2$ et quod **D**$^1$, (exempla . .,) ad quae *Otto, Gz* | patris mei] *Bs;* patris met **C**, patrem (exigam) *Kss* | mentem *add. O. Ribbeck;* ⟨mores⟩ *Otto* | exigam] *Kss;* gat **C**, (patrem) metiar *Novák* | patris me rogat **D*v*** patris integat *corr.* ***v***$^1$ patris intel|gat ***τ***, pater semet exigat *Linde (cf. Sen. epist. 1, 11, 10)*, *pater semet dirigat Morgenstern*

comparabo. fuit aliquando sanus: tunc quid faciebat? oderat luxuriam, vitia castigabat. hunc tam severum senem putabitis sanum, si vobis in lupanari ostendero?' sic declamavit, ut patri accusatorem patrem daret et illum argueret sibi ipsum comparando. LATRO patri pepercit; puerum pressit et dixit fratris filium non esse et ne fratrem quidem hoc fateri voluisse; illa verba aegro imperata. FABIANVS ex omnibus istis colorem secutus est optimum, quo aiebat Messala posse non tantum bonam partem adulescentis fieri sed etiam honestam: obiecit patri, quod fratrem abdicasset, non schemate, sed derecto. 'nihil' inquit 'peccaverat; amat meretricem; solet fieri: adulescens est, expecta, emendabitur, ducet uxorem'. quare ergo tunc non egisti dementiae? 'tuam expectabam paenitentiam; aiebam: iam recipiet'. hoc per transitum obicere coepit, quod non recepisset, quom vidisset in lupanari habitantem. 'abdicasti,' inquit 'ut emendares? vitia augeri

**CDv** 1 comparauibo **A¹B** | tunc *om.* **D** | faciat **AB** || 2 vitia castigabat] *Kss, Ml;* uti agastigabat (-at *corr. ex* -ant **A**) **AB** uti castigat **VDv** || hunc tam severum] *Bs;* nunci(-ti **AV¹**)am (nuctiam **V²** *errore haud dubie pro* nunciam) seuerus **Ov**, nunc tam severum *Gz* | senum **B** || putauitis **A** putatis **B** putabis **T** | 3 lupanario **Ov**, *fort. recte* | ostenderem **AB**, ostenderim *O. Ribbeck, fort.* * ostendero eum | *fort.* ⟨et⟩ sic *Gz* | patri] *Gz;* fratri **Ov** || 4 aurgueret **B** | ipsum] *Gr;* ipso **AB** ipsi **VDv** | 5 patri] *Gz;* fratri **Ov** | pepescit **V** | praessit **A** || 6 fateri] *Otto;* fieri **Ov**, confiteri *Kss* | 7 abegro **V** ab aegro **D** | impetrata **Dvτ** || istius **D¹** | 8 obtimum **A** || quo] *Fb;* quod **Ov** | adiebat **C** *corr.* **V²** aiebat ⟨dicere⟩ **Dv** | messalam **Ov** | posse *om.* **VDv** | 10 addicasset **AB** | scemate **AB** | * derecto] certo **AVDv** certe *corr. ex* certo **B**, directo *Mg*, serio *Ml* | peccavit . at *Gz* | 11 specta **AB** | 12 ergo *om.* **VDv** | egit **Dv** *corr.* **v¹** | dementiae] **τ**; dementiam **Ov** | 13 tuam . . . aiebam: iam] *Gz* (expectabam *Gr*, * aiebam); tuam aiebat expectabat penitentiam aiebat (*haec omnia bis scr.*) tuam **AB** (*post.* aiebat *et post.* tuam *et ex verbis repetitis* penitentiam aiebat *del.* **A²**) tuam agebat (aiebat **V²Dv**) expectabat . expectabat pe(poe **Dv**)nitentiam aiebat tum **VDv**, tuam; aiebat, expectabam paenitentiam; iam *Kss* | ⟨iam⟩, aiebam, iam *Gz* | recipiet *corr. ex* recipiat **B** resipiet **Dvτ** | *fort.* hinc *Mg* || 14 transitu **AB** || obiecere **C** *corr.* **V²** || corpit **B** | non *om.* **B** | recepset **A** recepset **B** | quom] *Schg* (quum); quod **Ov** || 15 habitem **V¹** || vitia augeri] *Gz;* uitia augeres **AB** ⟨non⟩ uitia augeres **VDv**, ⟨non ut⟩ vitia augeres *vg*

vides. nullum illius vitium: aetatis est, amoris est; recipe, ante-
11 quam aliquid faciat, cuius mox pudore moriatur'. ad ultumum obiecit illi, quod aegrum non secum tulisset. 'potest' inquit 'convalescere, si viderit penates suos, *si* minus, certe morietur *in* solo paterno, suo, puro'. 'quare' inquit 'tu apud fratrem non fuisti?' 'et ego queror. ille, cum ad te mitteret, putavit se ad duos mittere. utinam tecum fuissem, pater; redisses illinc cum filio, sed tuo'. de adoptione novissime questus est et hac figura: abstulisti mihi fratrem, cum quo natus sum, cum quo educatus sum, ut quem dares? istum. indignor hanc *fieri* fratri meo contumeliam, ut huius vocetur pater. sed ut aliquid iocemur, FABIVS MAXIMVS nobilissimus vir fuit, qui primus foro Romano hunc novicium morbum, quo nunc laborat, intulit; de quo SEVERVS CASSIVS, antequam ab illo reus ageretur, dixerat: quasi disertus es, quasi for-
12 monsus es, quasi dives es; unum tantum es non quasi, vappa. hanc controversiam cum declamaret, Maximus dixit [quasi] tricolum tale, qualia sunt quae ‖ basilicani sectan*tur*. dicebat autem a parte *patris:* omnes aliquid ad vos inbecilli, alter alterius onera, detulimus:

CDv 1 nullium (i *del.*) V recipi AB ‖ 2 faciam AB cuius] cum D$^1$ cur D$^2$ ‖ at V$^1$ ‖ ultimum AVDv ‖ 3 egium A egrum BV ‖ secum tulisset] *O. Jahn;* sustulisset Ov 4 si minus, certe] *Kss;* minus certe Ov, mitius certe *vg*, minus certe ⟨aegre⟩ *C. Schenkl* ‖ moriatur C *corr.* V$^2$ ‖ in *om.* Ov 5 suo] solo *Bs* puero (*corr. ex* puro D) VD ‖ quaere D ‖ non fuisti *om.* V$^1$ 6 cum] uim B ‖ *prius* ad] at AB 8 adobtionem (m *del.* A$^2$) A adopcionem B quaestus AB ‖ et (*del. Ml*) hanc figuram A$^1$B, et hanc figuram ⟨posuit⟩ (⟨dixit⟩ *Hoefig*) *He, Hoefig,* in hanc figuram *Gz* 10 quem dares] *Bs*; quam dares A$^1$B *del.* A$^2$ dares VDv indignor] Dvτ; indignos C *corr.* B$^1$V$^2$ ‖ fieri *add. Schg* 11 iocemur *rad. corr. ex* docemur D ‖ Fabius] *Fb;* fabianus Ov 12 novicium] '*nomemo leg. putabat*' *Schott* (novitium); nouinium AT nouimum B uouinium VD$^1$v uomicum D$^2$τ ‖ 13 *prius* quo] A$^2$Dvτ; quod C ‖ do B cassio C 14 disserat B *prius* quasi] quiai A quia B formosus VDv 15 vappa] *Gr;* alapam Ov lapam D$^2$ lapsam τ, mapalia *Schg* ‖ 16 quasi *del. Schott* talia VDv ‖ 17 quali assunt *corr. ex* qualea sunt B que AB basilicani sectantur] *Thomas;* bas(bass AB)ilicam insectant Ov, basilicam infectant *O. Jahn,* basilicam infestant *vg* a parte patris] *Bs;* a patre Ov 18 nos VDv ‖ honera C

accusatur pater in ultimis annis, nepos in primis *adoptatur, in mediis* abdicatur filius. haec autem subinde refero, quod aeque vitandarum rerum exempla ponenda sunt quam sequendarum. in hac controversia Latro contrariam rem *non* controversiae dixit, sed sibi. declamabat illam Caesare Augusto audiente et M. Agrippa, cuius filios, nepotes suos, Lucium et Gaium Caesar adoptaturus diebus illis videbatur. erat M. Agrippa inter eos, qui non nati sunt nobiles, sed facti. cum diceret partem adulescentis Latro et trac- 13
taret adoptionis locum, dixit: 'iam iste ex imo per adoptionem nobilitati inseritur' *et* alia in hanc summam. Maecenas *sibilans* innuit Latroni festinare Caesarem; finiret iam declamationem. quidam putabant hanc malignitatem Maecenatis esse; effecisse enim sib*ilo* illum, non ne audiret quae dicta erant Caesar, sed ut

**CDv** 1 in ultimis] multimis **A** nopos **A** nepos *corr. ex* nepus **V** neptis **TDv** *adoptatur, in mediis *add.* 2 filius] *Gr;* nullus **Ov** *haec autem] autem haec **Ov** || primis abdicatur, filius in ⟨mediis accusat⟩. haec s. *Gr*, primis, abdicatur filius alter. haec s. *Bs*, primis, obiectatur mulieri sua vita. haec s. *Gz* | refert **VDv** | quid equitanda(-nta **VDv**)rum **Ov** 3 controuersiam **AB** 4 non *add. Schg* || dicit **D** || 5 illum **τ** caesarae **A** cesare **BVv** audiente et] **Dvτ**; audientem **ABT** audiente **V** (*Bs*) | M. Agrippa] **Dτ** (*sed om.* M.); macrippam **AB** magrippam **V** agrippam **Tv**, M. Agrippae *Bs* | 6 *verba* *Lucium et Gaium, quae in **Ov** *post* Caesar *leguntur, transp.; del. Gz* caium **Dv** adobtaturus **A** || dieb **B** 7 macrippa **A** agrippa **VDv** | inter] in **AB** 8 factus **C** *corr.* **V**² | dicere **AB** | 9 adobtionis **A** | nam **AVDv** | iste] *Mg;* isti **Ov** | ex imo per] *Mg*; ex imperia (-io **VDv**) **Ov** adobtionem **A** adoptione **τ** | 10 inseritur] *Mg;* ferunt **Ov** fecerunt **T** fuerunt **τ**, infertur *Otto* multi ad imperia adoptione nobilitati fuerunt; haec et alia . . *Gr*, iam isti et imperia adoptione nobilitati ferunt; tum alia . . *Bs*, iam isti ad imperia adoptione nobilitati feruntur. tum alia . . *Th. Bach mel. Platon.* (*Vratisl. 1859*) *thes. 4* | et *add. Kss* | alia in hanc] ⟨in hanc⟩ (in haec **VDv**) alia in hunc (*corr. ex* hanc **A**, *corr. in* hanc **V**²) **Ov** summa **C** *corr.* **V**² maecaenas **A** | *sibilans innuit] innuit **Ov**, insonuit *Gz; cf. Quint. 9, 3, 121* | 11 Latroni] *Gr;* patro **C** patri **V**²**Dv** | festinare Caesarem] *Mg;* fascinare cusarem (-re **VDv**) **Ov**, fatigari Caesarem *Gz*, *fort.* *fastidire Caesarem || finire **VD** | 12 putabat **v** malignitatem] *Mg;* malignam rem **Ov** | 13 *sibilo illum] nibilum **AB** nobilem **VDv**, illum *Mg*, *del. Novák*, sibilum *Lindner de M. Porcio Latrone 21*, *Kss*, nutum (*vel* nutu) illum *Bs*, sonitu illum *Gz* | ne] **C**; ut **V**²**Dv**, ut ⟨non⟩ *Mg* Caesar] a (a//, **V**) cesare **VDv**

notaret. tanta autem sub divo Augusto libertas fuit, ut praepotenti tunc M. Agrippae non defuerint qui ignobilitatem exprobrarent. Vipsanius Agrippa fuerat, *at* Vipsani nomen quasi argumentum paternae humilitatis sustulerat || et M. Agrippa dicebatur. cum defenderet reum, fuit accusator qui diceret: 'Agrippa Marce et quod in medio est' — volebat Vipsanium intellegi —; fuit qui diceret: 'concurrite! Agrippa, malum habebis, *nisi* responderitis *ad* ea, Marce alterque'. mihi videtur admiratione dignus divus Augustus, sub quo tantum licuit, sed horum non possum misereri, qui tanti putant caput potius quam dictum perdere. Latro dignus fuit miseratione, qui ne excusare quidem errorem suum potuit. nihil est autem crudelius quam sic offendere, ut magis sis offensurus, si satis feceris.

## V.

Torta a tyranno uxor, numquid de *viri* tyrannicidio sciret, perseveravit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. illam sterilitatis nomine dimisit intra quinquennium non parientem. ingrati actio est.

**CD*v*** 1 sub] ⟨marcus⟩ (mecenás **D**$^1$***τ***) sub **O*vτ*** libertate **D*v*** || 2 M.] marcus **AB** marco **V** | exprobarent **AB** | 3 fuerant **AB** at *add. Bs* 4 **M.** *om.* **A** | 5 reum] eum **T** *corr.* ***τ*** Agrippa Marce] *Lipsius;* agrippam **O*v*** 6 medio] *Lipsius;* medium **O*v*** uipsanum **D** | 7 *verba* fuit qui diceret *del. Kss; cf. v.* 5 habebis] **O*vτ***; habetis **T**, habebit *Gr* || nisi responderitis ad ea (ad ea *Bs*, vera (*Gz*), Marce] *Gz;* respondi (*om.* **A** respondis **V** respondes **D*v*** responde ***τ***) diis(d **B**)cam arce **O*vτ***, responde ad ea, Marce *Bs,* responde, ⟨si⟩ dis ⟨placet⟩, Marce *O. Ribbeck* Agrippa malum habebit, respondit Vipsanius. hac in parte *Gr* 8 alterque] *Gz;* uterque (*corr. ex* uterqi **B**) **C** utique **D*v*** 10 dictum] *Lipsius;* digitum **O*v*** | indignus (in *del.*) **B** 11 qui ne] quin **T** *corr.* ***τ*** nec **V**$^1$ sum **AB** 12 sic] si **AB** offendere (*post.* f *in ras.* **V**$^2$) **V** | ut *om.* **A** 13 si *om.* **AB**

**CD** 15 tyrannu **AB** viri *add.* **E** | tyrannicidio (*primum* i *corr. ex* o) **V** | 17 sterelitatis **A** | demisit **AB** quinenium **AB** quinennium **V**$^1$ | 18 parientem . ingrati actio est] parient (pariens **V**$^2$**D**) est ingratia actio est **O** parientem. agit illa ingrati . actio est ***τ***

PORCI LATRONIS. Si cum liberis torta esset, indicasset. 'escende', 1
inquit 'occide tyrannum; nisi occideris, indicabo'. subito iniecta manu satelles 'quid moraris?' inquit; 'iam exposita tormenta sunt.' bene est, inquit mulier, ad stuprum non vocor. | instabat cotidie viro uxor, exigebat tyrannicidium: 'tempus est; escende; si nihil aliud, ut liberos habeas: nisi tyrannicidae paritura non sum. miraris, si eo tempore *parere non potui, quo a tyranno torqueri* matrona potuit? escende, occide tyrannum; comes sequerer, nisi me inutilem dimisisset tyrannus. escende: ego iam feci tyrannicidium meum'. eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit
tyrannus. CESTI PII. Subito infelicis nuptias tyrannus oppressit. 2
trahebantur matronae, rapiebantur virgines; nihil tutum erat; nullae feliciores tunc videbantur quam quae liberos non habebant. quaedam itaque elisere conceptos, quaedam fecunditatem suam moratae sunt. quod ad hanc pertinet, agat sane Fortunae gratias, quod illo tempore nihil peperit. tyrannus suspicatus est nescio quid istum de tyrannicidio cogitare, sive isti aliquid ex-

**CD** 1 si cum] sicut **V**¹ esset, indicasset] *Bs;* est et incasset (incaset **V**¹ incase **V**² incasto **D**) **O** esset et in case (*superscr.* a *supra* e, *ut sit vel* casa *vel* casea) **T** || escendo inquidē **A** escende inquid **B** escendem quid est **V**¹ descende inquite (-uit **D**) **V**²**D** descendiquit **T** *verba* escende . . . indicabo *(v. 2) post* tempus est *(v. 5) transp. esse cens. Gz* 2 nisi occideres **AB** subito] *Bs;* subo **AB** sub **VDτ** || necta **Dτ** 3 moriaris **AB** 4 bene] unde **D** || non *om.* **O** *add.* **τ** || stabat **C** *corr.* **V**² || cottidie **BV** 5 exiebat **B** || est] et **AB** descende **V**²**D** || 6 ut *om.* **AB** || nisi tyrannicidae] *Herv;* in tyrannicide (-da **VD**) **O** || 7 mirari **AB** *verba* *parere . . . torqueri *add.* ⟨parere non potui, quo tyrannus torquere⟩ *Bs* | 8 atrona **AB**, matronam *Bs* | potuit] potuit ⟨dicere⟩ **VD** || tescendo **AB** ascende **V**²**D**¹ descende **D**² || tyrannium **AB** 9 dimississe **AB** || tyrannum **V**¹ descende **V**²**D** || fecit **V**¹ | 10 meum] nni **A** ea **AB** *prius* diduxit] **τ**; duxit (*corr. ex* dixit **B**) **C** dixit **D** | nun **B** 11 *cf. ad p. 162, 9* infelicis *bis scr.* **V**¹ *prius del.* **V**² | 12 trahebantur] **Eτ**; tre(terre **VD**)bantur **O** matrona **AB** rapiebantur] **Eτ**; et p̄(preme **VD**)bantur **O**. trahebantur *Bs (cf. Liv. 21, 13, 9)*, stuprabantur *Gz* . 13 nullae] **Eτ** *cod. Brugensis Schotti;* nulli (ulli *in ras.* **V**²) **O** quae] **Eτ** *cod. Brugensis Schotti;* qui **O** 14 faecunditatem **A** 15 *agat sane] ac sine **O** agit **D**, agit suae *vg*, agit sane *Schg*, agat sine *Bs*, agat suae *Konitzer, fort.* *agisne (. . .?) 16 temporē **B** suspiratus **AB** 17 nescit **AB** quid] qui *Bs*

cidit, sive magna consilia non bene voltus texit. utique de uxoris
garrulitate queri non potes, cum scias, quemadmodum taceat.
misit satellites: 'attrahite' inquit 'uxorem', 'et' adiecit 'si quos filios
3 habet'. veniunt in domum crudelissimi carnifices, in quorum vul-
tibus tormenta erant: iactatur misera inter satellitum manus et
toto itinere non ducitur, sed trahitur. hanc aliquis, *etiam*si torta
non sit, || mirabitur non peperisse, cum cogitaverit iste de tyran-
nicidio? audacter iam consilium indicamus, iam enim, puto, licet:
nupsit isti propter liberos, sed infelices nuptias cito tyrannus
oppressit; hoc publicum divortium fuit. rapitur in arcem mulier,
inter satellitum manus vexatur atque distrahitur. hanc aliquis,
etiamsi non torqueatur, non parere miretur? inposita in eculeum
saepius ad absentem virum respexit quam ad praesentem tyran-
num. quam multas matres audivi illo tempore: *ec*quid tam dolui
4 quae peperi? Arelli Fvsci. Explicatur crudelitatis adversus in-
felicem feminam adparatus et illa instrumenta virorum quoque
*animos* ipso visu frangentia ad excutiendam muliebris pectoris

**CD** 1 bene voltus] **E**; beni(bene **D**)uolis **O** | texit] *Kss;* exigunt **AB** exibuit **V**$^1$ exhibuit **V**$^2$**D** tegit **E**, *fort.* *texerunt | 2 carrulitatem **AB** | potest **E**, *fort. recte* | sciat **E**, *fort. recte* | 3 misit] misit ⟨itaque⟩ **VD** | 'attrahite' inquit] *Bs;* attracte quid **AB** adtractate inquit **VD**, ac 'trahite' inquit *Gz* | et] aet **AB** | 4 uenient **A** uinient **B** | 5 extant **D** | lactatur **B** | 6 traitur **B** hant **A** | etiamsi] *Schg;* si **O** | tota **A** | 7 cogitaverit iste] *Schg;* cogitur isti **O**, *post.* cogitur *rhetoris alicuius nomen intercidisse susp. Bs* | ⟨de⟩ consilio **D**$^1$ | iudicemus *corr.* **D**$^1$ | 9 *verba* nupsit ... divortium fuit *(v. 10) in § 2 post* Cesti Pii *transp. Gz; p. 161, 11 verba* subito ... oppressit *delenda esse cens. Gz, fort. recte* | 10 pupplicum **B** | diuortiuum **C** | rapit **V**$^1$ | in arcem] **V**$^2$**D**; martem **AB** in artem **V**$^1$ | 11 sateillitum **B** sate▨llitum (i *eras.*) **V** | etiam aliquis si **O** | 12 perere **A** | inposita] **E**; expositam **O** exposita **τ** | in *om.* **D** | aeculeum **CM** (*cf.* **E**) | 13 *prius* ad *om.* **VD** | apsentem **A** | *verba* uirum ... praesentem *bis scr.* **AB** *post.* ad *om.* **VD** | 14 *verba* quam multas ... peperi? *(v. 15) in § 2 ante* quod ad *transponenda esse cens. Gz* | audivi] *cf. Quint. 8, 5, 21* | ecquid tam] *Kss;* quidam **C** quidnam **Dτ** *(cf. Sander quaest. synt. 2),* ecquid *Studemund,* ⟨querentes⟩: quid mihi (volui) *Gz* | dolui] *Studemund;* uolui **O** | 15 quae] quom *Studemund* | explicatur] **E**; explicantur **O** | ⟨totus tyrannicae⟩ crudelitatis **E** | 16 illa] alia **V**$^2$**D** | instrumnta uiros **VD** | 17 animos *add.* **E** | ipso visu] **V**$^2$**E**; ipsos uisus **AB** ipso uisus **V** ipsos uisu **D** | fragentia **AB** | multiebris **C** *corr.* **V**$^2$

conscientiam proponuntur; instat ante denuntiationibus quam tormentis tyrannus et minando torquet: tacet. videt intentum tyranni vultum, videt oculos minaces: [et] tacet. plus tibi praestare non potuit, si de te liberos sustulisset. flagellis caeduntur artus, verberibus corpus abrumpitur exprimiturque *sanguis* ipsis vitalibus: tacet. res publica, an sit tibi ista datura liberos, nescio; tyrannicidam dedit. ita tu, mulier, non vis parere? delicata es, cruciatus puerperi times? fremebat indignatione captae civitatis maritus et consilio suo et uxoris adiutorio fortior: quomodo occidam tyrannum? quae pars accedenti maxime vacat? ubi custodiae cessant? ubi natura loci minore munimento virtutem non summovet? sic vir et uxor noctes exercebant: miraris, si transit quinquennium inter uxorem tortam et occupatum virum? saeviebat etiamnunc tyrannus; torquebantur in conspectu maritorum uxores; paenitebat matres fecunditatis suae. Hisponis Romani. In 5
quid desideras liberos? ut sint, quibus relinquas patrimonium? ingrate, ita tu hac salva heredem non habes? nullum tormenti genus omisit; omnia membra laniata, omnes artus convolsi sunt,

CD 1 instat ante] *Bs;* instante **AB** instate (e *del.* **V**²) tam **V** instat tam **D** 2 tyrannum **A** mirando **O** | ⟨et⟩ tacet *Otto fort.* incensum *Gz* | 3 uultum *bis scr.* **A**¹ *post. del.* **A**² et *del. Kss; cf. p. 166, 3* tibi] **τ**; sibi **O** | 4 si de] fide **A** | aptus **AB** | 5 exp̄miturque **AB**, exprimunturque *Kss* sanguis *add. Gz* | vitalibus ⟨liquor⟩ *Fb,* vitalibus ⟨cruor⟩ *Bs,* vitalibus ⟨cruores⟩ *Kss* | 6 tacet] *Schg;* et **AB** licet **VD** res publica] **E**; restat **C** (*sed* **V**² ta *et* t *del.* *[diversa ratione], ut supersit* res) restet **Dτ**, *om. Kss* exprimitur cruor i. v.: ⟨tacet .⟩ licet, tester; an . . . *Schg,* exprimunturque i. v. cruores: tacet . an . . . *Kss* | nestio **B** | tyrannicidam] **E**; tyrannicidium **O** 7 tu] *He;* fit **O**, si tu (. . . parere,) *Gz* 8 puerperae **VD** | fremat **V**¹ | maritus *om.* **V**¹ 9 tuo **AB** | *post.* et] ⟨fortis⟩ et *Gz* 10 qui **V**¹ occidenti **V**¹ 12 noctes] *Bs;* nonte **A**¹**B** nontem **A**² mente **V**¹ mentem **V**²**D**, noctem *Gz* | exercebant] *cf. Verg. Aen. 10, 808;* exigebant *Gz* | transiit *vg* | 13 et] **VDE**; *om.* **AB** | 14 etiamnon **A** | torquebatur **A**¹**B** | 15 uxoresm **B** | faecundidatis **V** romani▨ (s *eras.*) **V** | in quid] inquit **BVD** 16 desideras] *Gr;* desiderabas **O** quae **V**¹ | 17 ingratae **B** hac] **D**²**τ**; hanc **O** | herem **AB** | hab **B** 18 omnisit **AB** membra *om.* **B** | uimnes **A** imnes **B** | *artus] partes **O** *convolsi] conuolse **AB** uolsae **V**¹ conuolsae **V**²**D** conuulse **τ** | ⟨in⟩ omnes partes convolsa *O. Ribbeck,* omnes partes convolneratae *Gz*

scissum corpus flagellis, *igne* exustum, convulsum tormentis. ignoscetis puto mulierculae, si dixero: fessa est. Hispani Corneli. Cunctabatur ille nec ullis adhortationibus in tyrannicidium poterat inpelli. prorsus, cum uxorem vidisses, posses timenti ignoscere. adsidue tormenta variantur; accenduntur extincti ignes; tortor vocatur, sub quo mariti uxores prodiderant. pacisci me tecum puta: ut taceam, donas quinquennium? quid gloriaris, tamquam non facilius sit occidere tyrannum quam sustinere? duplici beneficio uxoris suae obligatus *est:* et quod non est occisus et quod occidit.
6 fastidit sterilem qui fecit. Ivni Gallionis. Instabat tyrannus: torque: illa pars etiam potest; subice ignes: in illa parte iam exaruit cruor; | seca, verbera, eculeo lancina, fac iam ne viro placeat matrix. Papiri Fabiani. Describam nunc ego cruciatus et miram corporis patientiam inter tyrannica tormenta saevientia: extincti sanguine refovebantur ignes; in hoc desinebatur torqueri aliquando, ut saepius posset. exquisita verbera, lamnae, eculeus, quidquid antiqua saevitia invenerat, quidquid et nova adiecerat — quid amplius dicam? *et* tyrannus torquebat et cum de tyran-

**CD** 1 scessum **A** igne *add.* **E** | nonuulsum **AB** || 2 fessa] **τ**; fassa **O**, lassa *Novák* | hisponis **O** | 3 concitabat **V**$^{1}$ concitabatur **V**$^{2}$**D** | illi (ill **B**) nec uullis **AB** | adorationibus **AV**$^{1}$ adortationibus **BV**$^{2}$ | in *om.* **A** | 4 prosus **B**$^{1}$ posse **AB** | 5 adsiduae **A** | uariuntur acceduntur **AB** extincto **A** extingi **V**$^{1}$ extinti **V**$^{2}$, extincti ⟨sanguine⟩ *Gz, fort. recte (cf. v. 15)* | 6 meriti **A** uxores] **Dτ** | uxorem **C** | 7 puta: ut] *Rom;* putauit **AB** putabit **VD** putabat *vel* putabam **τ**; taceam **B** ⟨tyrannicidio⟩ gloriaris **E** 8 duiplici **B** | benefitio **BV** | 9 obligatur (*corr. ex* &bligatur **V**) **VD** est *add. Schy* | *prius* quod] **D** *(Schott);* cur **C** *et sic corr.* **D**$^{1}$ obligatus est: quod *Bs* 10 torquae **V**$^{1}$ | 11 pars] pars ⟨illā⟩ (illā *del.*) **B** *fort.* ⟨uri⟩ potest *Gz* subici ⟨in⟩ ignes **VD** | partec **V**$^{1}$ | 12 *fort.* sicca verbera *Kss* | *eculeo] oculos **O**, aculeis *Gz, fort.* articulos *A. Köhler, fort.* *⟨admove⟩ eculeos, | faciem **T** fatiam **D** | 13 matrix *del.* **V**$^{2}$ meretrix **T** *corr.* **τ** | pabiani **AB** miram] *Otto;* miseram **O** 14 tyrannicorum tormentorum saevitiam *Schy* | 15 refouebant **V**$^{1}$ | in *om.* **O** *add.* **τ** *(Schy)* haec **D**$^{2}$ definibatur **AV**$^{1}$ desinibatur **B** 16 possit **V**$^{2}$ *fort.* exposita *Kss N. Beitr. 26* | uerbaera **V** | lamnae, eculeus] **E**; iam nec uleum **AB** iam eculeum (c *sup. v. add.* **V**$^{2}$) **VD** | 18 et *add.* **E** | et cum] *cf.* **E**

nicidio quaereret. o nos felices, quod nullis *ex*hausta puerperiis
fuit! tacuit ac silentio tyrannicidium fecit, certe tyrannicidam. con-
volsis laceratisque membris nec adhuc sufficientibus non dimissa
est ex arce, sed proiecta. quid est, quare uxorem dimiseris? 7
numquid premit censum onerosa sumptibus? at, ut saeculi mos
est, in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo
usque in publica damna privatis insanit. numquid gemmas et ex
alieno litore petitos lapillos et aurum vestemque nihil in matrona
tecturam concupivit? si talis esset, facile illam corrupisset tyran-
nus. expecta, potest parere; non respondet ad propositum nec ad
certam diem fecunditas; sui iuris rerum natura est nec ad leges
humanas conponitur: modo properat et vota praecurrit, modo lenta
est et demoratur. expecta, pariet. quid dicis? 'non potest fieri'?
quare? quod || torta est. imputat tibi, quod pudica est; imputat tibi,
quod torta est; imputat tibi, quod sterilis est. IVLI BASSI. Aiebat
tyrannus: ure, caede ventrem. ARGENTARI. Caede ventrem, ne
tyrannicidas pariat. TRIARI. Non ex formula natura respondet 8
nec ad praescriptum casus obsequitur; semper expectari fortuna
mavult quam regi. aliubi offenditur inprovisa segetum maturitas,

**CD** 1 exhausta] *Ml;* austa **AB** aucta **VDτ** acta **T** || puerperiis] **Dτ**; puerperis **AB** puerperii **V** || 2 fui **D** || tacuit] *Fb;* acuit **O** | ac] *Ml;* hanc **O** haec $D^2$ *(O. Jahn),* tunc *Fb,* hinc ⟨et⟩ *Gz* | tyrannicidium (u *corr. ex* o) silentio **VD** | tyrannidam **AB** || couolsis **B** || 4 quid est] quidem **A** || 5 premit censum] **E**; praemit ceus **AB** premittes **V** promittes **D** || onerosam **VD** || *at ut] et ut **O**, (sumptibus,) ut *Gz* || 6 in] **Eτ**; et **O**, ad *Bs,* in ⟨quo in⟩ *Gz* || fluente] **Eτ**; fluentem **O** || ambitio] **E**; ambiete **C** ambitae **D** || 7 usque in] **Eτ**; inque **C** in quae **D** || priuatus $V^2D$ | 8 littore **O**; *cf.* **E** | matronam **B** matronae $V^2D$ || 9 tectura $V^2$ | concupit **B** ⟨non⟩ concupiuit (non *del.* **T**) **VTD** 10 respondes **C** *corr.* $V^2$ || 11 certam] **E**; certum **O** | 12 properat] $V^2D$; propterad $AV^1$ proterad **B** || 13 et] *Vahlen;* modo **O**, *fort.* ⟨ad vota,⟩ modo *Bs* | ⟨modo⟩ pariet **D** || 14 pudica] *Thomas;* publica **C** publicata $V^2D$, alligata *Gr,* mutila *Gz* || *verba* imputat t. q. torta est *(v. 15) del. Gz* | tibi *om.* **C** *add.* $V^2D$ || 15 imputa **AB** sterelis **B** || 16 *priore loco* cede **C** | argentarii **B**, age *O. Gruppe* || *post. loco* cede **AB** | *verba* Argentari. Caede ventrem *del. Gz* || 17 tyrannicidasi (-diasi, *prius* i *del.*, **A**) **AB** || paria **C** *corr.* $V^2$ || triarii $V^2$ || 18 neque **D** fortuna (a *rad. corr. ex* ā) **V** || 19 alibiubi $V^1$ || offendit *Otto,* effunditur *Gz* || ostenditur . . . maturitate Schg

aliubi sera magno fenore moram redemit. licet lex dies finiat,
natura non recipit. aiebat tyrannus: indica; nulla tua culpa est:
*tacet.* caeditur: tacet; uritur: tacet. utrum putas mirandum esse,
tuum tyrannicidium an huius silentium? expectasse aliqua per
longum tempus maritum dicitur: quanta laus est servasse, cum
expectasse tanta sit? alia desiderio viri attonita in ardentem
rogum se misisse: haec non cum viro arsisset, quae pro viro
arsit? alia pro incolumitate mariti vicaria morte decidit: credi-
tisne hanc in tormentis oppressam? mortem amplius pro viro prae-
9 stitisset, si quid amplius exegisset tyrannus. MARCELLI. Si tamen
quid peccasset in partu, ignosci ei posset; nupserat enim isti
occupato. crudelior es etiam illo, quem occidisti, tyranno: ille
torsit, sed dimisit ad virum. ALBVCI SILI. Vicerat saevitiam pa-
tientia; deerat iam sanguis, supererat fides. aliquando proiecta
est; deserebatur distortis manibus, emotis articulis; nondum in
sua membra artus redierant. talem uxorem tortor dimisit ad par-
tum. ingratus vocabatur, quod in praemio nullam uxoris fecerat
mentionem. 'res tuas tibi habe'. inicere debuit manum et ipsum

CD 1 abaliube C *corr.* V$^2$, at aliubi *Bs; cf. Rebling observ. cr. 37* || *sera] *Ml;* seram O || fonere C || redimit *corr.* D$^1$ *(Ml)* || 2 non] nunc B || recepit AV$^1$ recipiat (a *del.*) B; *post hoc vocabulum ea in codicibus sequuntur, quae post* loquor *(p. 167, 4) leguntur* || *ante* aiebat *rhetoris nomen (fort. Blandi) intercidisse suspic. O. Gruppe* || indicat AB || 3 tacet *add. Konitzer, O. Ribbeck* || ceditur AB || tacet; uritur] *Schg;* tacetur itur C tacetur igitur V$^2$D || tacet. utrum] *Schg;* taceturum C utrum V$^2$ tacere tutum D || mirandum] $\tau$; mirantur O, ⟨magis⟩ mirandum *Ml, Otto,* ⟨potius⟩ mirandum *Gz; cf.* E || 6 expectasset O || aliam $\tau$ || desiderio viri] $\tau$; desiderium uiria (uirium T uiri D) OT || attonitam O || 7 arsisse AB mississe V || cum] con A || arsissetque AB arsisseque V$^1$ || 8 mcaria AB incaria V$^1$ || decidit] occidit *Ml* || creditisne] *Bs, Mg;* crediditne (-nec V) C credo V$^2$D || 9 morte *vg* || prestitisse V$^2$D *(vg)* || 10 anplius B || exegisset] *Bs, Mg;* elegisset O || Marcelli] TD; malcelli C || si tamen quid] *Bs;* qui tamen qui C si tamen V$^2$D || 11 petasset A || 13 torsit, sed] *Bs;* torsisset C torsit et V$^2$D || uiceras euicia (-tia V) C *corr.* V$^2$ || pacientiam A$^2$ || 14 supererat] *cod. Augustodunensis Schotti;* superat C superabat V$^2$D || 15 deferebatur T || nundum B || 16 redieritiserant C *corr.* V$^2$, redierant: isti *Gz* || talem *om.* D || 18 restituas V$^1$ || abe C habe V$^2$ || iniecere V$^1$ || ipsum te] *Bs;* ipsum et C ipsum V$^2$ ipsam D

te inter res suas trahere; nihil amplius patri debes quam uxori. mihi crede, maius fuit tyrannicidium pati quam facere.

Pars altera. Argentari. 'Ego tamen torta sum'. merito obiceres, nisi te vindicassem. Fvlvi Sparsi. Vobiscum, iudices, loquor; quid faciam? non agam gratias, quod *non* indicavit uxor? timeo, ne vobis ingrati iam *teneri videar; agam gratias? liberorum expers manebo . . .*

*DIVISIO. In tali controversia de prima quaestione nulli cum altero convenit.* * * *voluit in tali* controversia hanc reum facere primam, si materia patitur: 'non accepi *beneficium*' *aut* '*accepi* quidem, sed reddidi' aut 'accepi quidem, sed non potui reddere' aut isto novissime confugere: 'non, quisquis non reddidit beneficium, ingrati tenetur. animus aestimandus est non reddentis'. Pollio Asinivs aiebat numquam temptandam esse quaestionem primam, nisi manifesto obtineri posset, qua negamus nos beneficium accepisse; perit tota causa, nisi in hoc vicit. apparet enim ingratum esse qui ne fatetur quidem se accepisse beneficium.

CD 1 ras A ‖ 2 fuit ⟨tyrannum⟩ pati quam tyrannicidium facere *Gz; cf. p. 164, 8* 3 obieceres C *corr.* V² 4 te *om.* O *add.* Eτ uendicassem AB ‖ *verba* quid faciam . . . ingrati iam *(v. 6), quae in* O *post* recipit *(p. 166, 2) scripta extant, huc transposuit et emendavit supplementaque* (teneri . . . manebo *[v. 7]*) *addidit Vahlen* ‖ 5 *post.* non *add. Herv* ‖ indicauerit T ‖ uxori meo (meae V²D) ne uotis ingratiam O ‖ 8 *verba* *Divisio . . . tali *(v. 9) add., ut aliquo modo manifesta lacuna expleretur; cf. p. 59, 4. 67, 12;* ⟨Divisio. Latro dicebat quaestionem debere in omni huius generis⟩ *Gz* 9 hanc] *Kss;* haec O ‖ eum A *corr.* A¹ ‖ 10 primam] *Schg;* primum O ‖ *prius* accepi] Dτ; accipi C ‖ beneficium *add. Kss, qui post* beneficium *haec insuper inserenda esse censet:* ⟨. novi declamatores subtiliore uti solent divisione. aut 'accepi⟩ aut accepi *add. Bs;* ⟨deinde hanc: 'accepi'⟩ *Gz* 11 *prius* sed] *He, Bs;* et O ‖ 12 [aut] *Gz,* at *Schg* ‖ ista nouissima V²D confugere] *Bs;* non fugere AB non fagere V non facere Dτ ‖ istam novissimam (-ime *Kss*) facere *Schg, Kss* *prius* non] nam V² ‖ quisque V¹ ‖ benefiti V benefici T *corr.* τ ‖ 13 ingratus V²D 14 temptandam] *Ml, Mg;* tem(temp V)tandas O ‖ quaestionem] *Ml, Mg;* quae(que A)stiones O temptandas ⟨has⟩ esse quaestiones; primam *Schg* 15 nisi *om.* O *add.* τ (*sed ante* primam) ⟨nisi⟩ prima *Bs in ceteris verbis Schg secutus* ‖ obtineri] D *(Schg);* op(ob A)tinere C ‖ posse D ‖ benefitium V ‖ 16 *fort.* periit *Kss* ‖ inse A nise B vincit *Otto* ‖ 17 esse qui] D; sequi C se cui T ‖ benefitium V

11 GALLIO noster putat, quotiens possit, hoc auferendum adversario; quotiens non possit, concutiendum; quotiens ne hoc quidem possit, ita transeundum, quasi donemus et possimus quidem facere controversiam, sed nolimus. idem ATTICO DIONYSIO, Apollodori discipulo, placuit. hoc ille amplius: quotiens non potuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus, controversiam facere, de modo faciamus: non esse tam magnum, quam ille dicat, sicut in criminibus facimus; quotiens negare non possumus, esse quidem crimen illud
12 fatemur, sed leviore poena dignum, quam accusator arguat. LATRO in hac controversia non dubitabat facere primam quaestionem, an beneficium dederit. hoc in haec divisit: etiamsi scisti de tyrannicidio viri nec indicasti, non est beneficium scelus non facere; deinde ne scisti quidem; non enim tibi indicavi nec tam magnum consilium, virilibus quoque animis grave, commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit. *alteram fecit:* etiamsi dedit beneficium, an receperit. occidi tyrannum, libertatem tibi reddidi, ultionem plenissimam persecutus sum, nefarium hostem illic occidi, ubi torserat. dices me rei publicae causa fecisse: et tu rei publicae causa tacuisti. *tertiam: an ob id* tutus

CD 1 offerendum **AB** aufferendum *corr.* **B**[1] || 2 concutiendum] *Kss, Ml, Mg;* concupiendum **AB** concupiscendum **VD** || possit, ita] **T**; posita **C** possit **V**[2]**D** || 4 attiqoo **B** || Dionysio] *Weichert;* uipsania (-ni **D**) **O**, Vipsanio *vg; cf. Baumm de rhet. Graecis 19 seq.* || pollodori **C** || 5 non] ne **A** || poterimus *Kss* || 6 benefitium **V** || de] *Ml;* di **C** hoc **V**[2]**D**[1] tum **D**[2], id *Bs* || 7 ill **C** || dicat *om.* **B** || 8 facinus *Bs* || negare] **Dτ**; ne agere **C** || possimus **C** || illud] **Dτ**; illum **C** || 9 leuire **AV**[1] || qui accusatur **C** *corr.* **V**[2] || latroni hac **A** || 10 dubitat **A** || questionem **AV** || 11 benefitium **BV** || haec] hoc **D**[1] || etiam sciti **C** *corr.* **V**[1] || tyrannicidio] **Eτ** *(cf. § 18);* beneficio (-tio **V**) **O** ueneficio **D**[2], consilio *Schg* || *verba* de tyrannicidio viri *del. Mg* || 12 benefitium **V** || 13 scistis **AV**[1] scitis **B** || indicam **AB** || tam] cum **AB** meum **VD** || 14 uiribus **C** *corr.* **V**[1] || graue] quae **D**[1] || cartulitati qui **AB** || 15 *alteram fecit *add.;* ⟨alteram⟩ *Ml (Gz)* || 16 benefitium **V** || occidit **C** || tyrannu **V**[2] tyranni **T** || 17 ibi **C** *corr.* **V**[2] ⟨mihi⟩ tibi **D** || reddit **C** || fenfarium **AB** || 18 illi **AB** || 19 fecisset **A** || iu reip. **A** iure reip. **B** tu reip. i **V** || *tertiam *add.;* ⟨alteram quaestionem fecit:⟩ *Bs,* ⟨tertiam illam:⟩ *Gz* || an ob id *add. Bs*

sit, quod lege fecerit. deinde ultima aequitatis tracta||tio: an
quod fecit facere debuerit. hoc divisit in duo: an iam certam 13
sterilitatem uxoris tam bonae ferre debuerit; an ne sterilis quidem pro certo sit. novi declamatores post Moschum Apollodoreum, qui reus veneficii fuit et a Pollione Asinio defensus damnatus Massiliae docuit, et hanc quaestionem in hac controversia fecerunt: an inter viros et uxores data beneficia ingrati lege teneantur. non est beneficium, sed officium facere quod debeas: sic filius patri se dicat beneficium dare. hanc quaestionem *fecit* et Gallio noster. Blandus in ultima parte controversiae, qua de re publica disputatur, quaestionem fecit, an quinquennium numerari debeat excepta tyrannide. illud tempus non debet inputari quasi sterili, quo matres etiam editos partus abominatae sunt: illud tempus imputetur feminis, quo rei publicae pariunt, non illud, quo tyranno. huic subiecit, an, etiamsi aliis imputari tempus tyrannidis solet, huic non debeat. Latro ex suo more has non quae- 14
stiones putabat, sed membra illius ultimae partis ex aequitatis quaestione pendentis. an *ne* sterilis quidem *pro certo sit,* altius

CD 1 lege] D²ꝟ; longe O | 2 fecit] fecerit D | diuis AB || iam] etiam ꝟ || 3 sterelitatem A || uxori D || tam *om.* D | bene AB || facere D || steriles AB 4 certas AB || declamatoris A || pos BVD || Moschum] *He, Teuffel (cf. Paully Encycl. I 2, 1862);* noscum A moscum BVD; *cf. Bücheler mus. rhen. 25, 171* || Apollodoreum] *Bs;* apollodorum AB appollodoro VD; *cf. Porph. ad Hor. epist. 1, 5, 9* || 5 beneficii (-tii V) O || a Pollione] appollione V | defessus AB 6 questionem C || hac controversia] *Schg;* hanc controuersiam O || 7 fecerunt (u *corr. ex* it) V | iter BV¹ || benefitia AV || 8 benefitium BV || offitium V 9 sic] *Bs;* si O, ⟨ut⟩ si D² *et sic vel* ⟨qua⟩si *Otto* | benefitium V || questionem C || fecit *add.* D² | 10 controuersia V¹ || 11 questionem A | 12 excepta] *Rom;* expecta AB expectata VD, ex coepta *He; cf. p. 170, 15* || tyranni D¹ ⟨nece⟩ tyranni D²ꝟ || debet] *Bs;* deberi AB debere VD | 13 sterili] stes *corr. ex* ster B *om.* A || 14 imputetur] *Schg;* imputatur O || quo rei publicae] *Bs;* in re publica O | pariunt] pareunt AB ⟨quam⟩ pareunt V ⟨quando⟩ pariunt Dꝟ || illud] *Bs;* plus O, amplius *Schg,* tempus *Kss, del. Thomas* || 15 quo *om.* VD alis AB ⟨et⟩ aliis D || tyrannidis (*post.* i *corr. ex* e) V 16 solet] debet D¹ *(Schg)* || as AB || questiones C || 17 partes C *corr.* V² || 18 questione AB || ne *add. Schg* || *pro certo sit *add. Gz; cf. v. 4*

repetit: an, quaecumque quinquennio non peperit, sterilis sit. quid enim? si vir alicuius afuerit toto paene quinquennio peregrinatione, utri imputabitur? quid, si vir aegrota||verit? si hic maritus a tyranno tortus inutilis in concubitu suae uxoris iacuisset, *utri* imputari debuit quinquennium? quaeris, quare non pepererit? tyrannis erat; nemo non cum parentibus suis querebatur, quod natus esset. hoc *adice,* quod torta est haec, quod maritus occu-
15 patus tyrannicidio non vacavit in uxoris voluptates. Bvteo, aridus quidem declamator, sed prudens divisor controversiarum, contra Latronem sentiebat, Blando accedebat. aliud enim esse aiebat: 'quae intra quinquennium non peperit, non utique sterilis est'; aliud: 'quae intra quinquennium non peperit, non statim dimitti potest sterilitatis nomine'. hic quaeri de condicione iuris, illic de spe fecunditatis. sed Blandum quoque arguebat; aiebat enim *non* sic fuisse quaerendum, an tyrannidis tempus excipi deberet, deinde: [an] etiamsi non in aliis, an *in hac, tamquam* inter has

CD 1 repetiit *vg,* ⟨id enim⟩ repetiit: *Gz* || an] anon **A** añ **B** an non **VD**, non *Bs, Gz* || quinquennio (o *corr. ex* ū) **V** || sterilis *corr. ex* sterelis **B** || *sit] est **O** *(Bs, Gz)* || 2 poene **AV** pene **B** || peregrinatione] peregrinatio (*del.* **A**²) peregrinatione **AB**, ⟨in⟩ peregrinatione **D**² *(Gz)*, peregrinatus? peregrinationi *Bs* || 3 *utri imputabitur?] ui(ue **V**)rum putabitur **C** uiro imputabitur **Dτ**, viri imputabitur. *Bs*, uxori imputabitur? *Gz* || ⟨quid⟩ si hic **Dτ** || 4 tyranno] *Bs;* uiro **O** || 5 *utri imputari debuit] imputarit fuit **AB** imputaturus fuit **VD**, imputaret illi *Bs*, imputari potuit *He*, imputari licuit *Ml, Otto*, imputari par (*fort.* *⟨illi⟩ fas) fuit *Novák*, imputari debuit ⟨illi⟩ *Gz, fort.* *imputari ⟨illi⟩ debuit || quinquennium] *Kss, Ml;* quinquennio **O** || *pepererit] *Ml, Sander;* peperit **O**; *cf. Thomas sched. cr. 25* || 6 tyrannis] *Ml;* tyrannus **O** || quaerebatur **V** || 7 *hoc (= huc) adice] hic **O**, adice *Gz* || *haec] hic **O**, adice *Gz* || manritus **B** || 8 uocabit **AB** || uoluptatis **AB** || butio **C** || 9 prodens **C** *corr.* **V**² || divisor] **Dτ**; diuinior **C** *corr.* **V**² || 10 aiebat] iubeat **A** || 11 quae] **D**²; qui **O** || peperit] *Bs;* potuit **O** || 12 alius **B** || quae *om.* **AB** || 13 hinc **C** || querit **B** quaerit **V**²**D** || conditione **VD** || uiri **D**² || 14 enim non] *Otto;* enim **O** *(Gz)*, non *Gr* || 15 tuisse querendum **AB** || tyrannicidis **C** || debes **C** debet **τ**, *fort.* debeat *Ml* || 16 an *om. vg,* non: *Gz* || in aliis] malis **A** in alis **B** || in hac, tamquam *add. Thomas* || inter] in **AB** || hos **D**

gradus essent. ipse sic hanc partem *vel* quaestionem dividebat: an, quaecumque quinquennio non peperit, tamquam sterilis dimitti possit. *fac* accidere, quod Atheniensibus in bello accidit, ut liberi 16
et coniuges in aliquo tutiore loco deponantur: inputabitur hoc tempus feminis, quo viros non destituunt, sed non habent? si tyrannus non vetuisset istam parere, † quin inter. et cum hoc vehementer implevisset et probasset, non omnes posse dimitti, si quinquennio non peperissent, tunc illo ‖ transit: an haec posset; et hic etiamnunc non hoc quaerebat, an deberet dimitti, sed an posset, et hoc contra Latronem dicebat: quomodo istam quaestionem putas in aequitatis tractationem cadere, cum quid liceat quaeratur, non quid oporteat? hoc autem, an haec possit, per illa impleo: non potest, quia *in* tyrannide non *con*ceperat. aliquod tempus immune a legibus miseriae faciunt. non dico: *non peperit,* quia torta est — hoc adhuc praetereo et aequitatis tractationi reservo —, sed

**CD** 1 essent] *Thomas;* est sed **O** | *fort.* an in hac ⟨quinquennium excepta tyrannide nume⟩randum esset *Kss* aliis, an in hac gratificandum esset, sed ipse *Gz* ‖ sit **V** ‖ hanc partem] ⟨in⟩ hanc partem (*corr. ex* hac parte **V**) **VD**, ⟨in⟩ hac parte *Schg* | *vel *add.; cf.* 7, 8, 9 questionem **A**, ⟨in⟩ quaestiones *Gz, del. Konitzer* ‖ 3 possit *bis scr.* **VD** *fac *add.;* ⟨enim⟩ **D**, *fort.* ⟨potest, inquit,⟩ *Otto,* ⟨potest⟩ *Gz* ‖ in *om.* **C** *add.* **D** ‖ bello ⟨Persico⟩ *vel fort.* olim *Gz* ut] **V**$^2$**D**; et **C** 4 tutiores (s *del.*) **B** | 5 quod **C** ‖ destitunt **AB** ‖ si] sic **VD**, ⟨quid,⟩ si *Kss* ‖ 6 non *del. O. Ribbeck* (*Kss*) ‖ quin inter] **C**; quin interemisset **Dτ**, intra quinquennium *O. Ribbeck* | si tyrannus non vetuisset istam parere, inter quin⟨quennium peperisset⟩ *O. Gruppe,* si tyrannus noluisset istam parere, quin interiret *Gz, qui haec verba post* iacuisset *(p. 170, 4) inserenda esse censet* | *fort.* quin intra ⟨quinquennium parere potuerit, quis dubitet?⟩ *C. Schenkl* 8 reperisset **AB** ‖ illos **AB** | transiit *vg* ‖ an] at **ABV**$^2$**D** ad **V**$^1$ ‖ 9 querebant (n *del.* **A**$^1$) **AB** ‖ 10 possit **C** ‖ questionem **AB** ‖ 11 cum] **Dτ**; tum **C** | qui **V**$^1$ ‖ queratur **AV** ‖ 12 non] num **V** hoc] *Bs;* hic **O** | *autem] *Gz;* enim **C** illam **VD**$^2$ 13 potest] *Bs;* posset **C** possum **D** qui **C** | in *add. Bs* ‖ tyrannidem **VD** conceperat] *Bs;* ceperat **O** ‖ aliquid **AB** 14 non peperit *add. Gz* ‖ 15 hoc adhuc ... reservo] *He, Mg (1863);* et (sed **D**) hoc (uc **A** huc **B**) adhuc proter (propter **AVD**) hocet (*om.* **VD**) ae(e **B**)quitatis tractatione (-nem **VD**) reseruo (-uos **ABV**$^1$) **O** (istuc *pro* et hoc *coni. Gz*) sed quia] **τ** *(Gz);* sed ⟨perit (periit **D**$^2$ non peperit **D**$^1$) quia torta est⟩ quia **O**, sed ⟨non peperit⟩ qui *Herv,* sed ⟨non peperit⟩, quia *Schg*

quia tu maximae rei cogitatione occupatus nihil de liberis cogi-
17 tasti. PASSIENVS, vir eloquentissimus et temporis sui primus orator, hanc subtilitatem Buteonis non probabat: Latroni se adsentiri dicebat ideo, *quod istae* quaestiones per *se* tractandae [per se] essent, si haec mulier iniusti repudi ageret; nunc ingrati agit: ita non quaeritur, an legitime, sed an ingrate dimissa sit; itaque in aequitatis tractationem cadunt etiam quae iuris sunt. nam cum quaeratur, an non oportuerit hanc dimitti, etiamsi licuit, apparet, quam utique non oportuerit, si ne licuit quidem. ALBVCIVS itaque decentissime fecit — solebat enim fere in aliquas figuras declamationem discribere — et prius egit iniusti repudii, deinde ingrati: † inquit putat emet an ullum bene‖ficium, a quo tamquam iniqua est dimissa. hinc omnes quaestiones ad sterilitatem et aestimationem quinquenni pertinentis libere tractavit; deinde transit in ingrati accusationem.

18 CESTIVS pro viro *hunc* introduxit colorem: quo tempore uxor

**CD** 1 maxima **AVD** oiaxima **B** ‖ rei] in **D** ‖ occupas **AB** ‖ 2 pascienus **O** ‖ 3 Buteonis] *Ml;* actionis **O** *(vg, Lindner, Bs)* ‖ probabat ⟨et⟩ *Gz* ‖ Latroni se] *Ml, Kss;* in latrone sed **O**, in Buteone, sed *Lindner,* in Buteone, sed ⟨Latroni⟩ *Bs* ‖ 4 dicebat *corr. ex* debcebat **V** ‖ quod *add. Gz;* ⟨quia⟩ *Bs* ‖ istae *add. Thomas;* ⟨illae⟩ *Ml* ‖ questiones **O** ‖ *per se tractandae] *Ml;* pertractande **C** pertractandae **D** *(Thomas)* ‖ *fort.* per *del. et* tractandae per se *scr. est; hanc sententiam proposuerunt Novák, Gz* ‖ ideo, quia ista omnia semper tractanda *Kss* ‖ 5 iniusti] **τ**; iusti **O** ‖ repudii ageretur **VD** ‖ nunc] non **VD** ‖ ingratia **AVD**[1] *corr.* **A**[1]**D**[2] ingracia **B** ‖ agit *om.* **VD** ‖ 6 ita] *fort. del. esse censet Kss,* at hic *Schg* ‖ queritur **AB** ‖ legitime (*post.* e *corr. ex* o) **V** ‖ dimisa **B** ‖ utique *Schg* ‖ 7 tractatione **O** ‖ co(ca **B**)ndunt **AB**, *fort.* incidunt *Gz* ‖ 8 queratur anon (an **VD**) **O** ‖ oportuerit hanc] *Schg;* potuerant hanc **AB** potuerat hac (haec *corr. ex* hac **T**) **VT** potuerit haec **D** ‖ 9 albutius **AD** ‖ 10 fitaque **VD**[1] fitao **T** fitaci **D**[2] figuras **τ** ‖ 11 discribere] *Ml, Gz;* describere **O** ‖ repudit **AB** ‖ 12 inquibus putat esse an ullum **VD**, *fort.* *⟨quis⟩, inquit, putat dedisse eam illi . . .?, *fort.* ⟨non,⟩ inquit, putat semet habere ullum . . . *Novák,* ⟨ius,⟩ inquit, peto a te meum, nullum (beneficium, a quo tam sum inique dimissa) *Gz* ‖ benefitium **BV** ‖ 13 *iniqua est] iniquae (-que **AV**) **O** ‖ *fort.* *tam ⟨iniuste⟩ quam inique est ‖ hic *vg* ‖ questiones **A** ‖ *verba* ad . . . fecisse *(p. 173, 8) om.* **T** *add.* **τ** ‖ sterelitatem **A** ‖ 14 quinquennii continentes **Vτ** ‖ 15 transiit *vg* ‖ in *om.* **AB** actionem **τ** ‖ 16 ⟨simplicem⟩ pro *Kss* pro iure **τ** ‖ hunc *add. Gz* ‖ quo] **Eτ**; co **C** eo **D**

torta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam; postea cogitavi et haec ipsa mihi causa cogitandi fuit uxoris ultio. utrumque *con*secutus est, ut *et* illa marito silentium imputare non posset et maritus imputare illi tyrannicidium posset. Latro dixit se iam tunc de tyrannicidio cogitasse, sed uxori non indicasse. Fabianvs philosophus colorem *non* magis bono viro convenientem introduxit quam oratori callido. dixit enim et cogitasse *se* tyrannicidium et uxori indicasse et illam tum quidem fecisse quod probam feminam facere oportuit, nunc peccare, quod putet beneficium esse recte facere. hic color illi et in illa parte profuit: si beneficium putas te dedisse, quod tyrannicidium non prodidisti, ego prior dedi, qui tibi tyrannicidium credidi. repudium excuso quoivis liberorum cupiditate, quo semper uti tamquam civis debui, sed postea magis tamquam tyrannicida. L. Vinicivs, *L.* Vinici pater, Fabiani co- 19
lorem valde probabat et aiebat onerari ¦ uxorem uno modo posse, si nihil umquam secretum ab illa maritus habuisset. si dixerit,

CD 1 torta *om.* B cogitavi] DE; cogitante (-tem Vτ) Cτ 2 ipsa mihi causa] E; ipsam causam Cτ ipsa causa A$^{2}$V$^{2}$D ultio] Eτ; uitio (-cio AD) O *consecutus] secutus O, *fort.* exsecutus *Kss*, *fort.* persecutus *Ml*, assecutus *Otto* ¦ 3 ⟨et⟩ ut *Gz* ¦ *et *add.* illa] VDτ; illam AB silentium] *Gr;* in(ini V)solentiam Oτ imputare] Dτ; im(in V)putaret C *corr.* V$^{2}$ *et] ut AB ita VDτ, ⟨et⟩ ut (*om. antea* et) *Kss*, ⟨et⟩ ut *Gz* *fort. utrumque* ⟨et⟩, *quod ipse addiderat, omittendum esse cens. Gz* 4 imputare] VDτ; imputaret AB se iam] *Bs;* si iam O ita τ ¦ 5 tum D cogitassem VD sed *om.* VD ut τ indicasse] *Bs;* indicassem Oτ 6 filosofus B *non *add.* 7 quam] D$^{2}$; *om.* Oτ *(Gz)* ¦ oratorem C oratore V$^{2}$τ, moratori *Schg.* oratori ⟨aeque⟩ *Gz* *prius* et *om.* τ se *add. Bs* 8 uxor C *corr.* V$^{2}$τ tunc τ 9 benefitium V 10 profuit] *Bs;* profuisse C profuisset D benefitium BV 11 quod] et O *del.* D$^{1}$, *fort.* *quae prodisti B prodidisse D 12 excuso quoivis] *Thomas;* ex tuo quo ius O, dixit extorqueri sibi *Gz*, esse tamquam ius *He* ¦ 13 cupiditatem O quos AB, qua *Gz* ¦ repudium excusavit *(sic Gr)* liberorum cupiditate, quos semper cupere tamquam maritus *(sic O. Jahn)* debuisset *Bs* civis] *Kss;* eius C uir eius Dτ, maritus *O. Jahn* ¦ debui, sed] *Thomas;* debuisset O *(Gz)* ¦ 14 tyrannicidia AB ¦ L. Vinici pater] *Nipperdey ad Tac. ann. 3, 11;* uinci fater A uinici ficem B uinici (-cii D) frater VD, *fort. nihil nisi* pater *Nipperdey l. l.* ¦ 15 honerari C posse] Dτ; posset C ¦ 16 nihil uacum (-cuum VD) decretum O nihil iam tum secretum D$^{2}$

inquit, post tormenta se de tyrannicidio cogitasse, tum tyrannicidium uxori debebimus. melius de viro meruit, si torta tyrannicidam fecit, quam si tacuit, et apparet ei aliquid de tyrannicidio cogitatum, de quo tyrannus usque eo suspicatus est, ut torqueret. *si* dixerit cogitasse quidem se de tyrannicidio ante tormenta, sed uxori non indicasse, augebit uxoris beneficium. liberius enim potuit tyrannicidium indicare, quod illi commissum non erat; potuit enim uxor etiam non indicante marito tam magni consili molitionem deprehendere. at si hunc colorem Fabiani sequor, multa efficiam. si olim de tyrannicidio cogitavi, honestior sum vetus tyrannicida et non privatis, sed publicis malis ad ultionem inpulsus. si cum cogitarem non celavi uxorem, facilius persuadebo malum me hodie maritum non esse, cui semper tam deditus fui. ad ultimum hoc consequar, quod, si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed fides. hic est L. Vinicius, quo nemo civis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium: *quid*quid longa cogitatio alii praestatura erat, *illi* prima intentio animi dabat; ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere videretur. de hoc eleganter dixit divus Augustus: L. Vinicius ingenium in numerato habet. HISPO ROMANIVS maligne et accusatorie 'nihil'

**CD** 1 post] p; **B** ‖ se de] **Dτ**; se det **AV**¹ se **T** 2 debebimus] *Ml;* debemus **AB** *om.* **VD** ‖ de viro] *Bs;* deberi **O** ‖ 3 fecit *corr. ex* facit **D** ‖ si *om.* **V**¹ ‖ tacuit, et] *Bs;* tacuisset **O**, tacuit, sed *He, Ml* ‖ ei] *O. Jahn;* et **O** aliud **V**¹ ‖ tirannicidi **AB** 4 ⟨quoque⟩ usque **D** ‖ *fort.* ut ⟨uxorem eius⟩ *Gz* 5 si *add. Schg* ‖ det **AV** ‖ 6 uxoris] uxori **AB** ‖ benefitium **V** ‖ 7 potuitit **A** potuitin **B** potuitait *corr. ex* potuitat **V**, potuit ait **D**, potuit ita *Schg*, potuit, inquit, *Bs* ‖ illa **V**¹ ‖ 8 enim] *fort.* autem *Gz* ‖ indicantem **AB** ‖ 10 multa officiae **AB** multam (mulctam **D**¹ multa **V**²**D**²) effitiam si **VD** ‖ cogitauit **AB** 11 publicis *om.* **AB** ‖ 13 cui] cum **O** ‖ 14 deditus] **D**²**τ**; debitus **O** ‖ fuit **AB** hoc] huius **AV**¹ ‖ 15 non] non ⟨de⟩ **AB** ‖ benefitium **V** ‖ quo] que **AB** 16 causas **AB** ‖ 17 quidquid] **E**; quid **AB** quod **VDτ** quo **T** ‖ alii] *A. Köhler;* illi **OE**, ulli *Schg* ‖ praestatura erat] **E**; prestatur erat **AB** praestiterat **VD** ‖ illi *add. Schg* ‖ 19 commemdationem **B** ‖ uideretur *corr. ex* uidebatur **B** ‖ 20 aug **A** au **B** aug̃ **V** ‖ L.] **Eτ**; . i . **C** unus **D** ‖ 21 in numerato] *cf. Quint. 6, 3, 111* ‖ romanus **D** ‖ accusatore **AB**; *cf. Tac. ann. 1, 74*

inquit 'ego isti narraveram; ista, ut erat necesse, aliquid ex vultu, aliquid ex nocturnis vigiliis suspicata est. unde emanaverit sermo, scietis; videtis, quo veniat tyrannus: non ad amicum meum, non ad servum, sed ad istam, quae nihil negoti habuisset, si tacuisset. tua etiam causa tacuisti: sciebas te perituram, si confessa esses tyrannicidium'. HYBREAS dixit: ἀνάξαις οὖν ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπιών, καὶ εἰ εὐτολμεῖς, νῦν λαβὲ τὸ ξίφος.

## VI.

Quidam luxuriante filio luxuriari coepit. filius accusat patrem dementiae.

PORCI LATRONIS. Vtriusque tamen conparetur luxuria. tu con- 1
sumis patrimonium patris tui, ego accusatoris mei. naviga, milita, peregrinare, quaere adulescens, senex utere. accusator meus diversos et inter se contrarios adfectus habet: cupit reum damnari, crimen absolvi. CESTI PII. Potest nobis convenire; similes sumus. puta te patrem: dic, quid me velis facere: si tum bona fide frugi es, et hoc imitor. te ego imitor, an tu me? rogo vos: uter prior coepit? 'luxuriaris' inquit. patrimonium con putemus. 'sed tu senex es' inquit. hoc dicis: luxuria tua serius coepit, citius desinet. ARELLI 2

CD 1 vultu] sumptu (*corr. ex* sumta B) O sopno (*i. e.* somno) τ, *fort.* suspiritu *Kss* ‖ 2 uigilis AB ‖ ⟨si,⟩ unde *Gz* | emanaverit] $D^2$τ; emendauerit O 3 scientis O, sentietis *O. Ribbeck* | , videte *Gz* uenia AB ad *om.* AB | 4 *prius* ad *om.* AB | addistam $AV^1$ | 5 tu AB ‖ etiam] *Schg;* enim O | tacuistis (*post.* s *del.*) V | cibas AB | 6 essem AB hibreas A *Graeca emendavit Bs* ANATTAIC (ἀνάστηθι *Gz, fort.* *ἀνάβαιν') OYU(-N V) Eππ(ETIΠ A)HN AKPAM ETNωN KAI EI C | 7 εὐτολμεῖς] *Gz;* EY(EYM V, *sed* M *del.* $V^1$) TOYMEIC C, ἐπιθυμεῖς *Bs* ‖ NYN AABE TO ZKΦOC C ‖ 9 luxuriari] luxuria AB luxuriare D | cepit A 11 tamen] *fort.* iam *Kss, fort.* tandem *Gz, fort.* *tantum conpararetur C | 13 quaere] $D^2$τ; quare O | utere senex VD | diuersos *om.* $V^1$ 14 adfectur A ‖ hab AB ‖ 16 te] re $V^1$ | patre A me *om.* $AV^1$ tum] *He;* tam O, iam *Schg* | frug AB 17 uos *om.* $V^1$ uter] *Bs;* super A sup B ego VD | prios AB | 18 coepit?] coepi ⟨tu posterior⟩ VD ‖ 19 es *om.* D dicis] E; dixit O | cuius B

Fvsci patris. 'Sed tu' inquit 'senex es'. unde scis te non futurum luxuriosum senem? omnia a te vitia: quod unguento coma madet, tuum est; quod laxior usque in pedes demittitur toga, tuum est. quid est aliud, quod non a te senes discant? quid porro? domus nostra luxuriosos duos non capit? indulgentius te abdicare non potui. ecquid mihi licet seniles annos meliore vita reficere? hoc novissimum meum meritum est et quod tibi pro *ma*ximo imputo: pro te etiam luxuriosus factus sum. Fabiani. Noli pecuniam concupiscere. quid tibi dicam: haec est, quae auget discordiam urbis et terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus cognatum natura in fraudes et scelera et mutuum odium instigat, haec est, quae senes corrumpit? quidam summum bonum dixerunt voluptatem et omnia ad corpus rettulerunt. nihil est mihi opus praecipientibus: habeo exemplum, proposui quidquid tu feceris facere; navigabo si navigaris, militabo si militaris: dic hodie, quid putes melius. sed illud excipio: non obicies quod elegeris. Blandi. Obicit luxuriam; poteram ei hoc dicere: adulescens, frugaliter vixi, quam-

Extra. Ovidius Naso apud Arellium Fuscum magistrum suum hanc controversiam declamavit; nam Latronis admirator erat. Latro in praefatione quadam dixit: non vides, ut immota fax torpeat et ignes exagitata restituat? mollit viros otium, ferrum situ rubiginem ducit. Naso dixit:

vidi ego iactatas mota face crescere flammas
et rursus nullo concutiente mori.

hic autem dixit: quidquid laboris est, in hoc est, ut uxori virum et uxorem viro diligere concedas. necesse est deinde, ut iurare permittas, si amare permiseris. eiusdem: pauca nosti, pater, crimina: et litigavimus aliquando et cecidimus et, quod fortasse non putas, peieravimus. rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres versus, invicem petivit, ut tres exciperet, in quos nihil illis liceret. scripserant illi quos tolli vellent secreto, hic quos tutos esse vellet: in utrisque codicillis idem versus erant, ex quibus

**MP** 1 a//sidue **M**[1] assidue **M**[3]**P** ‖ contemptiones **P** ‖ 2 certontium **P** ‖ excitus **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ esse solet **P**$\beta\nu$ solent esse $\alpha$ ‖ iurauimus (us *in ras. scr.* **M**[3]) **M** hic animus *om.* **M**[1] *in marg. add.* **M**[3] ‖ 3 iuramentum **P** ‖ non] no **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ ducerentur **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ 4 deuiderentur **M** ‖ 5 urum **P** 7 uere **M** et iere **P** 9 uinius *(om. litt. initiali)* **P** ‖ 10 hanc ⟨on⟩ controuersiam **P** 11 prefacione **M** 12 uiro socium **M**[1] uiros ocium **M**[3] ‖ 13 situ// rubignem (ru *in ras.* **M**[2]) **M** | 14 motas faces **P** ‖ 19 litigauimus *corr. ex* ligatiuimus **P** 20 perieramus **O** ‖ *sup.* rogatus *scr.* extra **M**[3] ‖ 21 uersos **M**[1] *corr.* **M**[2] exciperet] $\beta\nu$; exciperent **MP**$\alpha$ ‖ 22 tolli *corr. ex* tulli **M** ‖ 23 utri//sque (u *eras.*) **M** quodicillis **M**[1] quodicellis **M**[3] codicellis **P** | uersus (*sup. post.* u *virgula scripta est,* = uer) **P**

primum fuisse narrabat Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuerat:

semibovemque virum semivirumque bovem;

secundum:

et gelidum Borean egelidumque Notum.

ex quo apparet summi ingenii viro non iudicium defuisse ad conpescendam licentiam carminum suo||rum, sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naevus esset.

## III.

### RAPTOR PATREM NON EXORANS.

Raptor, nisi et suum et raptae patrem intra diem tricesimum exoraverit, pereat.

*Raptor* raptae patrem exoravit, suum non exorat. reum facit dementiae.

Quid contremescis, senectus? quid, lingua, trepidas? quid obtorpuistis, oculi? nondum est tricesimus dies. ne tristiore quidem vultu expugnatam filiae pudicitiam tulit. nimis cito exoratus est. ne omnia vitia ab adulescentia repetam, virginem rapuit, patrem accusat: haec intra triginta dies. putas me accusatori promissurum

**MP** 1 narrabat'/// (t' *in ras.* **M**$^{3}$; *veri simile est* **M**$^{1}$ *scripsisse* narrabant) **M** narrabant **P** ablbinouanus **P** poedo **M**$^{1}$ paedo **M**$^{2}$ || 5 et *om.* **M** | gelidum borea *om.* **M**$^{1}$ *add.* **M**$^{2}$ gelidum boream **M**$^{3}$ gelidum oseam **P** | egelidumque] gelidum (*ante* gelidum **M**$^{2}$ *aliquid [fort.* nt*] scr., quod* **M**$^{3}$ *crassa linea del.)* **MP**$\alpha\nu$ egelidum $\beta$ | Notum] nomen (*sed sup.* nom *aliquid eras. in* **M**) **M**$\alpha\beta\nu$ nomem **P**; *cf. p. 136, 16* | 6 concupiscendam **P** || 8 nouus **M**$^{1}$ neuus **M**$^{3}$**P** || 11 tricessimum **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ || 12 exurauerit **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ exorauit **P** || 13 raptor *om.* **O** *add.* **M**$^{3}$ 14 reum] beñ **P** | 15 quidemtremescis **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ quid tremiscis **P** quid contremiscis $\alpha\beta\nu$ senectus?] *cf. p. 137, 7* || *tertium* quid] qui **P** 16 optorpuisti s///oculi (t *vel* i *eras.*) **M** obtorpuistis oculis **P** | tricessimus **M** nec **P** 17 uultu (uu *in ras. scr.* **M**$^{3}$) **M** | puditiciam **M** 18 adolescentia **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ 19 haec] $\beta$; hoc **O** | putat non accusatori **P**

quod filio negavi? miraris dubitare patrem? lex ipsa inter mortem et nuptias dubia est. semper sibi licere omnia credidit, nihil me umquam rogavit. ignovit, inquit. ita aliquis ante me rogatus est? demens sum, vides, nimirum turpiter vivo, legem ignoro, dies tuos non numero. demens, inquit, es. potest aliquis ignoscere sic roganti? deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis. me miserum, quam paene promisi! o me miserum, quod tantum triginta diebus irasci possum! quid miraris, si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare quam crimen. procede in medium, senex, cuius misericordia crudelis sum. iam, inquit, angustum tempus est: et tibi vacat accusare? sic aliquis exorat? sic deprecatur? apparet nunc te primum rogare. quid enim tamquam demens egi? non sum exoratus. nondum transiit tempus, etiamnunc exorari possum. quam inicum est nondum esse me nocentem et iam reum!

Pars altera. Me miserum, pater! irae tuae detractum est nihil, tempori multum. infelicior sum, quam si neutrum exorassem. si servaturus es filium, iam tempus fuit, si occisurus, iam tempus est. prior rogatus est qui magis timebatur.

## IIII.

### NEPOS EX MERETRICE SVSCEPTVS.

Abdicavit quidam filium; abdicatus se contulit ad meretricem et ex ea sustulit filium. aeger ad patrem

**MP** 1 negaui▨ (t *eras.*) **M** | *verba* miraris . . . rogavit *(v. 3) om.* **M**$^{1}$**P** (*habent* **αβν**), *in marg. scr.* **M**$^{2}$ (*vocabulorum* semper, credidit, umquam *posteriores syllabae* [per, didit, quam] *recisae sunt et a* **M**$^{3}$ *renovatae); haec verba post* rogatus est *(v. 3) transponenda esse cens. Kss* | ante me rogatus] **M**$^{1}$**αν**; aut ⟨tam⟩ temere rogatus **M**$^{3}$**P** ante me aliquis rogatus **β** | 5 non] num **P** | inquis **ν** *(vg)* 8 possim **P** miraris] **M**$^{1}$**αβν**; mirum **M**$^{3}$**P** || 9 dare **P** 10 crudelis sum] **P**$^{2}$**αν**; crudelissimum **M**$^{1}$ *rad. corr.* **M**$^{2}$ credulus sum **P**$^{1}$ sum crudelis **β** 14 iniquum **M**$^{3}$**P** 16 est] ē▨ **M** || 17 infelitior **M** || se neutrum **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ | exorassem *corr. ex* exorarem **P** 18 occisurus *corr. ex* occisorus **M** ian **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ || 19 timeba▨tur (n eras.) **M**

misit: cum venisset, commendavit ei filium et decessit. pater post mortem illius in adoptionem recepit nepotem. accusatur ab altero filio dementiae.

Dementia in me novi generis arguitur: sanus eram, si non agnoscerem meos. expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret: nemo audebat propinquorum fratre cessante. deficientis spiritus in adventum meum sustinebatur. intravi; iam cadentes oculos ad meum nomen erexit fugientemque animam retinuit. in sinu meo et filium et animam deposuit. nuntiatum est mihi in ultimis esse filium, nec hoc a fratre.

Pars altera. Pater istius incertus est; bene cum isto ageretur, si et mater. incidit in meretricem inter cetera mala et fecundam. mulier, nescio ‖ adversus patrem iniuriosior, quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti. adoptavit eius filium, propter quam eiecerat suum.

## V.

### TORTA A TYRANNO PRO MARITO.

Torta a tyranno uxor, numquid de viri tyrannicidio sciret, perseveravit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. intra quinquennium non parientem sterilitatis nomine dimisit. agit illa ingrati.

Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. trahebantur matronae, rapiebantur virgines, nullae tunc videbantur feliciores quam quae liberos non habebant. suspicatus est hunc tyrannus de tyrannicidio cogitare, sive isti aliquid excidit, sive non bene tegit vultus magna consilia; tamen de uxoris garru-

**MP** 1 cum *corr. ex* com **M**[1] | 5 pro] quod **P** | 6 dificientis **M**[1] *corr.* **M**[2] | 8 derexit **P** ‖ fugientemqu⫽e (a *eras.*) **M** | 9 et filium] consilium **P** ‖ 11 est *om.* **M**[1]**P** *add.* **M**[2]*αβν* | 12 ⫽ si (& *eras.*) **M** | mala] **S***αβν*; malam **MP** ‖ 13 nescio, ⟨an⟩ *Kss, fort.* *nescio, ⟨an sis⟩; *cf. p. 154, 10* | heredem illi **P** | 14 an] ante **P** ‖ 17 tiranno **M** | 18 torto (?) **M**[1] *corr.* **M**[3] | 19 eius (i *in ras.* **M**[3]) **M** ‖ 22 tiranni⫽⫽cidium (di *eras.*) **M** | 24 faciliores **P** | 26 tegit] *fort.* texit *Kss* | uultus⫽ **M** ‖ tam⫽en (a *eras.*) **M**

litate queri non potest, cum sciat, quemadmodum taceat. inposita in eculeum saepius ad absentem virum respexit quam ad praesentem tyrannum. explicatur totus adversus infelicem feminam tyrannicae crudelitatis apparatus et illa instrumenta virorum quoque animos ipso visu frangentia ad excutiendam muliebris pectoris scientiam proponuntur, verberibus corpus abrumpitur. nescio, res publica, an tibi ista mulier datura sit liberos; tyrannicidam dedit. miraris, si transiit quinquennium inter uxorem tortam et occupatum virum? scissum corpus flagellis, igne adustum tormentisque convulsum. ignoscetis puto mulieri, si dixero: fessa est. quid tyrannicidio gloriaris? facilius est tyrannum occidere quam sustinere. verbera, laminae, eculeus, quidquid antiqua saevitia invenerat, quidquid adiecerat nova — quid amplius dicam? et tyrannus torquebat et cum de tyrannicidio quaereret. num premit censum onerosa sumptibus et, ut saeculi mos est, in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo usque in publica damna privatis insanit? numquid gemmas et ex alieno litore petitos lapillos? expecta, potest parere; non respondet ad certam diem fecunditas; sui iuris rerum natura est. utrum putas tuum esse mirandum tyrannicidium an huius silentium?

Pars altera. 'Ego torta sum'. merito obiceres, nisi te vindicassem. etiamsi scisti de tyrannicidio viri nec indicasti, non est

**MP** 1 potest] post *(comp.)* **P** ¦ 2 aeculeum **M** ‖ *prius* ad *om.* **P** ‖ ab▨sentem (s *eras.*) **M** ‖ 3 feminnam infelicem **P** ‖ 4 tyrannicae crudelitatis] **S**$\alpha\beta\nu$; tyrannice (?) credulitatis **M**[1] ty(ti **P**)rannide crudelitatis (ide crude *in ras.* **M**[3]) **M**[3]**P** ‖ 5 ipsos **P** ¦ uisu▨ (s *eras.*) **M** uisus **P** ¦ peccoris **P** ¦ 6 nescio res . p̄ . (ɔ re *in ras.* **M**[3]) **M** 8 transūt **P** ¦ 10 convulsum] $\alpha\nu$; cumuulsum **M** conualsum **P** conclussum $\beta$ ignoscentis **P** ‖ 11 quid tyrannicidio (d t *in ras. scr. et* y *corr. ex* i **M**[3]) **M** ¦ 13 quid amplius dicam *in ras.* **M**[3]; **M**[1] *videtur scripsisse* quid amplius ¦ 14 et] ▨ (& *eras.*) **M** *om.* **P** ‖ *verba* num . . . sumptibus *(v. 15) erasa in* **M**; *dispicitur ea iam a* **M**[1] *punctis deleta et in fine* onera su . . tibus *a* **M**[1] *scripta fuisse* ¦ num] non **P** ‖ 15 onerosa] $\nu$; onera **MP** honera (h *del.*) $\alpha$ honerosa $\beta$ ‖ et] *cf. p. 165, 5* ‖ mons **M** ‖ 16 muliebris (e *in ras.* **M**[3]) **M** ‖ 17 littore **P** ‖ 18 expec̄ta **P** ¦ 20 ▨ an (h *eras. itemque sup.* n *aliquid rad. del.*) **M** ‖ 21 vindicassem] 'uel uendicassem' *add.* **M**[3] ¦ 22 uiri *om.* **P**

beneficium scelus non facere; deinde nec scisti; non enim tibi indicavi nec tam magnum consilium, virilibus quoque animis grave, commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit. quo tempore uxor torta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam; postea cogitavi et haec ipsa mihi cogitandi causa fuit uxoris ultio. si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed fides.

Extra. L. Vinicius, quo nemo civis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium: quidquid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi dabat; ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere videretur. de hoc eleganter dixit divus Augustus: L. Vinicius ingenium in numerato habet. ||

## VI.

### PATER ET FILIVS LVXVRIOSI.

Quidam luxuriante filio luxuriari coepit. accusatur a filio dementiae. contradicit.

Accusator meus inter se contrarios adfectus habet: cupit reum damnari, crimen absolvi. 'sed tu senex' inquit; hoc dicis: luxuria tua serius coepit, citius desinet. quidam summum bonum dixerunt voluptatem. nihil est mihi opus praecipientibus: habeo

**MP** 1 scisti *corr. ex* fecisti **P** || 2 magnam **P** || uiribus **M**[1] *corr.* **M**[2] || 3 garrulitati muliebri **P** || 4 noscit **P** || 5 ///cogitabam (cogi *ante* cogitabam *eras.*) **M** || cogitandi *corr. ex* cogitanti **M** || cogitandi michi fuit causa **P** || 8 L.] lucius **M**[3] ductus **P** || Vinicius] muctus **P** || ciuis . r . **M** || 9 quicquid **MP** || illi] *cf. p. 174, 17* || 10 prestatira **M**[1] prestatura **M**[2] || ani nudabat **P** || 12 eligauter **M**[1] *corr.* **M**[2] || agustus **M** || 13 l. unicius (*ante* u *unus ductus videtur evanuisse, ut fuisse credas* uinicius) **M** lunicus **P** iunicius *α* uinutius *β* uinicius *ν* ingenuum **M** || 16 luxuriari (ri *corr. ex* m) **P** || accusatus (?) **M**[1] accusatur (r *in ras.*) **M**[3] || 17 dimentiae **M**[1] *corr.* **M**[2] || 18 inter] **M**[1]; intra **M**[3]**P***αβν* || 19 rem **P** || crimen *rad. corr. ex* crimem **M** || senex] senex ⟨es⟩ *Bs; cf. p. 176, 1* || 20 citius] *αβν*; *cicius* **M** cecius **P** || 21 est *om.* **P** || abeo **M**[1] *corr.* **M**[3]

exemplum. ostendi tibi luxuriam, quam in te non videbas. ebrietatem patri obicis ebrius.

Pars altera. Adulescens luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit. nemo vitia quia odit imitatur. quis imperator ob hoc ipse de proelio fugit, ut bene pugnaret exercitus? non coercet vitia qui provocat. meam quoque luxuriam patri imputabo. non sub severa fui disciplina, non sub bene institutae domus lege, quae posset adulescentis formare mores et a vitiis aetatis abducere. quodammodo ad luxuriam a patre praemissus sum. madent unguento cani et comissator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus videtur.

## VII.

### PEREGRINVS NEGOTIATOR.

Quidam, cum haberet formosam uxorem, peregre profectus est. in viciniam mulieris peregrinus mercator migravit; ter illam appellavit de stupro adiectis pretiis; negavit illa. decessit negotiator, testamento heredem omnibus bonis reliquit formosam et adiecit elogium: 'quia pudicam conperi'. adiit hereditatem. redit maritus, accusat adulterii ex suspicione. contradicit.

Seram querellam detuli: non accuso adulteram nisi divitem factam. post tantos inpudicitiae quaestus si tacere possum, con-

**MP** 3 adolescens **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ | *post. loco* luxofiosus **M**$^1$ luxuriosus *(sec.* u *in ras.)* **M**$^3$ || 5 fuit **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || cohercet **P** || 6 qui ⟨qui⟩ **M** || luxiriam **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 7 fuit **P** || que **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 8 adolescentis (i *corr. ex* e **P**) **M**$^1$**P** *corr.* **M**$^2$ || mores et] **M**, *sed* res et *in ras. scr.* **M**$^3$ a] **M**$^3$$\alpha\beta\nu$; a *corr. ex* ab **P** *om.* **M**$^1$ abduce **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 10 commessator **O** || ninis **P** || luxoriosus **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 14 uxoram **M**$^1$ uxoraem **M**$^2$ || 15 uicinam **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 16 abiectis **P** || praetis **M**$^1$ praetiis **M**$^3$ || 17 dicessit **P** || heredem *om.* **M**$^1$ *in marg. add.* **M**$^2$ || 18 omni **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || testamento ⟨facto⟩ omnium bonorum ⟨suorum⟩ eam reliquit heredem et **P** || 20 ex] ⟨uxorem⟩ ex $\beta$ || suspitionem **P** | D. C. *sup. v. add.* **M**$^1$ *om.* **P** || 21 *sup.* ram querel *totidem fere litterae erasae sunt in* **M** | querelam **M**$^1$**P** quaerelam **M**$^2$ adulteram (*post.* a corr. ex u) **M** || 22 sic **P**

fitendum habeo hac me causa afuisse. tempus est de uxore marito credi. ferat matrona iacentes in terram oculos et adversus officiosum salutatorem inhumana potius quam inverecunda sit; longe ante inpudicitiam suam ore quam verbo neget. nemo fortiter negantem iterum rogabit. 'omnium bonorum sola heres esto, quia corrumpi non potuisti, quia tam fideliter pudicitiam custodisti'. tace paulisper nomen auctoris: numquid non testamentum viri creditur? adeone iam omnis patientia saeculi nostri abiit, ut adversus querimoniam viri alieno teste defendatur uxor? muliebrium vitiorum fundamentum avaritia est. quae potest non timere opinionem adulterii, potest non timere adulterium. ex omni rupe conchylium contrahitur, quo vestis cruentetur. infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veste perspicua sit et nihil in corpore uxoris suae plus maritus quam quilibet alienus peregrinusque cognoverit. futuram eius aestimabo pudicitiam; interim, quod negat, conperi inpudicam. omnes te inpudicam locuntur, || pudicam tantum et unus et peregrinus, qui plus laudator quam

**MP** 1 *ante* habeo *sup. v. aliquid eras. in* **M** ⟨hoc⟩ habeo **Pβν** || mea **P** || afuisse] **M**$^1$; affuisse (*prius* f *in ras.*) **M**$^3$ profuisse **P** || *ante* marito *erasum est* & *in* **M** || de marito uxore **P** || 2 offitiosum **M** || 3 inverecunda] **Sβ**; ░░uerecunda (in *eras.*) **M** uerecon(-cun **αν**)da **Pαν** || 4 ante] autem **S** || pudicitiam (-ciam **PS**) **MPSβ** impudiciciam **αν**; *cf. p. 187, 13 et A. Langen de dist. Graec. elegiaco (Vratislav. 1868) thes. 2* || negat **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 5 iterum] inter *in ras. 2 vel 3 litterarum scr.* **M**$^3$ || rogabit] **β**; rogauit **MPαν** || qui **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 7 numquid] **αν**; num(nun **P** nunc **β**)quam **MPβ** || non] **M**$^1$; ne **M**$^3$ nec **P** 8 habiit **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 9 quemoniam **M** *corr.* **M**$^1$ || defendatur *corr. ex* deffenditur **P** || muliebrum **S** || 10 est auaritia **S** || opinione **S** || 12 conci . . . **M**$^1$ conchilium (chilium *in ras.* **M**$^2$) **M**$^2$**α** conchili (-lii **P**) **PS** concilium **βν** || contrahitur (con *in ras.* **M**$^2$) **M** traitur **P** trahitur **βν** non trahitur **Sα** || 13 sperpicua **P** || nihl **M** || 14 quam libet **S** || peregrinisque **S** || 15 *verba* futuram . . . inpudicam *(v. 16) om.* **P** || futuram eius] *Kss;* futura etus (us *in ras.* **M**$^2$) **M** futura enim **Sαν** futura **β**, futuro vetus *Bs* || *verba* eius . . . inpudicam *(v. 16) del.* **M**$^3$ || pudicitiam] *Kss;* iudicia (-tia **M**) **O**, iudicium *Bs* || 16 *quod negat] quod rogat **O**, quode agitur *Gz* || *conperi] *Gz;* con(com **α**)perit **O**, conperi te *Bs* || loquuntur **P** || 17 tamen et unus et] tamen et (et *om.* **α**) minus *(unus α)* **Sα** *tamen* ⟨uel tantum⟩ unus et **β** tantum et unus **ν** || qui] *Kss;* cui **O**

accusator nocet. uxorem meam nusquam pudicam audivi nisi in adulteri elogio. deice in terram oculos et aures externorum vocibus claude: sibi quisque pro te neget. pudicam ille dixit, ego inpudicam: puto, plus credetis civi quam peregrino, marito quam adultero. ipsum elogium scripsit corruptoris animo. quia pudicam, inquit, conperi: quod nulli praeter me contigit.

Pars altera. Formosa est: hoc natura peccavit. sine viro fuit: hoc maritus peccavit. appellata est: hoc alius peccavit. negavit: hoc pudice. heres relicta est: hoc feliciter. hereditatem adiit: hoc consulte fecit. ‖

**MP** 1 nunquam **S** nuquam *α* pudicam nusquam **P** 2 adulterio **P** adulterii **S***α*$^2$ ¦ externorum (u *corr. ex* o) **M** 3 claude// *in fine versus* (s *eras.*) **M** ¦ ibi **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ¦ 4 creditis **PS***αβν* | civi quam] cuiquam **P** 5 eloquium **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ¦ animo] **M**$^1$**S***αβν*; animus **M**$^3$**P** ¦ 6 corpori **S** quod ⟨vult:⟩ *Gz* ¦ 8 negauit *om.* **P** ¦ 10 consulto **PS***αβν* | explicit liber secundus . incipit liber tertius . **M** incipit . III . **P**

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBER TERTIVS.⟩

Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem.

1 Quosdam disertissimos cognovi viros non respondentes famae suae cum declamarent, in foro maxima omnium admiratione dicentes, simul ad has domesticas exercitationes secesserant, desertos ab ingenio suo. quod accidere plerisque aeque mihi mirum quam certum est. memini itaque me a Severo Cassio quaerere, quid esset, cur in declamationibus eloquentia illi sua non respon-
2 deret. in nullo enim hoc fiebat notabilius. oratio eius erat valens, culta, vigentibus plena sententiis; nemo minus passus est aliquid

**MPSαβμν** *Hanc praefationem om.* **CD**, *servaverunt excerptorum codices. μ = cod. Mazarinaeus (Parisinus bibl. Mazar. 1261 saec. XII exeuntis); librum contulit G. Gundermann* ‖ 3 *om.* **PSα** ‖ malae **M** ⟨et⟩ melae *μ* ‖ filii **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ ‖ 4 cognovi] *Gz;* agnoui (⟨alioquin⟩ agnoui *μ*) **O** *eras. in* **M** *(sed in ras.* g *etiamnunc cognoscitur in* **M**), *fort.* novi *vel* videram *Gz* ‖ 5 com **P** ‖ omnium maxima **P** ‖ ammiratione **P** ‖ 6 simul] si min' (min' *in ras.* **M**$^{3}$) **M** ‖ exerticiones **S** ‖ 7 quod] quam *α* ‖ aequae **MP** ‖ 8 quam] ac *β* ‖ memini *rad. corr. ex* meminin **M** ‖ sero **S** ‖ 9 quid (i *in ras.* **M**$^{3}$) **M** quit **P** ‖ illi sua non responderet eloquentia **Sα** ‖ 10 notabilior **S** ‖ eius *in ras.* **M**$^{3}$ *om. α* ‖ erat eius **P** ⟨enim⟩ eius fiebat *μ* ‖ 11 culta] *Gr;* cultu **O**, elata *Gz* ‖ vigentibus] *Kss; ingentibus O, fort.* ingeniosis *Otto* ‖ aliquid *corr. ex* aliquit **M**

in actione sua otiosi esse; nulla pars erat, quae non sua virtute staret, nihil, in quo auditor sine damno aliud ageret, omnia intenta, aliquid petentia; nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. verum est, quod de illo dixit Gallio noster: 'cum dicebat, rerum potiebatur: adeo omnes imperata faciebant; cum ille voluerat, irascebantur. nemo non illo dicente timebat, ne desineret'. 3 non est, quod illum ex his, quae edidit, aestimetis; sunt quidem et haec, quibus eloquentia eius *agnoscatur; tamen auditus* longe maior erat quam lectus. non hoc ea portione illi accidit, qua omnibus fere, quibus maiori commendationi est audiri quam legi, sed in illo longe maius discrimen est. primum tantundem erat in homine, quantum in ingenio: corporis magnitudo conspicua, suavitas valentissimae vocis — quamvis haec inter se raro coeant, ut eadem vox et dulcis sit et solida —, pronuntiatio quae histrionem posset producere, *nec* tamen quae histrionis posset

**MPSαβμν** 1 ociosum **Sαβμ** | in actione sua aliquid ociosum *α* | non (*sup. prius* n *aliquid eras.*, on *add.* **M**$^3$) **M** | 2 quo ⟨non⟩ auditor *μ* ‖ intempta **P** nitentia et nitenta *α* | 3 aliquid petentia] *Schg; cf. 10 pr. § 15;* aliquo petentia **MPαβ** aliqua potentia **S** aliquid paenitentia *μ*$^1$ aliquo poten . . . *(nonnullae litterae cum margine recisae sunt) μ*$^2$ *(saec. XII—XIII) in marg.* aliquando potencia *ν*, (intenta) aliquo, petentia *Schott,* aliquo pertinentia *Becher,* (intenta) aliquo, ⟨aliquid⟩ petentia *Sander,* aliquo tendentia *vel* animos petentia *Gz* | habent **P** audientiam **P** audentium **S** | 4 unum **S** | dixit] **M**$^1$; dicit **O**(**M**$^3$) | galienus **Sβμ** | 5 dicebat] *β*; diceret **O** | rerum] regno quodam *βμ* adeo in omnes **P** | 6 illo] ille **S** | 7 non] nunc **S** ⟨et⟩ non *βμ* | his *om.* **P** | quae edidit] *μ*; que (quo **P**) dedita (dedit **Sαν**) **O** | aestimetis] est in inmetis **P** | estimetis quae edidit *μ* | quidem] autem *β* | 8 haec quibusdam *βμ*, hic, quibus *Gz* | agnoscatur; tamen audı́tus *add. Bs* (a.; a. tamen); *in cod. Paris. 8542 et μ scriptum extat:* et haec quibusdam ⟨grata, set (set *om. μ*)⟩ eloquentia eius (eius ⟨non⟩ *μ*) longe | 9 letus **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ lectio **Sαμ** | ea] quaea **P** | 10 qua] **S**; quam **MPα** quae *μ* | audire **MPS**$^2$*α* audite **S**$^1$ | 11 legere **P** | in illo] millo **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ nullum **S** | magis **S** | 12 quamtum **S** | in *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ | ingenuo **M** ingenii **S** | operis **S** | 13 haec *om. μ* | 14 qua histrionem (hi *in ras.* **M**$^3$) **M** qua (*rad. corr. ex* quam *μ*) his(is **Pβ**)trionem **Paβμ** | 15 perducere **S**; *cf. 4 pr. § 4* | nec *add. Bs* | quae histrionis] *Pincianus;* quaestionis **MS** questionis **Pαβ** questiouix *μ*$^1$ questiotus *μ*$^2$, *fort.* (producere, quae tamen) histrionis ⟨non⟩ *Fb*

4 videri. nec enim quicquam magis in illo mirareris, quam quod gravitas, quae deerat vitae, actioni supererat: quamdiu citra iocos se continebat, censoria oratio erat. deinde ipsa, quae dicebat, meliora erant quam quae scribebat. vir enim praesentis animi et maioris ingenii quam studii magis placebat in his, quae inveniebat, quam in his, quae attulerat. iam vero iratus commodius dicebat, et ideo diligentissime cavebant homines, ne dicentem
5 interpellarent. uni illi proderat excuti; melius semper fortuna quam cura de illo merebatur. numquam tamen haec felicitas illi persuasit neglegentiam. uno die privatas plures *quam duas* non agebat et ita, ut alteram ante meridiem ageret, alteram post meridiem; publicam vero numquam amplius quam unam uno die. nec tamen scio, quem reum illi defendere nisi se contigerit: adeo nusquam rerum ullam materiam dicendi nisi in periculis suis
6 habuit. sine commentario numquam dixit nec hoc commentario contentus erat, in quo nudae res ponuntur, sed ex maxima parte perscribebatur actio; illa quoque, quae ‖ salse dici poterant, adnotabantur; sed cum procedere nollet nisi instructus, libenter ab

**MPS**$\alpha\beta\mu\nu$ 1 videri] nichil **S** fieri $\mu$ | nec in illo magis quid(quidem **P**)-quam **PS** nec tamen (enim $\beta$ *om.* $\alpha$) in illo (⟨enim⟩ $\alpha$) quicquam magis $\alpha\beta\mu$ | 2 uictae $\mu$ | accionis **M** actionis **P** | superat **M** ‖ quamdiu ⟨enim⟩ extra $\alpha$ iocos] locos **O** | 4 scribebat] *Bs;* sciebat **O** | 5 studii ▨ (s *eras.*) **M** | 6 intus $\alpha$ | comodius **P** | 8 extuti **S** | 9 de illo quam cura **S** | qua **P** ‖ merebatur] $\beta\mu$ *(Bs);* merebatid **MP** merebatur id **S**$\alpha\nu$, merebat et *Gr, fort.* merebat . ideo *Kss,* merebat . sed *Gz* | 10 persuassit **M** ‖ neclegentiae **M** negligentie **PS** neggligentiae $\alpha$ necgligentiam $\mu$ | *quam duas *add. (idem proposuit Novák)* | non *om.* **S**$\alpha\beta\nu$ res $\mu$ | plures non⟨numquam⟩ agebat *Gz* | 11 ut *corr. ex* ul **P** 12 unam *om.* **P** | 13 que **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ ‖ contigit **S** | adeo ⟨ut⟩ $\alpha$ | 14 nusquam] **S**; numquam **O** | reum $\alpha$ rem $\mu^{1}$ | ullam] nullam **MS**$\alpha\mu\nu$ nulla **P** materia **P** | discendi **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ | in *om.* **S** | suis *om.* $\mu^{1}$ *add.* $\mu^{2}$ *(ante* periculis) | 16 contemptus **PS** | respondentur **P** res ponuntur *corr. ex* res pondentur **S** | res ponuntur nudae $\mu$ | *sed ex] et ex $\mu$ et **MPS**$\alpha\nu$ ex $\beta$ *(fort. recte),* set *Bs* | 17 perscribatur **PS** | accio **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ | illi $\mu^{1}$ *corr.* $\mu^{2}$ quoque *om.* **S**$\alpha\mu$ | quae *om.* **M**$^{1}$ *add.* **M**$^{3}$ quae▨ (q; *vid. eras.*) $\mu$ | salse] **M**$^{1}$; false **M**$^{3}$**PS**$\alpha\mu\nu$ falsa $\beta$ | adnotabantur *corr. ex* adnotebantur **M** | 18 instructis *P*

instrumentis recedebat. ex tempore coactus dicere infinito se ante-
cedebat. numquam non utilius erat illi deprehendi quam praepa-
rari; sed magis illum suspiceres, quod diligentiam non relinquebat,
cum illi tam bene temeritas cederet. omnia ergo habebat, quae 7
illum, ut bene declamaret, instruerent: phrasin non vulgarem
nec sordidam, sed electam, genus dicendi non remissum aut
languidum, sed ardens et concitatum, non lentas nec vacuas
explicationes, sed plus sensuum quam verborum habentes, dili-
gentiam, maximum etiam mediocris ingenii subsidium. tamen
non tantum infra se, cum declamaret, sed infra multos erat;
itaque raro declamabat et non nisi ab amicis coactus. sed quae- 8
renti mihi, quare in declamationibus impar sibi esset, haec aie-
bat: quod in me miraris, paene omnibus evenit. magna quoque
ingenia — a quibus multum abesse me scio — quando plus
quam in uno eminuerunt opere? Ciceronem eloquentia sua in
carminibus destituit; Vergilium illa felicitas ingenii sui in ora-
tione soluta reliquit; orationes Sallustii in honorem historiarum
leguntur; eloquentissimi viri Platonis oratio, quae pro Socrate

**MPS**$\alpha\beta\mu\nu$ 1 dicerem **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ dicerese **P** | infinita **S** infinito (o *corr. ex* a) $\alpha$ | se *om.* $\alpha$ | 2 non] tamen **S** | illi *om.* **S** | illi erat **P** | 3 illud *corr.* **M**$^3$ illu **P** illud $\alpha$ | susciperes **MPS**$\alpha\beta\nu$ suspices $\mu$ | quo **S**$\alpha\mu$ | indulgentiam $\alpha$ | relinquebant **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ | 4 que **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ | 5 parasin **M**$^1$ farasin **M**$^2\nu$ farasim **P** frasin **S** farasin uel parasin $\alpha$ frasim $\beta$ parassyn $\mu$ | non] nec **PS**$\alpha\mu^2$ ut $\mu^1$ | 6 delectam **M**$^1$ lectam **M**$^3$**P** | remiss[erased]um (or [?] *eras.*) **M** | 7 non] nec **S**$\alpha\beta$ ne $\nu$ | lentas] $\beta$; lectas **M**$^1$**S**$\alpha\mu\nu$ letas **M**$^3$**P** | 8 dilentiam **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ diligentiam ⟨et⟩ $\mu$ | 9 etiam] non $\alpha$ | 10 infra (f *in ras.* **M**$^2$) **M** | clamat **P** | 11 raros **S** | declamat **M**$^1$**S** *corr.* **M**$^3$ | non nisi *corr. ex* non mihi **M** | querenti (l *eras. post* i *in* **M**) **O** | 12 quare *corr. ex* quadre **M** | declamationibus ⟨sic⟩ **S**$\beta$ | impar sibi esset (ar sibi esset *in ras.* **M**$^3$) **M** im(in **P**)par esset sibi **PS**$\alpha\beta\mu\nu$ | 13 paene] poene **M**$^3$ pene **PS**$\alpha\mu$ | quoque ⟨eorum⟩ $\mu$ | 14 a *om.* $\alpha$ | abesse (esse *in ras.* **M**$^3$) **M** | 15 emicuerunt $\mu$ | opero **M** | *cf. J. Brzoska comm. phil. in hon. A. Reifferscheidii scr. (Vratisl. 1884) 40 seq.* | *verba* Ciceronem . . . destituit *(v. 16) post* reliquit *(v. 17) exhibent* **S**$\alpha\mu$ | 16 uirgilium **P**$\beta\mu$ | sui *om.* **MS**$\alpha\nu$ | in *om.* **MPS**$\alpha\nu$ | 17 soluta (s *in ras.* **M**$^3$) **M** | salustii **PS**$\alpha\beta\mu$ | honore $\alpha$ | 18 quae] (que) $\alpha$; quaeque **M**, quoque (. . . scripta nec) *Bs* | Platonis quoque oratio (. . . scripta nec) *Gz*

9 scripta est, nec patrono nec reo digna est. hoc non ingeniis tantum sed corporibus videtis accidere, quorum vires non ad omnia, quae viribus efficiuntur, aptae sunt: illi nemo luctando par est; ille ad tollendam magni ponderis sarcinam praevalet; ille, quidquid adprehendit, non remittit, sed in proclive nitentibus vehiculis moraturas manus inicit. ‖ ad animalia venio: alii ad aprum, alii ad cervum canes faciunt; equorum non omnium, quamvis celerrimi sint, idonea curriculis velocitas est; quidam melius equitem
10 patiuntur, quidam iugum. ut ad meum te morbum vocem, Pylades in comoedia, Bathyllus in tragoedia multum a se aberrant; Nomio, cum velocitas pedum non concedatur tantum sed obiciatur, lentiores manus sunt; quidam cum hoplomachis, quidam cum Thraecibus optime pugnant, quidam sic cum scaeva conponi cupiunt, quomodo alii timent. in ipsa oratione quamvis una materia sit, tamen ille, qui optime argumentatur, neglegentius narrat; ille non tam bene implet quam praeparat. Passienus noster cum coepit dicere, secundum principium statim fuga fit, ad epilogum

**MPS**αβμν 1 est] **S**αβμν; *om.* **MP** ‖ ⟨est⟩ scripta **mus. rhen. 21, 420* | *post.* nec] ne **P** | 2 *videtis] uideris **MP**ν uidemus **S**αβ uidetur μ, videbis *Gz* ‖ uires▨ (t *eras.*) **M** ‖ 3 nemo *in marg. add. et* tibi (?) *ante* luctandi *del.* **P**$^1$ ‖ luctando] βμ; luctandi **MPS**αν, luctanti *ex cod. Paris. Nostradamensi 188 scr. Bs* | par aest **M** parem **P** | illi **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ | 4 tollendam *corr. ex* tollendi **M** tollendum **S**β | magnam **P** | quicquid **O** | 5 procliui (-uii **S**) **MPS**α procliuum βμ procliuis ν | uehiculum **P** ‖ 6 uincit **S** | venio] β *(Sander)*; ueni (*corr. ex* uenatum μ$^2$) **O** | prum **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 7 non *om.* **P** ‖ 8 id▨onea (e *eras.*) **M** | equitem melius βμ | 9 quam μ | ⟨et⟩ ut βμ | morbum meum te β morbum te meum αμ | morbum te uocem meum **S** | pilades **M**β | 10 com▨edia (o *eras.*) **M** ‖ batyllus **M** batillus **PS**β bacillus α | aberant βν | 11 Nomio] *Bücheler;* nomini meo **O**, Numenio *Herv, fort.* cognomini meo *Kss* | pedum *om.* **S** *corr. ex* padum α | obitiatur **P** ‖ 12 lentiores (r *corr. ex* n) μ | *prius* quidam] quadam **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ op(ob α)lomachis **O** ‖ cum *corr. ex* con **M** | 13 trecibus **M** cretibus **P** tretibus **S** tracibus αμ | sic cum sceua **P** fictum scema **S** sic cum scema αβμ, sic in scena *Bs* | 14 alii timent] *Bücheler;* aliciem μ$^1$ aliti (alteri α) est (sunt **S**μ$^2$) **MPS**αβμ$^2$ | maxima **S** ‖ 15 argumentatur optime **S**β | neglegentius] **M**$^1$μ; negligentius **M**$^3$**PS**βν neggligentius α | 16 possionus **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ passionius **S**β ‖ 17 fugauit **S**βμ | ad epylogum *in ras.* **M**$^3$ *ad* epilochum **P** ad ephilocum α ad ephilogum (g *corr. ex* c) μ

omnes revertimur, media tantum quibus necesse est audiunt. miraris eundem non aeque bene declamare quam causas agere 11 aut eundem non tam bene suasorias quam iudiciales controversias dicere? Silo Pompeius sedens et facundus et litteratus est et haberetur disertus, si a praelocutione dimitteret; declamat tam male, ut videar belle optasse cum dixi: numquam surgas. magna et varia res est eloquentia neque adhuc ulli sic indulsit, ut tota contingeret; satis felix est, qui in aliquam eius partem receptus est. ego tamen et propriam causam videor posse reddere: ad- 12 suevi non auditorem spectare, sed iudicem; adsuevi non mihi respondere, sed adversario; non minus devito supervacua dicere quam contraria. in scholastica quid non supervacuum est, cum ipsa supervacua sit? indicabo tibi affectum meum: cum in foro dico, aliquid ago; cum declamo, id quod bellissime Censorinus aiebat de his, qui honores in municipiis ambitiose peterent, videor mihi in somniis laborare. deinde res ipsa diversa est: 13 totum aliud est pugnare, aliud ventilare. hoc ita semper habitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam; et ideo ille primum in foro verba facturus tiro dictus est. agedum

**MPSαβμν** 1 reuertuntur Sαβμ$^2$ν *om.* μ$^1$ mediam **MPαν** medicam **S** ne dicam μ tantum] tamen **P** quibus *om.* **S** audiuntur α 2 aequae **M** 3 aut] aiut **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ aiunt **S**μ non ⟨eque⟩ tam **S** 4 ponpeius **PS** sedens ⟨cum⟩ μ literatus *corr. ex* litterotus **P** est *om.* αμ 5 dissertus **M** praelocutione *corr. ex* praeclamatione α demamat **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ cladem amat **P** declamabat **S** clamabat μ tam *om.* α 6 uidear belli **M** belli uidear **P** surgat **S** *et sup. ras.* μ$^2$ 7 eloquentia *rad. corr. ex* etloquentia **M** nec αβ ulli] illi **P** alicui β sic ⟨se⟩ μ rota **S** 8 contigeret **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ aliqua partem **S** partem eius αμ 9 causam *corr. ex* caussam **M** 10 *verba* non . . . adsuevi *om.* α 11 devito] Sαβμν; dubito (*corr. ex* debito **M**) **MP** superlaticiua **P** 12 non *om.* **P** 14 quod *om.* **P** bellissime] β$^2$μ$^1$; belli (*corr. ex* bellis **M**) simile **MPSαβ**$^1$μ$^2$ν 15 aiebat] βμ; habebat **MPSαν** honoris **M** ambitiosae **M** 16 audior μ$^1$ somniis] **S**α; somnis **M** sompnis **P**βμν 17 tota βμ item **S** idem β habitum] *Gz;* arbitum **M**$^1$ arbitratum **M**$^3$βν arbitrium **PS**αμ 18 est *om.* **S** harenam **PS**μ ⟨quasi⟩ harenam β ille ideo **MS**αβμ 19 in foro primum α verba *om.* α tyro **MP**αβ extero μ$^1$ ductus **M**$^1$ *corr.* **M**$^1$ *vel* **M**$^2$ agedum *corr. ex* agetum **M** agndum **P**$^1$ agendum αν age//dum μ

istos declamatores produc in senatum, in forum: cum loco muta-
buntur; velut adsueta clauso et delicatae umbrae corpora sub
divo stare non possunt, non imbrem ferre, non solem sciunt, vix
14 se inveniunt; adsuerunt enim suo arbitrio diserti esse. non est,
quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes. quid, si velis
gubernatorem in piscina aestimare? diligentissime me tibi excusa-
rem, tamquam huic rei non essem natus, nisi scirem et Pollionem
Asinium et Messalam Corvinum et Passienum, qui nunc primo
loco stat, minus bene videri *dicere* quam Cestium aut Latronem.
15 utrum ergo putas hoc dicentium vitium esse an audientium? non
illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant: pueri fere aut iuvenes
scholas frequentant; hi non tantum disertissimis viris, quos paulo
ante rettuli, Cestium suum praeferunt sed etiam Ciceroni prae-
ferrent, nisi lapides timerent. quo tamen uno modo possunt prae-
ferunt; huius enim ¦ declamationes ediscunt, illius orationes non
16 legunt nisi eas, quibus Cestius rescripsit. memini me intrare scho-

MPSαβμν 1 declamatores] ν; declamaturos O ‖ produt M$^1$ *corr.* M$^3$ produnt Pα ‖ e senatu μ ‖ loca μ ‖ mutabunt MP ‖ 2 clauso et delicatae] *Gr;* classe et dilectae (-cta Pαν -cte Sβ -eta μ) O ‖ umbra Pα ‖ subsidio Mμ$^1$ sub▨dino M$^2$ subcliuo P subduo α ‖ 3 imbrem] hyemem Sβ ‖ 4 invenient *Kss* ‖ assueuerunt Pα ‖ 5 quod] quia S ‖ exertitatione M$^1$ *corr.* M$^3$ ‖ expectes Sβμ spectes *corr. ex* expectes α ‖ quod PS ‖ 6 piscinam MPS piscina (a *rad. corr. ex* ā) α ‖ diligentissime me tibi] *Bs;* diligentissime sibi MPα diligentissime me β diligentissime Sμν, diligentissime tibi ⟨me⟩ *vg,* diligentius me tibi *Kss* ‖ 8 asinum Sαβ ‖ messalem M$^1$ *corr.* M$^2$ mesellam β ‖ coruntium S coruinium α *corr.* M$^1$ ‖ bassienum MPβ basienum Sαμ ‖ primo] Sαβμν; primum MP, primo in *Bs* ‖ 9 *videri dicere] uideri O, audiri *Kss; cf. Thomas Herm. 21, 50* ‖ testium Mβ ‖ aut] et P uel β ‖ 10 ego M$^1$α *corr.* M$^3$ ‖ uitium dicentium S ‖ an] aut Sαβμ ‖ 11 hi] in M$^1$ hii M$^2$PSαβμ ‖ ⟨qui⟩ pueri *R. Wachsmuth* ‖ aut] autem S ‖ iudicesuenes (dices *del.*) M ‖ 12 hii Sαβμ ‖ non *corr. ex* tamen P ‖ dissertissimis Mαβ ‖ 13 retuli MPβ ‖ cestum P ‖ praeferrent μ *om.* β ‖ sed etiam Ciceroni praeferrent *om.* O *add.* β *(Bs)* ‖ rettuli, ⟨sed etiam Ciceroni⟩ Cestium suum praeferrent *vg* ‖ 14 *verba* nisi . . . praeferunt *om.* α ‖ 15 enim *om.* μ ‖ declamationem sediscunt M$^1$ *corr.* M$^2$ declamationis ediscunt α ‖ 16 regunt P ‖ Cestius] Sαμν; cestum M$^1$ cestium M$^2$P; *cf. Quint. 10, 5, 20* ‖ intrasse μ ‖ *scholam* eius] *Bs;* scolam cum eius M scolas eius P scolam Sαβμν

lam eius, cum recitaturus esset in Milonem; Cestius ex con-
suetudine sua miratus dicebat: si Thraex essem, Fusius essem;
si pantomimus essem, Bathyllus essem, si equus, Melissio. non
continui bilem et exclamavi: si cloaca esses, maxima esses. risus
omnium ingens; scholastici intueri me, quis essem, qui tam cras-
sas cervices haberem. Cestius Ciceroni responsurus mihi quod
responderet non invenit, sed negavit se executurum, nisi exissem
de domo. ego negavi me de balneo publico exiturum, nisi lotus
essem. deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satis facere. sub- 17
inde nanctus eum in ius ad praetorem voco et, cum quantum
volebam iocorum conviciorumque effudissem, postulavi, ut praetor
nomen eius reciperet lege inscripti maleficii. tanta illius pertur-
batio fuit, ut advocationem peteret. deinde ad alterum praetorem
eduxi et ingrati postulavi. iam apud praetorem urbanum cura-

**MPSαβμν** 1 in Milonem] mulionem **P** in mi(mu **S**)lionem **Sαβ** | Cestius *del. M. Haupt* | 2 sua] ⟨illa⟩ sua **P**; *cf. Haupt opusc. 3, 598; Bs Jahresb. 1881, II 138* | miratus] praefatus *Hullemann*, inflatus *Thomas*, iratus *Novák*, irritatus *Linde* | si Thraex] sesi thra ex **M** si tyas hax (y *corr. ex* r) **P** si trax **Sαβμν** | fufius **M**, Fuscus *Fröhner* || 3 pantominus **MP** pantomunus **α** panthomius **β** | Bathyllus] *Lipsius ad Tac. ann. 1, 54;* patyllus **M** pathillus **P** patillus **Sαβν** patllus **μ** | *post.* essem] *corr. in* esse **M** *om.* **P** || milissio **Sβ** melissio⟨non⟩ **μ**² | 4 si *om.* **S** || scio . acaese maxima **M**¹ *corr.* **M**³ scio accessima **P** si cloaca esses magna **α** | esses ⟨meretrix esses sordida esses⟩ risus **S** || exclamaui si cacasses risus **μ** || 5 intuerim▨ equis **M** | qui **S** || grassas **MSα** || 6 habarem **S** || quid **Sμ** | 7 uenit **S** || executurum] **β**; exiturum (*corr. ex* exituram **M**) **MSαμν** exiturum ⟨esse⟩ **P**, *fort.* recitaturum *Bs* | exissent (*rad. corr. ex* exissem **M**) **MP** exirem **α** exissem (i *corr. ex* e) **μ** || 8 balne (b *del.*) **P** | locutus **P** | 9 libuit *om.* **μ**¹ *add.* **μ**² (*post* Ciceroni) | de] dein (in *del.*) **P** | satisfacerem **μ** || 10 nanctus] nactus **M²S** natus **Pμ** || in ius *om.* **P** | 11 locorum uitiorumque (conuitiorumque **M²S**) **MS** iocorumque uiciorumque **P** || effudisset **S** | praetor] populus romanus **μ** res publica **β** | 12 *verba* nomen . . . apud praetorem *(v. 14) om.* **S** | legem scripti **M**¹ *corr.* **M**² || maleficut **M**¹ *corr.* **M**² malefici **μ** || illius] **μ** *(Bs);* illis **M** illi **Pαν** eius **β** || 13 ad alterum praetorem eduxi] *Schott;* adulterum pre(prae **P**)dixi **MP** adulterum p. r. (p. r. *om.* **β**) edixi **αβν**, adulterum p▨ *(lac. 8 litt.)* edixi **μ** *om.* **S**, ad alterum perduxi *Bs* || 14 praetorem] p▨ *(lac. 8 litt.)* **μ**

torem ei petebam; intervenientibus amicis, qui ad hoc spectaculum concurrerant, et rogantibus dixi molestum me amplius non futurum, si iurasset disertiorem esse Ciceronem quam se. nec hoc
18 ut faceret vel ioco vel serio effici potuit. hanc, inquit, tibi fabellam rettuli, ut scires in declamationibus tantum non aliud genus hominum esse. si comparari illis volo, non ingenio mihi maiore opus est, sed sensu minore. itaque vix iam obtineri solet, ut declamem; illud obtineri non potest, ut velim aliis quam familiarissimis audientibus. et ita faciebat. declamationes eius inaequales erant, sed ea, quae eminebant, in quacumque declamatione posuisses, inaequalem eam fecissent. conpositio aspera et quae vitaret conclusionem, sententiae vivae. iniquom tamen erit ex his eum aestimari, quae statim subtexam; non enim haec ille optime dixit, sed haec ego optime teneo.

**MPS**αβμν 1 petebam ei **P**β ‖ quid **S** ‖ hoc *om.* **S** ‖ 2 conuenerant β ‖ dixi *corr. ex* dixim **M** ‖ amplius me **P** ‖ 3 si] sii **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ iurassem **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ dissertiorem **M** dissertorem **P** ‖ essem **S** ‖ Ciceronem *om.* **P** ‖ se] seuerum **S**αβμ ‖ nec] ne **M**αβ *om.* μ[1] ‖ ut hoc α ‖ 4 loco **PS** raro β ‖ seruo **S** ‖ fabellam tibi **P** ‖ 5 retuli **MP**β ‖ tantum non] *Bs;* non tantum (non *corr. ex* in αμ[2]) **O** ‖ 6 si] set **S** ‖ mihi *om.* **P** ‖ 7 uixi// iam **M** ‖ optineri **O** ‖ clamem μ ‖ 8 illud *corr. ex* ilud **P** ‖ optineri **O** ‖ non *om.* **S**αβμ ‖ 9 declamationes *corr. ex* declamatores α ‖ eius] enim **S** eius <enim> α ‖ ea, quae] neque (*rad. corr. ex* meque **M**) **MPS**αβμ ‖ 10 posuisset **P**β ‖ 11 eam] illam **S** ‖ fecisset μ ‖ conclusionem] *Thomas;* con(com **P**α)positionem **O**; *cf. O. Jahn ad Cic. Brut.* 33 ‖ 12 in//quo (i *eras.*) **M** in quo **PS** in quo enim α iniquum μ ‖ eum *om.* **P** ‖ exestimari **M** existimari **PS**μ exstimare β ‖ 13 statim] satis **MPS**αν *om.* βμ ‖ enim *om.* **P** ‖ opti// *(1 litt. eras.)* **S**

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI TERTII.⟩

### I.

### LVXVRIOSVS A SODALIBVS EXCAECATVS.

Caecus de publico mille denarios accipiat.

Decem adulescentes, cum bona comedissent, sortiti sunt, ut cuius nomen exisset ex pacto excaecaretur et ita acciperet mille denarios. exiit sors cuiusdam; excaecatus est. petit mille denarios. negantur.

Hi sunt oculi, quos timuistis, mariti. o legem, si excaecat homines, abrogandam! mille denarios nulli res publica dat, nisi qui invitus accipit. dic nunc: miserere; hoc, cum excaecareris, non dixisti. res publica debilitatem consolatur, non emit. consumptis patrimoniis membra conferunt. utilius est rei publicae unum caecum repelli quam novem fieri. non solus a vobis petit alimenta, sed primus. alam qui propter debilitatem alitur, non alam qui propter alimenta debilitatur. sic fit, ubi homines maiorem vitae

**MPS***αβμν* 5 luxuriosus (*sec.* u *corr. ex* o) *α* | cecatus *α* ‖ 7 adolescentes $M^1$ *corr.* $M^2$ adolescent//um (i *eras.*) **P** ‖ bona ⟨sua⟩ *α* ‖ 8 rexisset ex patio ⟨et⟩ excocaretur **P** ‖ et *om. et ante* ita *aliquid erasum est in* **M** ‖ 9 ita *om.* *αβμ* ‖ 11 hii (hic *ν*) **O** ‖ timuisti **P** ‖ si] quae **S** ‖ 12 hominem **P** ‖ abrogandam] $M^3$**S***αβμν*; abrogandum $M^1$ adrogandam **P** ‖ p. r. *α* ‖ 13 inuita $M^1$ inuitus (us *in ras.*) $M^3$ ‖ miser homo cum *α* ‖ 14 rēsp̄. **M** ‖ emit (mit *in ras.* $M^3$) **M** ‖ 15 rei publicae] **S***β*$\mu^2$*ν*; res. p̄. **M** res publica **P** pr. *α om.* $\mu^1$ ‖ 16 novem] non est **P** ‖ nobis *α* ‖ 17 aliter $M^1$ *corr.* $M^2$ ‖ non alam] sed non *α* ‖ 18 debilitat $M^1$ *corr.* $M^3$ ‖ fit nisi maiorem **P**

partem in tenebris agunt, ut novissime solem quasi supervacuum fastidiant.

Pars altera. Illis novem nihil daturus est: nulli non favorabilis erit, si eos, a quibus excaecatus est, decipit. 'circumventus adulescens ab illis novem veteranis consumptoribus solus' inquit 'novem consentientibus non potui resistere'. omnia ex composito facta sunt: unus mentionem intulit, omnes adprobaverunt; electus est qui sortiretur; sors huius quae exiret prima subiecta est. cum repugnaret, excaecatus est. si circumventus, inquit, est, persequatur iniuriam, de vi agat, talionem petat. videbimus; primum est, ut habeat, unde vivat.

## II.

### PARRICIDA AEQVIS SENTENTIIS ABSOLVTVS.

Quidam filium accusavit parricidii. aequis sententiis absolutum abdicat.

Minus est iam quod rogo; non peto, ut me a parricida vindicetis, sed ut separetis. parricidam non accuso, sed fugio. quomodo iste accusatori parcet, qui patri non pepercit? ergo nihil medium est inter testamentum et culleum? non absolutus parricida, sed dubius: ut absolvaris, multis tibi sententiis opus est, ut damneris, una. non absolverunt reum, sed saeculo pepercerunt. miraris in hac civitate misericordiam, in qua lex absolutionem

**MPS**$\alpha\beta\mu\nu$ 1 agit **P** | superuacuum ⟨est⟩ fastidium **P** | 2 fastidiunt $\alpha$ | 3 altera pars *(hoc ordine fere semper)* $\alpha$ | nihil] mihi **P** | est daturus $\alpha$ | faborabilis **M**$\alpha$ forabilis **P** | 5 consumptoribus (con *in ras.* **M**$^{3}$) **M** | 6 consentibus **M**$^{1}$ consentiēbus **M**$^{3}$ cogentibus $\alpha\beta\mu\nu$ | potui] $\beta$; potuit **O** | re⁄⁄sistere (s *eras.*) **M** | 8 quae] qui $\alpha$ | 9 si] set $\alpha\mu$ | circonmientus **P** | 10 iniuria **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ | 11 habeat *corr. ex* habebat **M** | 13 par⁄⁄ricida⁄⁄⁄⁄ *(priore loco* p *eras. vid., altero loco* ea *eras.)* **M** | 14 filium ⟨suum⟩ $\alpha$ | sentiis **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ | 17 ut *om.* **M**$^{1}$ *add.* **M**$^{2}$ | saeperotis **P**$^{1}$ | quomodo] *Bs*; quando **MP** an **S**$\alpha\beta\mu\nu$ | 18 nihil] nichil **M**$^{3}$ | 19 medium] $\beta\mu\nu$; melius **MP**$\alpha$ | culleum (cu *in ras. 2 litterarum scr.* **M**$^{3}$) **M** | absolutis **P**$^{1}$ ⟨est⟩ absolutus $\nu$ | ⟨est⟩ parricida $\beta$, *fort. parricida ⟨es⟩ Bs* | *20 tibi om.* $\alpha$ | tibi multis **P** | 21 dapnaris **P** | secundo **P**

et paribus tabulis dat? quaeris, quam multis non placeas? si unum adiecero, parricida es. absolutionem legi, non innocentiae debes. absolutus, inquit, sum. non abdico te propter parricidium, sed propter alia vitia, quae te fecerunt tam credibilem parricidam.

Pars altera. Manifestus adulescentis color est, ut se dicat patris auctoritate oppressum. ||

## III.

### ABDICANDVS QVI ABDICATVM FRATREM ADOPTAVIT.

Cum tricenario filio pater patrimonium dividat.

Quidam habuit filios, frugi et luxuriosum. abdicavit luxuriosum. frugi peregre profectus est; captus est a piratis; de redemptione scripsit patri. patre cessante luxuriosus praevenit et redemit. redit frugi; adoptavit fratrem suum. abdicatur.

Nec est, quod quisquam me laudet: prior frater inter nos fecit pietatis exemplum; una navigavit, una periclitatus est, una omnes emensus est terras, reliquit me tantum ad paternam domum. non est, quod excusatione aetatis utaris: potes navigare. utrique gratias agere deberet: frater me isti reduxit, ego isti fratrem. si tamquam inertem abdicasti, navigavit, si tamquam impium, suos

**MPS**αβμν 1 et *om.* **P**α || *fort.* tabellis *Kss* || 2 ignocentie **P** || 3 te *om.* α || parri▨cidium (di *eras.*) **M** 5 manifestus▨ (al *eras.*) **M** || adulescentis *corr.* *ex* adolescentis **M** || est adolescentis color αβμν || 6 autoritate opressum **P** || 8 abdicatus qui abdicaturum fratrem abdicauit α || 9 tricenario *corr.* *ex* tricinario **M** 10 addicauit **P** || abdicauit luxuriosum *om.* α || 11 fugi **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || *verba* frugi peregre profectus est *om.* **P** || *post.* est *om.* α || a piratis captus est **M**$^3$**P** || profectus et a piratis captus est *Otto* || 12 censante **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 13 praevenit] βν; peruenit **MP**μ uenit α || re▨dit (d *eras.*) **M**, rediit *vg* || adobtauit **M** || 14 abdicatus **M** || 15 hec **P** || prio **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || inter μ$^1$ in μ$^2$ || fecit inter nos **P** || 16 nauigarat **P** || 17 emersus **S**αβν emersus est omnes terras **S**α || ⟨non⟩ reliquit me tandem paternam ad (ad paternam βν) domum ⟨me (me *om.* μ) reduxit⟩ non **S**αβμν || 19 redemit **P** || 20 *prius* tamquam] tamen **P** || navigavit] ν; nauigat **O** *fort.* suum Novák

redemit. non potest eripi filio quod accepit a lege. quomodo enim potest pater eripere, quod non potest non dare?

Quidam mortua uxore, quae in partu perierat, alteram duxit; puerum rus misit. ex illa subinde filium sustulit. utrumque puerum ruri educavit; post longum tempus redierunt similes. quaerenti matri, uter eius sit, non indicat. accusatur ab ea malae tractationis.

Quid fletis, pueri? securi estote; non memini. iam lites sunt, et nondum indicavi. qualis eris noverca, quae sic fieri cupis? alter tuus est, alter tui frater est, et si per te licuerit, neuter privignus est. dum alterius vis esse mater, utriusque es noverca. si coegeris, mentiar: non mater, sed noverca decipieris. hos ipsa noluit natura distingui. indicarem, nisi tam pertinaciter quaereres. 'hic tuus est': quid alterum novercalibus oculis intueris? 'ille tuus est'. uni tibi contigit, ut habeas privignum et non sis noverca.

Pars altera. Malae tractationis agit; filius enim rus ablegatus a patre et educatus est sic, ut ignotus esse posset et matri. tibi rediit uterque filius, huic uterque privignus; eo crudelius filio caret, quo propius accessit. times huius iniquitatem, cum iniquus

**MP**$\alpha\beta\gamma\nu$ 1 pallio **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 5 duxit aliam **S**$\alpha\beta\gamma$ || rus *rad. corr. ex* russū *vel* rursū *in* **M** || rus $\alpha$ || subinde (de *scr.* **M**$^2$) **M** || 7 puerum *om.* $\alpha$ || ruri] *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ rus **P** || lungum **P** || 8 eius] suus $\gamma$ || esset non indicauit $\alpha\gamma$ || 10 non me nunciante lites **S**$\alpha\gamma$ || 11 et *om.* $\gamma$ || indicati **P** indicauit $\gamma$ || erit **P** || sic *om.* $\alpha$ || 12 est ⟨sed⟩ alter $\alpha\gamma$ sed alter **S** || *post.* est *om.* **P** || parte $\gamma$ || 13 ius esset matri $\alpha$ || 14 cogeris $\alpha$ || hos] nos **P** || 15 indicari **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || pertinatiter **M** || quaereris **M**$^1$**S** *corr.* **M**$^3$ inquireres **P** || 16 alterum *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ || oculis *om.* **P** || *post* ille tuus est *Senecam certe nonnulla verba addidisse, quae antecedenti enuntiato* quid ... intueris? *opponerentur, intellexit Thomas Herm. 21, 43* || 17 ueni $\alpha$ || contingit **P** || 18 ager $\gamma$ || enim] eius **S** es $\alpha$ || allegatus **P** || 19 adducatus **P** eductus **S** || 20 *post. loco* uterque *(ras.)* **M** || eo] quo **MP**, quae eo *Bs* || 21 prius **P** || timis **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$

ipse magis ames eum, cui alterius donare vis matrem, quam cui non vis suam reddere.

Extra. Quod ad colorem pertinet viri, Hispo Romanivs et Silo Pompeivs hoc usi sunt: nescio || et ideo non indico. quidam miscuerunt et utroque usi dixerunt: nescio, sed etiamsi scirem, non indicarem, quod Latro et Cestivs. sed Asinivs Pollio neutrum colorem probabat. si dicit, inquit, 'nescio', nulli fidem facit: uxor ipsa non quaereret ab illo, nisi ille scire posset. dici enim contra virum potest: quaere a nutrice, a paedagogo. verisimile non est neminem domi esse, qui sciat. ille autem mixtus color utrumque corrumpit, et ignorantis fidem et non indicantis fiduciam. nam cum dicit 'etiamsi scirem, non indicarem', efficit, ut illum scire iudex putet; cum dicit 'nescio', efficit, ut videatur indicare debere, si scit. ipse autem hoc colore usus est, quem aiebat simplicissimum: scio, sed non indico, quia pueris hoc utile est; et tuo filio: magis amaturus sum eum, qui matrem videbitur non habere.

## VII.

### TYRANNICIDA ADVLTER TYRANNI.

Tyrannicidae praemium.

In adulterio deprehensus a tyranno gladium extorsit tyranno et occidit eum. petit praemium. contradicitur.

Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrannus armasset. cuius adulter non fuit, qui etiam tyranni fuit? inputat nobis, quod

**MPαβγν** 1 ipse *om.* γ uis donare α || 2 reddere suam α 3 dolorem γ | Hispo Romanius] γ; hisporomanios **M**[1]**Sν** ispomanios **M**[3]**P** hispo romanus α isporomanis β | 4 dico ⟨tibi⟩ αγ || 5 et ⟨etiam⟩ γ | 6 indicarem ⟨tibi⟩ αγ | custus **M**[1] *corr.* **M**[2] | pollio (i *corr. ex* o) **P** | 8 enim] tamen α | 9 nutricae **M**[1] *corr.* **M**[3] nutrice ⟨et⟩ γ | 10 autem *om.* α | ⁄⁄mixtus **M** || 11 fidutiam **M** 13 iudex scire αγ || scire *rad. corr. ex* sciret **M** | dico α 14 debere *om.* α agebat **MPSα** || 15 simplicissimu **M**[1] *corr.* **M**[2] ⟨esse⟩ simplicissimum γ 16 magis ⟨enim⟩ **S** || ⟨enim⟩ sum γ | non uidebitur α | 22 cd **MS** contradicit **P** | 23 armarset **M**[1] *corr.* **M**[3] || 24 uobis αγ quoniam α

deprehensus in adulterio mori noluit. tyrannicida noster iure occidi potuit a tyranno. certamen in pari condicione contractum publica fortuna distraxit. non innocentior vicit, sed fortior. tulit secum tyrannus gladium; sic enim occisuri veniunt. cur solus ad praemium venis? tyrannum certe occidisti cum adultera. non loricam clipeumve sumpsit, sed tenuem ac perlucidam vestem; perfusus unguento intravit cubiculum, in quo tyrannum non esse diligenter agnoverat. tyrannicida noster ne tyrannum inveniret optavit. ducat tyrannicidam in arcem tyrannus, non uxor, odium, non amor; ascensurus ferat animum, ferat ferrum; eat illo, ubi inveniat tyrannum. omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. saepe honorata virtus est et ubi eam fefellit exitus; scelera quoque, quamvis citra exitum subsederint, puniuntur; nec infelix virtus amittit gloriae titulum, nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. numquam maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret, si illud etiam libido promitteret. novo inauditoque more pugnabant, tyrannicida pro adulterio, tyrannus pro pudicitia. occidisti tu maritum, fortuna tyrannum. tyrannum cadere rei publicae volo: occidat illum civis iratus, misceat maledicta vulneribus, qualia in adulterum maritus *iacere solet, non qualia in maritum* adulter. at *tu* ab adulterae osculis ad praemium curris: nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat tyrannum. populus Romanus veneno vinci hostem noluit, prodi-

**MPαβγν** 1 uester **M** | iure *om.* **P** | 2 in pari░ *(fuit aut* parii *aut* paru) **M** impari **α** | conditione **Pα** | 4 securus **P** | sio **P** | octisuri **M** | 5 terte **M**[1] *corr.* **M**[3] | non] ratio **α** | 6 prolucidam **P** perlucidissimam **α** | 7 ungento **α** | 8 uester **α** | 10 eat] e░at (r *eras.*) **M** | 11 voluntas] firmitas **P** | 12 et *om.* **γ** | 13 citra quamuis **α** | felix **γ** | 14 amitit **M** | nec gloria **α** | intercepit **P**[1] | 15 prudentia *(sup.* a *virgula eras.)* **M** | numeribus **P** | 16 si] sed **γ** | 17 nemo **γ** | adulterio ⟨et⟩ **α** | 19 eum **α** | civis] qui et **P** | 20 adulterium **α** | *verba* iacere solet (*fort.* *conicit), non qualia in maritum *(v. 21) add. Gz* | 21 *adulter. at tu] *Gz* (adulter. tu); adulterat **MP** attulerat **Sαβγν**, contulerat *Pincianus*, conferat *Thomas, fort.* ⟨ferat arma⟩, (qualia . . .) tulerat *Gr* | oculis **Pγ** | 22 inuitetur **S** imitatur **α** | 23 populus Romanus] populus res . p̄ . **MP** . r . p . **S** | hostem **M**[1] hosteū **M**[3] | nolut **M**[1] *corr.* **M**[3] uoluit **S**

tione noluit. honorabo subitum tyrannicidium, non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera. Non habebas, inquit, ferrum. quid enim tyranno profuit quod habuit? in eo, qui inermis ad tyrannum venit, non virtus minor est, sed periculum maius. non *est, quod* quaeras, quid in arcem tulerim; tyrannicidium rettuli. non est gladius meus; sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyrannicidium meum est. adulterium vocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium? diligenter arce munita occasionem requirens temptavi servos, temptavi amicos; per uxorem solam refulsit occasio. non putavi adulterium ¦ uxorem tyranni polluere, sicut nec homicidium tyrannum occidere. ferrum in arcem ferre periculosum erat, invenire facile. si tyrannum, inquam, invenero, obvia quaelibet res telum erit. certe semper secum solet habere ferrum tyrannus. gladius inter duos fortioris est. quam sollicitus adulter fui, ne non deprehenderer!

## VIII.

### PATRONVS OPERAS REMISSAS REPETENS.

Per vim metumque gesta irrita sint.

Bello civili patronus victus et proscriptus ad libertum confugit. receptus est ab eo et rogatus, ut operas remitteret. remisit consignatione facta. restitutus indicit operas. contradicit.

**MP**$\alpha\beta\gamma\nu$ 1 uoluit $\alpha$ *om.* **P** ‖ honorabo *corr. ex* honerabo **M** ‖ tyrannicidam $\alpha$ ‖ 2 coactum] actum **P** 4 eo] quo **MP** ‖ quod $\gamma$ ‖ ermis **P** · uenitur **P** ‖ 5 maius] minus **P** ‖ non est, quod] *Ml;* non **O**, *fort.* * nolo *(cf. p. 239, 22)*, *fort.* no *Gz* ‖ 6 rettuli] *Schott* (retuli); detuli (tuli $\beta$) **O** 7 *verba* sed manus mea est *om.* $\gamma$ ‖ *verba* sed animus meus est *om.* $\alpha$ ‖ *post.* est *om.* **S** ‖ 8 est *om.* $\alpha$ ‖ adulterium *corr. ex* adulterum **M** ‖ 9 quo] quod $\gamma$ ‖ 11 *priore loco* uxore▨ **M** ‖ 13 arce $\alpha$ ferre *om.* **P** ‖ inquem **P** 14 nuenero **P** erit] ait $\gamma$ ‖ 15 solet secum **P** ‖ forcioris (is *corr. ex* es) **P** ‖ 16 est] sit $\alpha$ non *om.* $\alpha\gamma$ ‖ deprehenderet **P** ‖ 18 dimissas operas $\alpha$ ‖ dimissas **M**[1]**S**$\alpha\beta\nu$ demissas **M**[2] 19 me▨tumque (s *eras.*) $\alpha$ ‖ irrita▨▨ (ta *eras.*) $\alpha$ sunt **P** ‖ 21 receptusque **P** ‖ est *om.* $\alpha$ ‖ et] etiam **P** ‖ opera dimitteres **P** ‖ 22 indicit] inducit **S** exigit $\alpha$ ‖ 23 cd **M**

Patronus a liberto restitutionem peto. si pacisci tunc a me voluisses operas, spopondissem. bona bello perdidi, ad restitutionem nudus veni; nunc libertorum operas desidero. profer tabellas illa proscriptionis tabula crudeliores: persequebatur illa quos vicerat, hae persecutae sunt quos receperant; in illa ultio fuit, in his perfidia; denique illa iam desiit, hae perseverant. non mea, inquit, sed aliena vis fuit. aeque dignus est poena qui ipse vim adhibet et qui ab alio admota ad lucrum suum utitur. in hunc primum incidi et, dum timeo, ne offenderem, secutus sum hoc exigentem. non recepit me, sed inclusit. nihil est venali misericordia turpius.

Pars altera. Nihil tibi opus est potestas: scis tibi illum parere, etiam cum cogi non potest. quaslibet indicas operas, numquam tamen indices tam periculosas, quam indixisti. habeo iudicia tua; bene de servo iudicasti: manu misisti; bene de liberto: proscriptus mihi potissimum te commisisti. si noluissem patronum habere, potui. unus ex proscriptis fuisti, qui tunc posses etiam rogari. restitutio tibi proscriptionem remisit, non quidquid in proscriptione gessisti rescidit.

Extra. Omnes invecti sunt in libertum. Varivs Geminvs et Otho Ivnivs egerunt lenius, ut patronus remissurus videretur

**MPαβγν** 1 pascisci **P** paci *γ* ‖ 2 operam (am *corr. ex* as) ⟨si⟩ *α* ‖ spopendissem $M^1$ *corr.* $M^3$ spondidissem *γ* ‖ roma belli *γ* ‖ 3 libertinorum **P** ‖ proh fera bella sillane *γ* ‖ 4 credeliores $M^1$ crudelior es $M^3$ ‖ prosequebatur **S***α* ‖ 5 hae] haec $M^1$ *corr.* $M^3$ haeae **P** hee *β* ‖ reciperant $M^1$ *corr.* $M^3$ deceperant **P** ‖ in illa] inlla **P** 6 perseuant *α* ‖ 7 alienigena *α* ‖ atque **MP** ‖ pe $P^1$ pena $P^2$ ‖ qui] que $M^1$ *corr.* $M^3$ qua **P** ‖ 8 adibet **P** ‖ et] ut **O** ‖ amota **P** ‖ utitur] imittatur **P** 9 et *om.* *α* ‖ ostenderem *γ* ‖ 10 *verba* nihil . . . turpius *(v. 11) om.* **P** ‖ uenale *α* ‖ 12 scis tibi] *Bs;* scisti **MPS***βγν* scistis *α* ‖ parare $M^1$ paraere $M^2$ *corr.* $M^3$ parem *α* ‖ 13 cum] $M^3S$; com $M^1$ con **P***β* si *αγν* ‖ indicas] indicis **P** ‖ 14 indices *corr. ex* udices **P** induces **S** ‖ tam] iam $P^1$ *om.* *α* ‖ periculosus $M^1$ *corr.* $M^3$ piculosas **P** ‖ induxisti **S** ‖ iuditia **P** ‖ 15 indicasti *γ* ‖ manu[illegible]. misisti (m *eras.*) **M** ‖ 16 mihi *om.* *γ* ‖ ⟨ei⟩ te *γ* ‖ commisti $M^1$ *corr.* $M^3$ ‖ uoluissem **P** ‖ 17 unus proscriptus **P** ‖ ex] et $M^1$ *corr.* $M^2$ ‖ etiam posses *α* ‖ nosses **P** ‖ 18 restitue $P^1$ restituo $P^2$ ‖ 21 Otho Iunius] *γ*; othouius (octouius *ν*) **O** ‖ uidetur *α*

operas, si obtinuisset. nam Otho dixit: sine me iudicio meo videri remisisse; faciam, remittam. quid me sic times, tamquam invitus promiserim? contra Cestius ait: tunc eiusmodi utendum coloribus, ubi verendum est, ne videamur rem duram postulare, ubi contra honestam personam promissione iudex molliore fallendus est. quid in hac persona veremur et causa nisi hoc unum, quod ex hoc colore metuendum est, ne, si volumus hoc remittere, et voluisse videamur? ||

**MPαβγν** 1 indicio *α* || uideris **S***γ* || 2 remisse **P** se misisse *α* emisse *γ* 3 utendum ⟨est⟩ *α* || 5 promissio **M**[1] *corr.* **M**[2] promisso *αγ* || molliora *α* || fallendum *γ* || 6 nisi] non **P** || *prius* hoc *om.* **S** *utrumque* hoc *om.* *γ* || 7 colere **M** || etiam uideamur uoluisse **S***α* || explicit liber . IIII . incipit . liber . V . **M** explicit l . quartus incipit V . *α*

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI QVINTI.⟩

### I.

### LAQVEVS INCISVS.

Inscripti maleficii sit actio.

Quidam naufragio facto, amissis tribus liberis et uxore incendio domus, suspendit se. praecidit illi quidam ex praetereuntibus laqueum. a liberato reus fit maleficii.

Tres, inquit, liberos perdidi. utinam et illos servare potuissem! vive; mutantur vices felicitatis humanae: proscriptus aliquando proscripsit. victi fugiunt, proscripti latent, naufragi natant. amisi, inquit, uxorem, liberos, patrimonium. tu putabas te ea condicione accepisse, ne perderes? ludit [de] suis fortuna muneribus et quae dedit aufert, quae abstulit reddit nec umquam tutius est illam experiri, quam cum locum iniuriae non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia victus acie vixit. maius tu tuum putas esse naufragium? Crassus vixit; et non privatas perdiderat, sed publicas opes. omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. tolle

**MPαβϑνπ** *π = codex Parisinus (bibl. nat. lat. 8717) saec. XIII; librum contulit Guil. Meyer Turicensis* ‖ 6 fit **α** ‖ 7 uxorem **α** ‖ 9 maleficio **P** ‖ 10 utinam] uter **α** ‖ 11 imitantur **P** ‖ felicitatis uices **P** ‖ proscriptus *corr. ex* perscriptus **M** ‖ 12 proscribit **P** ‖ enatant *Gz* ‖ 13 ⟨an⟩ tu *Bs* ‖ ea *rad. corr. ex* dea **P** ‖ 14 condicionae **M** ‖ de *del. Gz* ‖ fortuna de suis **α** ‖ 15 aufert ⟨et⟩ **α** ‖ 16 tutius *corr. ex* totius **M** ‖ illam *rad. corr. ex* ullam **M** eam **απ** ‖ haberet gn̄ **α** ‖ 17 pars alia **M**[1] farsalia **M**[3]**P** thasalia **α** thesala **π** ‖ uixit ⟨mortem tuorum uel (uel *om.* **π**)⟩ maius **απ** ‖ 18 grassus **M**

spem hominibus, nemo victus retemptabit arma, nemo infeliciter experta negotiatione alios appetet quaestus, nemo naufragus vivet. spes est ultimum adversarum rerum solacium. ut viveres, natasti. miseritus sum nec in te amplius quam periculum cogitavi: non attendi incendium, non orbitatem, aut si attendi, memineram te post illa vixisse. non visus est mihi moriendi animum habere: elegerat locum, in quo interpellari posset.

Pars altera. Tot ille fundorum dominus aliena arbore suspendo laqueum. de fortuna nihil queror: mori permittit. 'nunc' inquit 'morere'. iniuria est, ut, qui meo arbitrio debui, tuo moriar. amisi uxorem, liberos, patrimonium; fortuna mihi nihil praeter laqueum reliquit, iste nec laqueum. sumpsi instrumenta mortis solitudinem et laqueum, alterum aptum morituro, alterum misero. quisquis intervenis, si amicus es, defle, si inimicus es, specta. cum a me iste accusetur, graviorem de me quam de reo ferte sententiam: ego ut moriar, iste ne prohibeat. ne haec narrarem, mori volui. praecidit remedium meum. si qua est fides, non enatavi, sed eiectus sum. nihil iam timebam nisi vivere. domus meae fata claudo, nullo miserior quam quod ultimus morior. cui me vitae reservas? ut aedificem? aspice incendium. ut navigem? aspice naufragium. ut educem? aspice sepulchrum. in tam calamitosa domo feliciores fuistis, uxor et liberi: vobis mori contigit.

**MP**αβνπ 1 hominibus] βν; omnibus **O** retemptauit **MP** retemptabat π 2 experca **M** appeteret questus **P**π 3 spes est] spest **M**[1] *corr.* **M**[2] aduersarium **P** aduersariorum π solatium **O** 4 misertus **PS**α in *om.* **M**[1] *add.* **M**[2] 5 adtendi **M** atendi **P** adtendi **M** 6 post] plus **P** illam π habere: elegerat] *Kss;* haberet legerat **M** habere legerat **PS**α habere legat i. e. eligat β[1] habere legeras (*sic* νπ) i. e. elegeras β[2] 8 tot] tollit **S** tulit α tollat βπ fundarum **M**[1] *corr.* **M**[3] domus **M**[1] domnus **M**[2] *corr.* **M**[3] 9 quaeror **P** quid **M**[1] inquid **M**[2] 10 ut qui meo *bis scr.* (*post. loco del.*) **M** 11 amisi *corr. ex* amisio **M** libens π mihi *om.* απ 12 ininstrumenta **P** 14 *prius* es] αν; *om.* **MPS**βπ es, specta] expecta **P**[1] es pecta **P**[2] specta βπ gumane **P** 15 accusatur α accusetur iste π de me] deinde **P** de] da **P**[1] reo ferte] re afferet **P** 16 *prius* ne] no **P**[1] hoc π 17 si quem fides unum enataui **P** fides est απ 18 mea **P** facta **MP** fato α 19 daudo **M** uite **MPS**β, vita *Pincianus* 21 *calamitas a* **M**[1] *corr.* **M**[3] 22 filiciores **M**[1] *corr.* **M**[2] uoxor **M** contingit **P**

## II.

### GENER INIMICI DIVITIS.

Pauper, cum haberet filium et divitem inimicum filiam habentem, peregre profectus est. rumor fuit de morte eius. filius cum divite in gratiam rediit et eius filiam duxit. reversus pater || cogit illum uxorem repudiare; nolentem abdicat.

Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit. ego diu non credidi de nuptiis tuis. desertor patris, inimici cliens, uxoris mancipium, non flevisti patrem, non quaesisti; sic inimico placuisti. rumor, inquit, fuerat te decessisse. mirabar, si talem uxorem vivo patre habere potuisses. non quaeris, ubi perierim? mors mea tibi debet esse suspecta: inimicum habeo. quis alius hanc famam potuit inmittere, nisi qui me vivo filiam conlocare non poterat? non times, ne inter ipsas nuptias tuas patris ossa referantur? tot servi secuntur, tot liberti, tot clientes, ut quidquid dixerit rumor sit. Fabricius aurum a Pyrrho accipere noluit; beatior fuit [ille] animo quam ille regno. plures insidias in itinere fugi, et factum dives, quod faciendum mandaverat, credidit.

Pars altera. Vanum gloriae genus odium divitiarum. mortales esse inimicitiae debent. Scipio Gracchi inimicus et tamen postea

**MPαβνπ** 2 pauper inimicus diuitis **απ** || 5 filius *om.* $M^1$ *add.* $M^3$ || 6 u//xorem (o *eras.*) **M** | 8 credat **π** || *verba* quo . . . sit *om.* **P** *(vacuum spatium 12 litt.)* || credit odolorem $M^1$ *corr.* $M^3$ || 9 deserto $M^1$ *corr.* $M^2$ || patris (p *corr. ex alia littera* $M^2$) **M** || inimicis (s *del.*) **P** || 10 u//xoris (o *eras.*) **M** || quesisti **π** || 11 *verba* rumor . . . decessisse *om.* **π** || fuerat (u *in ras.* $M^3$) **M** || mirarbar **P** | *verba* mirabar . . . potuisses *(v.12) post* nuptiis tuis *(v.9) transp. Gz* || 12 u//xorem (o *et* u *sup.* o *eras.*) **M** || non] num *Schott* || perierint **P** || 13 tibi *bis scr. (priore loco del.)* **M** || 14 hanc] habeat **π** || inmittere *corr. ex* imitere **M** || nisi *corr. ex* nici **M** || me *om.* **α** || 15 num times **α** || time me **P** || 16 servi secuntur] serui// //fecuntur (*corr. ex* feruntur) (s re *eras.*) $M^1$ *corr.* $M^3$ serui feruntur **P** || liberti] **π** *(Bs)*; liberi **O** || dientes **M** || ut] ubi **α** *om.* **S** || 17 pyrro (*corr. ex* pyro **M**) **MP** pirro **Sαβ** piro **ν** || accipere *om.* **S** || 18 *ille *del.; om.* **S**, *fort.* ipse *C. Schenkl* || ille] illo **S**, *fort.* *hic (*servato antea* ille) *Morgenstern* || 19 et// **M** *om.* **α** || factus **P** || 21 gracci **MPSβ** graci **α**; cf. Liv. 38, 51, 3 seq.

socer. cuius vitio inimicitiae contractae sint, apparet: ille amat filium tuum, tu nec tuum.

Extra. Senianus rem stultissimam dixit: dives me semper contempsit, numquam nisi pro mortuo habuit. ut aliquid et ipse simile Seniano dicam, post hanc sententiam semper Senianum pro mortuo habui.

## III.

### FRATRES PANCRATIASTAE.

Malae tractationis sit actio.

Quidam duos filios pancratiastas instituit; eduxit ad Olympia. cum conpositi essent, ut simul pugnarent, accessit ad pugnantes pater et ait abdicaturum se, si quis perdiderit. conmortui sunt iuvenes et decreti his divini honores. reus fit pater malae tractationis ab uxore.

Tertius sine sorte pugnasti et utrumque vicisti. stetit cruentus pater; iam perierant et adhuc minabatur. moriuntur non alter ab altero, sed uterque a patre. misera mater non odisse non potest, qui filium suum occidit. iuvenes invicti, nisi habuissent patrem. pii iuvenes nec parricidium patri negare potuistis. vincere propter parricidium nolunt. vinci propter abdicationem.

**MPα β ν π** 2 *prius* tuum *om.* **M**¹ *add.* **M**³ tu nec] *in ras. scr.* **M**³ tenet **P** nec tu **S ν** 3 seni⸗in **M**¹ *corr.* **M**² semanus **α** scenianus **π** ‖ 5 sceniano **π** semano simile **α** ‖ saenianum **M** semanum **α** scenianum **π** ‖ 8 pater **π** pancraciastae **α** 10 quidam *hoc loco om.* **O** *add. man. rec. in* **M**, *quae a* **M**² *et* **M**³ *diversa est;* quidam *post* filios *exhibent* **β ν** folios **P**¹ ‖ pancratiastes **β π** et duxit ad olympiam **π** 12 pugnantes *corr. ex* pugnates **M** ‖ et ait] et⸗tit (s *eras.*) **M**¹ *corr.* **M**² et ut **P** se *om.* **π** si ⟨quem⟩ quis **α π** ‖ 13 hii **π** 14 *verba* reus . . . uxore *om.* **P** 15 cercius **P** sorte (s *corr. ex* m) **P** cruentus (t *in ras.* **M**³) **M** 16 non] hic **α** 17 ab *om.* **π** ‖ utrumque **P** non *om.* **M** 18 suum *om.* **P** inuictutisi **M**¹ *corr.* **M**³ inuicti (ti *corr. ex* tum) si **P** inuicti sunt si **α** inuicti non **S π** 19 paricidium (*et sic semper* r *pro* rr) **π**; *cf. M. Voigt, Ueber die Leges regiae 57 (Abh. d. phil.-hist. Classe der Kgl. sächs. Ges. d. Wissensch. VII 611)* ‖ 20 ab⸗dicationem **M**

'abdico eum, qui victus erit'. demens, meliorem abdicaturus es. invoco Iovem, cuius Olympia parricidiis polluta sunt.

Pars altera. Non facturus dixi et, si facturus, pro gloria dixi. non debeo in invidia solus esse, cum luctus communis sit. omnes aiebant fratres conlusuros. minatus sum, non ut filiis metum inponerem, sed ut populo satis facerem.

## IIII.

### DAMNATVS PARRICIDII ALLIGANS FRATREM.

Qui falsum testimonium dixerit, vinciatur apud eum, in quem dixerit.

Ex duobus filiis profectus est cum uno pater; adulescens solus rediit. accusatus est a fratre parricidii et damnatus. diebus festis intercedentibus poena ex lege dilata est; rediit pater. accusavit damnatus fratrem falsi testimonii et obtinuit et vinxit. cogit pater, ut vinctum solvat; nolentem abdicat.

Falsum, inquit, in fratrem testimonium dixit. si vis grave illius crimen facere, te exorabilem praesta. crudelis in fratrem miraris, si in te parricidium creditum est? ergo ego duos filios habere non possum? adulescens, iam potes et parricidium facere.

**MPαβνπ** 1 fuerit **π** ‖ est **α** ‖ 2 inuoco **π** ‖ polluta] *Bs;* absoluta **O**, *fort.* ab isto ⟨pol⟩luta *Gz* ‖ 3 *prius* dixi] ⟨sic⟩ dixi **P** ‖ si dixi pro gloria ⟨eorum⟩ dixi **α** ‖ 4 cummunis *corr. ex* cummunus **M** ‖ 5 agebant **MPS** ‖ conlusuros *corr. ex* conlusoros **M** collusores **β** cum luxuriosos **P** conlusuros ⟨esse⟩ **S** colli(clu **νπ**)suros (fratres *hoc ordine*) **ανπ** ‖ mecum **P** ‖ ponerem **α** ‖ 6 populo‹›(s *eras.*) **M** ‖ 8 abligat **α** alligat **π** ‖ patrem **α** ‖ 11 ex] e **α** ‖ cum uno profectus est **α** ‖ 12 solus rediit *om.* **π** ‖ patricidii **α** ‖ 13 intercidentibus **π** ‖ 14 dilata (i *in ras.* **M**[3]) **M** delata **α** ‖ 15 uixit **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 17 testimonium in fratrem **P** frater testimonium **απ** ‖ 18 crimen illius **π** ‖ facere, te] face‹› *(4 litt. eras.)* **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ crudelem fratrem miraris si suspectum parricidium conditum **P** ‖ 19 in te] inter **M** ‖ ego *om.* **απ** ‖ 20 adolescens *(sup.* o *aliquid eras.)* **M**

alligatus est alter filius, quia non revertebar, alter, quia redii. numquam solves fratrem? si talis es, nihil testis mentitus est: parricida es. non impio in te, sed in patrem pio animo dixit: suspectum habuit, quod reliqueras patrem. inter catenas filii mei iaceo eodem clausus ergastulo. ingrate, testem tuum simul alligasti.

Pars altera. Meo periculo solutus, meo alligatus vix solvi poterat, si testimonium falsum pro fratre dixisset. parricidium de patre finxit, de fratre commisit. venisse patrem mihi carnifex nuntiavit. parricida sum, sicut obicitur, *si* huic leviter irascor. miraris, si eum fratrem alligare possum, qui me potuit occidere? ingrata erat ipsa poenae meae dilatio: expectare gravius videbatur quam pati; imaginabar mihi culleum, serpentis, profundum.

## V.

### DOMVS CVM ARBORE EXVSTA.

Qui sciens damnum dederit, quadruplum solvat, qui inscius, simplum.

Dives pauperem vicinum rogavit, ut sibi arborem venderet, quam sibi dice‖bat obstare. pauper negavit; dives incendit platanum, cum qua et domus arsit. pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo simplum.

Excitatus flammarum sono, vicinorum primo fidem imploravi. arbor ramis excurrentibus totam domum texerat. 'non potest

**MPαβνπ** 1 allegaus **P** ‖ *priore l.* alter (t *in ras.* **M**$^3$) **M** ‖ *post.* alter] ali **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ reuertebatur ⟨pater⟩ alter qui iam rediit **απ** ‖ 2 soluas **MP** solue **Sβ** ‖ talis est si nichil **P** ‖ mentita **MP** ‖ 3 patre **α** ‖ 4 habet **α** ‖ reliqueres **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ relinqueras **Sπ** ‖ cathenas **P** ‖ 6 solutus ⟨sum⟩ meo **απ** ‖ 9 sicū **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ obicit **Pα** ‖ si *add. Bs* ‖ huic] *Ml;* hoc **O** ‖ 10 miraris *om.* **P** ‖ putauit **απ** ‖ 11 ingraco **P** ‖ pene *corr. ex* bene **P** ‖ 12 serpentis *corr. ex* serpentes **M** serpentem **π** ‖ 15 solvat] puniatur **π** ‖ insciens **Sα** nesciens **π** ‖ 17 sibi *om.* **π** ‖ 18 dicebat *om.* **P**; *post* dicebat *vacuum spatium 25 litterarum in* **M** ‖ 19 incedit **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ plaanum **P** ‖ 20 ⟨et⟩ pro **α** ‖ 21 primo *om.* **π** ‖ imploravi] exploraui (aui *in ras.* **M**$^3$) **M** explorauisse (sse *del.*) **P** exploraui▨▨ *(2 litt. eras.)* **α** ‖ 22 arbor (r *corr. ex* b) **P** ‖ ramis *om.* **α**

exorari; incendatur'. est hoc inpotentiae, sine fine concupiscere, sine modo irasci. 'non potest expugnari precibus; expellatur ignibus'. nihil inter te et pauperem interest, si iure agamus. liceat et pauperem gaudere prospectu. vos possidetis agros, urbium fines urbesque domibus impletis; intra aedificia vestra undas ac nemora conprehenditis. nihil lautius occurrit oculis tuis quam ruinae meae. domum perdidi, qui carere ne arbuscula quidem poteram. deliciis tuis, dives, ardebimus? oculis voluptas incendio quaeritur et prospectus ignibus relaxatur. 'prospectui obstabat'. quid? inambulantibus nobis non obstant servorum catervae? excitati in immensam altitudinem parietes lucem non impediunt? infinitis porrectae spatiis ambulationes et urbium solo aedificatae domus non nos prope a publico excludunt? sub hac arbuscula imaginabar divitum silvas. quantum perdidi, quem fatetur iratus inimicus plus perdidisse quam voluit? non iniquum postulo: eius damno desinat incendium, cuius consilio coepit. scilicet ut domus ad caelum omne conversae brumales aestus habeant, aestiva frigora, et non suis vicibus intra istorum penates agatur annus, ut sint

**MPαβνπ** 1 imprudentiae **π** ‖ concupiscente **P** ‖ 2 irasci (ira *in ras.* **M**$^3$) **M** ‖ expugna **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ uel exorari **P**$^2$ ‖ p̄eibus (i *in ras.*) **M**$^1$ p̄cibus **M**$^3$ ‖ expellatur *Bs;* expellantur **MP** expugnetur **Sαβνπ** 3 te] *Fb;* me **O** ‖ *verba* interest . . . pauperem *om.* **P** ‖ 4 prospectu (c *corr. ex* e [?] *et* u *in ras. scr.* **M**$^3$) **M** prospecta **P** ‖ posidetis **P** ‖ urbes quas **P** ‖ 5 ac] et **απ** ‖ nemora ⟨prospectu⟩ (prospectu *extra versum add.* **M**$^2$) **M** nemora ⟨pro pestum⟩ **P** ‖ 6 letius **απ** ‖ occurris **P** ‖ 7 qua **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ quia **P**$^2$ ‖ carere] rem **P** ‖ ne] nec **M**$^3$**Pα** ‖ delitiis **P** ‖ 8 occulis **P** ‖ inincendio **MPα** ‖ queritur **P** ‖ et *om.* **π** ‖ 9 prospectis **απ** ‖ ignibus] ⟨et⟩ ignibus **π** omnibus **P** ‖ obstubat *corr. ex* obstupat **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ quidni ambulantibus **π** ‖ 10 nobis *om.* **α** ‖ non] num **P** ‖ seruorum obstant **P** ‖ 11 erecti **απ** ‖ 12 *verba* spatiis . . . hac *(v. 13) om.* **P**$^1$ *in marg. add.* **P**$^2$ ‖ et urbium] ░░urbium (*prius* u *corr. ex* i **M**$^3$) **M** *corr.* **M**$^2$ urbium **P**$^{(2)}$ ‖ edicate **P**$^{(2)}$ edificare **π**, inaedificatae *Ml* ‖ 13 uos **απ** ‖ proe **P** ‖ a] aut **α** ‖ excluduntur **P** ‖ arbus░░cula *(2 litt. eras.)* **M** ‖ 14 quantum░ **M** ‖ 15 inimicum **α** iniquo **π** ‖ postu░lo (l *eras.*) **M** ‖ 16 conscilio **π** ‖ coepit] **νπ**; cepit **O** ‖ ut *om.* **Pπ** ‖ ut domus *om.* **P** ‖ 17 omnis **π** ‖ conuerso **M**$^1$ conuerse **M**$^3$ cum **P** ‖ brumalaes **M** ‖ 18 ⟨in⟩ suis **π** ‖ ░istorum (h *eras.*) **M** ‖ ut sint] *Gz;* *om.* **MP** agunt **Sαβνπ**, alunt *Frob*

in summis culminibus mentita nemora et navigabilium piscinarum freta, arata quondam populis rura singulorum nunc ergastulorum sunt latiusque vilici quam reges imperant. maria proiectis molibus submoventur. ne||sciebas, quanta sit potentia ignium, quam inrevocabilis, quemadmodum totas absumat urbes, quam levibus initiis oriantur incendia? etiamsi partem damni dare noluisti, si tamen voluisti partem, in totum, quasi prudens dederis, tenendus es; ex toto enim noluisse debet, qui inprudentia defenditur. si fatereris te scientem ianuam incendisse, si unum tignum, puto, tota domus intellegeretur ex parte; nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. atqui pars domus est arbor, quae in domo est.

Pars altera. Pestilentem mihi faciebat domum arbor: caelum omne, per quod salubris spiritus venire posset, obduxerat. rogavi pauperem et dixi: nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurimum non recisa. quid ad te illi rami pertinent, qui extra domum sunt? quasdam partes domus meae rami premebant; iam etiam quosdam parietes moverant. scitis, quanta vis sit arborum; muros discutiunt.

## VI.

### RAPTVS IN VESTE MVLIEBRI.

Inpudicus contione prohibeatur.

Adulescens speciosus sponsionem fecit, muliebri veste

**MPαβνπ** 1 nemorum **P** | 3 vilici] **M**¹; uillici **M**³**PS** ⟨nunc⟩ uill(uil **π**)ici **ανπ** | proiec//is **M**¹ *corr.* **M**³ proiectus **P** pro////iectis *(2 litt. eras.)* **α** 4 submouentur *corr. ex* submouetur **P** || neciebas **P** | quem **M**¹ *corr.* **M**³ 5 assumat *corr. ex* absumat **P** | 6 etiam **P**¹ etsi **απ** || pertem **M**¹ *corr.* **M**² || noluisti **P** || 7 voluisti] noluisti **MPν** || tantum **α** || 8 es *om.* **P** || prudentia **α** 9 fateretur iste (ipse **π**) **απ** || scientiae ⟨se⟩ **α** || incedisse **α** || *verba* si unum tignum *hoc loco om. et post* parte *(v. 10) exhibent* **O**; *transp. Herv* | 10 tota *corr. ex* tata **M** || 11 unum **M**¹ *corr.* **M**³ | rem *(sup.* m *virg. eras.)* **M** || se *om.* **π** | 12 est domus **π** || 13 pestilem **P**¹ | mihi *om.* **P** || dmum **P** 14 pro quo **π** || possit **M**¹ *corr.* **M**² || 16 ad *corr. ex* at **M** || illi *om.* **α** rami illi **PS** || 17 quasdam (d *corr. ex* t) **M** || rami] *4 litt. eras. in* **P** || p//ibebant (h *eras.; vid. fuisse* perhibebant) **M** pmebant **M**¹ | 18 quante **M**¹ *corr.* **M**² || 22 prohibebatur **P**¹ | 23 adolescens *in ras. scr. (sup. hoc vocab. 12 litt. eras.) in* **M** || veste *om.* **M**¹ *add.* **M**²

se exiturum in publicum. processit; raptus est ab adulescentibus decem. accusavit illos de vi et damnavit. contione prohibitus a magistratu reum facit magistratum iniuriarum.

Muliebrem vestem sumpsit, capillos in feminae habitum conposuit, oculos puellari lenocinio circumlevit, coloravit genas. non creditis? at qui non ‖ crediderant, victi sunt sponsione, et hoc de sponsione forsitan venerit, ut auderet inpudicus contionari. date illi vestem puellarem, date noctem: rapietur. sic illum vestis sumpta decuit, ut videretur non tunc primum sumpsisse. facta totius adulescentiae remitto, una nocte contentus sum: sic imitatus est puellam, ut raptorem inveniret. numquid cecidi? numquid carmen famosum conposui aut, ut proprium genus iniuriae tuae dicam, numquid te rapui? apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium toga exserere. quam longe ab his moribus aberant qui tam verecunde etiam virtute utebantur? constat hunc stupratum, cum damnati sint qui rapuerunt.

Pars altera. Constat semper gravem, semper serium fuisse; sed hoc iocis adulescentium factum est. ceterum tam nota erat verecundia eius, ut nemo iam sine sponsione crediderit.

**MP**$\alpha\beta\nu\pi$ 1 <et> processit $\pi$ ‖ adulescentibus (u *corr. ex* o) **M** ‖ 2 damno $\pi$ ‖ 3 magg. iniuriarum **M** magis iniuriam et **P** magistratum iniuriae (-ie $\beta$ -iarum $\pi$) $\alpha\beta\nu\pi$ iniurie magistratum **S** 4 feminee *(tert.* e *del.)* **P** ‖ 5 lenotinio **P** ‖ circumlevit] *Gz;* circum(-con **P**)dedit **O** ‖ 6 creditus **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ at] *Gz;* et **O** ‖ qui non] quin **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ uincti **P** ‖ sponsionem $\pi$ ‖ hoc] *fort.* hic *Ml; cf. ad p. 45, 16* ‖ 7 forsitam **MP** ‖ venerit] *Gz;* uenerat **O** ‖ ut audiret **M**[1] *corr.* **M**[2] non auderet **P** ‖ 8 puella est date nocte $\alpha$ ‖ si illum *corr. ex* sullum (*sup.* su *aliquid eras.*) **P** ‖ 9 non *om.* **P** ‖ tunc (tum *corr. ex* dum $\alpha$) primum <uestem> sumpsisse $\alpha\pi$ ‖ 10 contemptus **P** ‖ 11 puellam *om.* **P** ‖ numquit **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 12 famosum carmen $\pi$ ‖ 13 forens//ia (t *eras.*) **M** ‖ 14 autpicabatur **M**[1] auspicabatur **M**[2]**PS**$\pi$ aspicabantur $\beta$ ‖ putabat **M**[1] (*corr.* **M**[3]) **S**$\alpha\beta$[1] putabant $\pi$ ‖ ecserere **M** exiere **P** ‖ 15 aberrant $\pi$ ‖ qui tam *corr. ex* quam **M** ‖ 16 hunc *corr. vid. ex* huic *in* **M** ‖ cum (*corr. ex* con) damnati **M** condempnandi $\alpha\pi$ ‖ sint] *Rom;* essent **O**, ei sint *Ml* ‖ rapuerant **P** ‖ 17 nonstat **P** ‖ seruum **P** seuerum $\alpha$ ‖ 18 locis **P** ‖ adolescentum **S**$\alpha$ ‖ é (= est) *vid. scr.* **M**[2] ‖ cetera **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ not///a (t *ex* c *corr. et* a *scr.* **M**[3]) **M** ‖ 19 iam *om.* $\alpha$ non $\pi$, *fort.* rem *Gz* ‖ sponsine **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ credidit **P**

## VII.

### NON RECEPTI AB IMPERATORE.

Nocte in bello portas aperire ne liceat.
Imperator in bello summam habeat potestatem.

Trecenti ab hoste captivi ad portas nocte venerunt, imperator non aperuit; ante portas occisi sunt. imperator post victoriam reus est laesae rei publicae.

Non putavi meos. noverant legem. cur, inquit, trecenti perierunt? immo cur, ne perirent, capti sunt? hos ego interdiu non recepissem nisi victo||res, noctu ne victores quidem. procedens postridie in proelium pugnaturis ostendi trecentos, in quibus nihil laudari potest praeter fugam, nihil desiderari praeter numerum. fugiunt ut leges relinquant, revertuntur ut tollant. populus Romanus Cannensi proelio in summas redactus angustias, cum servorum desideraret auxilia, captivorum contempsit et credidit eos libertatem magis tueri posse, qui numquam habuissent, quam qui perdidissent. nocte quomodo hostem civemque distinguam? quam mihi das notam, ut arma cognoscam? credo in insidiis hostes fuisse, ut exclusos occiderent, sequerentur admissos.

Pars altera. Infestus trecentis fuit; iniquo conlocavit loco; hoc ne argui posset, non recepit. capti sunt fortissimi duces,

**MPαβνπ** 3 in *om.* **απ** || bello *corr. ex* tello **M** || ⁄⁄portas **M** perituros **P** || ne] non **PSαβνπ** || licet **P** || 4 habebat **P** || potestatem habeat **α** || 5 hoste *corr. vid. ex* haste **M** || nocte *corr. vid. ex* necte **M** || ueniunt **P** || 7 reus] reuersus **α** || est *om.* **π** || reip *corr. ex* reipē **M** || 8 in eos **α** || 9 non perissent **απ** || interdum **α** in die **π** || 10 nec **M**$^3$**Pα** || 11 postridue **P** post triduum **π** || prelium *corr. ex* prolium **M** || pugnaturus (*sic* **Pπ**) *corr. ex* pugnatoris **M** || laudari nihil **απ** || 12 *post.* praeter] praet **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 13 figiunt **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || redeunt ut **απ** || 14 *verba* Cannensi . . . angustias *om.* **P** || proelio **M**$^1$ *prius* o *del.* **M**$^3$ || 17 ciueque **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || destinguam **M** 18 dabis **π** || credo *corr. ex* crede **α** || in *om.* **π** || uisidiis **P** || hoste **π** 19 <et> sequerentur **π** || admissos *corr. ex* amissos **M** || 20 infestus <illis> *trecentis* **απ** || 21 hos **P** || agi possit **MSαβ** agit possit **P** agi possent **νπ**

Regulus, Crassus. haec postrema rogantium vox erat: mitte arma; certe lex non vetat.

## VIII.

### TYRANNVS POST ABOLITIONEM CANDIDATVS.

Conpetitori liceat in conpetitorem dicere.

Tyrannus dominationem sub abolitione deposuit, ut, si quis obiecisset tyrannidem, capite puniretur. petit magistratum; conpetitor contradicit.

Candidatus anno meo spondeo: nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. cur honores tamdiu non gesserit, narret; per communem deprecor libertatem, *ne* moriar: obicietur tibi, quod occideris civem. vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui, homo magnae nobilitatis, ma|gnae gratiae, ingentis pecuniae. Siciliae fuisse dicitur dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut mugitum ederent, verba non possent. o hominem in sua crudelitate fastidiosum, qui, cum vellet torquere, tamen nolebat audire!

Pars altera. Quidquid egi, quidquid gessi, rei publicae causa feci. peto, ne mihi lex pro me lata noceat, neu quid noceat, quia non obicitur, quod non noceret obiectum. ||

**MPαβνπ** 1 postremo **α** || mittite **π** || 2 <et hoc facere> certe **β** certe <hoc> **ν**, <hoc> certe *Bs* || 4 obolitionem **α** || 5 liceat] luceat <et> **P** || 6 dampnationem **P** || abolicione **M**, ea condicione *O. Jahn; cf. Quint. 9, 2, 97; Quint. declam. p. 88, 19 R.* || sub obligatione dominationem deposuit **π** || 7 obiecisset *corr. ex* obieccisset **M** adiecisset **α** || 9 spondeo *corr. ex* spondio **M** spondere **P** || hoccidetur **M**[1] *corr.* **M**[3] || 10 non *om.* **Pα** || gessisent **P** || 11 narret; <aut ego si narrem,> *Gz* || *ne *add. Gz* || 13 destingui **M** || homo] non *eras. et* homo *in marg. scr.* **α** *prius* magnae] bonae **α** || 14 dicitur fuisse **Pαπ** || aeneis *om.* **α** || tauris <exeis> **α** || 15 hominis **M**[1] *corr.* **M**[3] || urebar **P** urgebat **π** || aederent **M** || 16 possunt **M**[1] *corr.* **M**[3] || ominem *corr. ex* hominem **M** || sua] *fort.* summa *Kss* || crudelitate// (m *eras.*) **M** || cum *corr. ex* co **M** || 17 corquere (?) **M**[1] *corr.* **M**[3] || tamen] non **π** tū *sup. ras. scr.* **M**[3], *in qua fuerat* tam̄ || uolebat **π** || 18 <egri> egi **α** || causa reip . **α** || causa *om.* **π** || 19 nata **P** || neu quid noceat *om.* **α** || quid] quidem **π** || 20 *post.* non *om.* **P** || explicit liber V . incipit liber VI . **M** explicit . quintus . incipit sextus **α**

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI SEXTI.⟩

### I.

### CHIROGRAPHVM CVM ABDICATO.

Abdicato frater chirographum dedit dimidiam se partem daturum hereditatis, si non respondisset. ille tacuit. abdicatur alter a patre.

Tantum aeris alieni habet, quantum vivo patre non possit solvere. vis scire, cuius fidei sis? ne frater quidem tibi sine chirographo credidit. alterius spem moror, alterius fidem. vivo, et iam patrimonium meum divisum est. nisi succurritis, vincet me et ille, qui tacuit. non dissimulo me hodie duos abdicare. chirographum prode, parricidarum foedus et nefariae spei pactum, chirographum danti impium, accipienti turpe, patri periculosum.

Pars altera. In omnem me fortunam, frater, comitem tibi iungam: si militandum, una militabimus, si peregrinandum, una

**MPαβλν** λ = *codex Vaticanus 1773 saec. XIIII; librum contulit Carolus Lehmann* 5 chirografum (*sic semper* f *pro* ph) **M** cyrographum (*sic semper* cy *pro* chi) **αβλ** 6 frater] *Bs;* fratri **MPSβ** ⟨fratri⟩ frater **αλν** chirografum (g *corr. ex* f) **M** cirographum (*sic semper* ci *pro* chi) **PS** ⟨in⟩ dimidia se parte **α** 7 haereditatis **M** hereditatis ⟨promittens⟩ **λ** 8 abdicatus **M**[1] *corr.* **M**[3] 9 eris alieni habet tantum **α** potest **αλ** 10 vis] quis **P** nec **M**[3]**Pα** quidem *om.* **λ** 11 spem moror] spe (*sup.* e *virg. eras.*) moror (morior **M**[3]) **M** *om.* **P** spernor **α** spe morior **ν** alterius *om.* **P** fide **MPαν** 12 et iam] eciam **P** succurretis **α** uincit **λ** 13 et] etiam **α** dissimilo **α** duas **P** 14 parricidarum (*post.* i *corr. ex* a) **M** fedus **O** 16 me *om.* **P** tibi iungam comitem **αλ** 17 peregrinandum (*prius* n *corr. ex* g) **M**

urbes peragrabimus, si cotidianam rogavero stipem, et illam tecum dividam. nolui recentem iram exagitari patris; malui, ut tacendo patrem vinceret. meae partis heres ero, tuae custos. et quia de re maxima melius sibi quisque credit, do chirographum; tu da operam, ut istud magis || a patre accipere quam a fratre videaris. hoc, quod honeste, quod pie gerebamus, tam palam egimus, ut pater sciret. quid enim timerem? ne, si rescisset pater, moleste ferret filium suum hominem avarum non esse, fratrem pium esse? ita mihi contingat patrem utrique nostrum placare.

## II.

### EXVL PATER FVNDO PROHIBITVS.

Exulem tecto et cibo iuvare ne liceat.
Inprudentis caedis damnatus quinquennio exulet.

Quidam, cum filium et filiam haberet, inprudentis caedis damnatus in exilium profectus solebat venire in possessionem vicinam finibus. resciit hoc filius, cecidit vilicum; vilicus exclusit patrem. coepit ire ad filiam. accusata illa, quod exulem recepisset, advocato fratre absoluta est. post quinquennium pater abdicat filium.

**MPαβλν** 1 urbes *om.* **α** || peragrabimus] **M³S**; peregrinabimus (n *eras. in* **M**, -mur **ν**) **M¹Pαβλν** || cottidianam **Mα** || 2 exagitari] **M¹β**; exagitati **M²P** exagitare **Sαλν** || 3 ero] esto **λ** || 4 re] te **α** || do] de **M¹** *corr.* **M³** || tu da] tudam *corr. ex* tadam **M** tradam **P** || 5 istud *corr. ex* istut **M** || 6 *post.* quod] uel **α** et **λ** || 7 *timerem] timebam **O** || quidni? non timebam, *Gz, fort.* *ecquid enim timerem, || ne, si] **Sβ**; nisi **Mα** nisi si **Pν** ut si **λ** || recessisset **P** resciret **Sβλ** rem scisset **ν** || esse: ita *Gz* || 9 contiguat **P** contigerat **α** || utrique *rad. corr. ex* utruterque **M** utrimque **α** utrumque **λ** || placare] **λ** *(Gruter)*; placere (*sup.* ce *litt.* a *vid. scripta fuisse in* **M**) **O**, placari *Pincianus (vg)* || 11 prohibitus fundo **α** || 12 *ne] non **O** || licet **ν** || 13 caedis] est **α** || quinquennium *vg* || *verba* quinquennio . . . damnatus *(v. 15) om.* **P** || 14 caetis **M¹** *corr.* **M³** || 15 profectus ⟨est⟩ **λ** || 16 professionem **P** || resciit] *in marg.* **M²**; rescut **M¹** *corr.* **M³** resciuit **P** || 17 uillicum uillicus **Pαβλ** || coepit] **ν**; cepit **O** || 18 fratre// (m eras.) **α**

Accusator civium me fecit exulem, filius etiam meorum. filiam honestiorem inveni, quod accusata est, servum frugaliorem, quod caesus est. male meruisti de patre, quem exclusisti, de sorore, cui praeiudicio nocuisti, de iudicibus, quos in tam bona timuisti causa. aut tu peccasti aut soror. filius me meus docuit, quod illum non recipio. absoluta est, inquit, me advocato soror. ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses? cum absoluta est quae receperat, damnatus est qui expulerat. filia me patrem iudicavit, servi dominum; uni filio exul fui. ignosce, fidelissime servulorum, et tibi inprudens nocui. quam bonam eius causam putas fuisse, quae ne te quidem advo||cato damnata est? si te herede possum mori, dignus sum, qui tibi etiam hunc servum relinquam. alii exul est, tibi pater est. nulla lex scelus imperat: certe quae *non* fecit absoluta est. lex eum tenet, qui iuvat exulem, non qui patitur iuvari. ignora, dissimula: lex te innocentem esse, non curiosum iubet. si mea causa faciebas, me admonuisses, servum prohibuisses, non cecidisses.

Pars altera. Facere lege prohibente non potui. accusata et absoluta est, quia muliercula videbatur non nosse leges. non pro me timui, sed pro te: res in notitiam hominum pervenerat; captabaris; timui, ne occidereris. vis scire notum fuisse? soror est accu-

**MPαβλν** 1 ciuiume **M**[1] *corr.* **M**[2] ¦ 2 frangaliorem **λ**[1] || 3 caetus **M**[1] *corr.* **M**[3] ¦ 5 me *om.* **MP** || meus *om.* **Sαβλν** || 6 inquit] ut qui **λ**[1] ¦ soror me aduocato **P** || tu] ut **P** || 8 qui] quod **α** ¦ 9 seruus **Sαβλν** ¦ filio] domino **P** ¦ fidelissime *corr. ex* fidelisseme **M** ¦ 10 seruulorum (*sec.* u *corr. ex* o) **P** ¦ impudens **α** ¦ causam eius **α** || 11 patas **M**[1] *corr.* **M**[2] || nec **M**[3]**P** ¦ 12 ▨▨possum (mori *eras.*) **M** ¦ etiam tibi **λ** || etiam qui hunc tibi **α** ¦ seruum hunc **P** ¦ 13 alii *vel* alu **M**[1] alie **M**[3]**P** ¦ exul ē▨ (x *eras.*) **M** exulem **P** || 14 non *add.* *Gz* || *verba* certe quae fecit absoluta est *post* iuvari *(v. 15) transponi iubet Bs* || iuuet **MPS**, iuvit *Ml* || 15 non] nisi **P** || esse *om.* **α** || 16 admouisses **P** āmouisses **λ** || 17 cecidisse **P** || 18 facere] *fort.* pati rem *Gz* ¦ *verba* non . . . est *(v. 19) om.* **P** ¦ 19 nosse *corr. ex* posse **α** ¦ 20 *verba* sed pro te res *om.* **λ**[1] ¦ hominum noticia **α** ¦ notiam **M** nocentiam **P** || uenerat **α** ueneras **λ** 21 occideris **λ** ¦ *accusata* est **αλ**

sata. malui servum frugalissimum caedere quam patrem optimum amittere.

## III.

### MATER NOTHI LECTA PRO PARTE.

Maior frater dividat patrimonium, minor eligat.
Liceat filium ex ancilla tollere.

Quidam, cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit et decessit. maior frater sic divisit, ut patrimonium totum ex una parte poneret, ex altera matrem nothi. minor elegit matrem et accusat fratrem circumscriptionis.

Vnus omnium exheredatus sum dividendo. legisset, inquit, alteram partem. tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater es. lex te dividere, me eligere iussit: aperte, ne minor circumscribatur, timet. sic divisit, ut, si vellem non esse mendicus, relinquerem fratrem in egestate, matrem in servi||tute. non est dividere ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. talis fuit, ut illi coheredem pater ex ancilla tolleret. elige, ut aut patrimonio careas aut scelere. circumscriptores dici solent, qui aliquid abstulerunt: iste nihil reliquit. tu, inquit, voluisti pauper esse. cur ergo queror, si egestate delector? obici, inquit, non potest quod lege factum est. immo nihil nisi quod lege factum est; nam si quid aliter gestum est, per se inritum est. circumscriptio semper

**MP**$\alpha\beta\lambda\nu$ 1 malui ⟨de⟩ (de *del.*) **M** || servum *om.* $\lambda$ || frugalisimum (*prius* i *corr. ex* e) **P** || cedere *corr. ex* cenere **M** || 4 lecta pro patre **S** fundo prohibetur $\alpha$ || 5 frater *om.* $\lambda$ || 6 tollere ex ancilla $\alpha$ || 12 onus **P** || hereditatus $\alpha$ || diuidendo *corr. ex* dicendo **M** || legisses $\lambda$ || 13 patrem **P** || es *om.* $\alpha$ heres $\lambda$ || 14 aparte **M** a patre **P** || circumscribam $\lambda$ || 15 t//met (e *eras.*) **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || essem $\alpha$ || 16 gestate **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || seruitutute **P** || non est *bis scr.* (*priore loco del.* **M**$^3$) **M** || 17 //onus (h *eras.*) $\alpha$ || tale **P**$^2$ || 18 illico heredem (*corr. ex* hedem) **M** illi chohered em **P** || elege **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || aut *om.* $\alpha$ || 19 aliquid] aliud **P** || 20 inquid// (a *vid. eras. esse*) **M** || 21 ego **P** igitur $\lambda$ || quaeror **M** || delector *corr. ex* deletor **M** || 22 *verba* immo . . . factum est *om.* **P** || ⟨ex⟩ lege $\lambda$

crimen sub specie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum est, quod latet, insidiosum. semper circumscriptio per ius ad iniuriam pervenit. lex iubet maiorem dividere, minorem eligere: nec tu divisisti nec hic elegit; sic a te alligatus est, ut necesse haberet quod non expediebat malle. nota fuit in matrem mea pietas; non timuit, ne eligere possem alteram partem.

Pars altera. Ego nihil aliud quam divisi. circumscriptio non in divisione est, sed in electione. habes matrem, quam totis quidam bonis redemerunt; habes gloriam, quam per ignes quidam, per arma *alii* quaesierunt. multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominae ancillae inpudentia. timebas, ne in illam saevirem? non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. nunc tantundem habes; habes enim partem, quam voluisti. ut tantundem haberes, nec pater voluerat; ideo matrem tuam ancillam reliquit.

## IIII.

### POTIO EX PARTE MORTIFERA.

Veneficii sit actio.

Proscriptum uxor secuta est. quodam tempore secreto poculum tenentem *deprehendit*. in||terrogavit, quid esset; ille dixit venenum et mori se velle. rogavit illa, ut partem sibi daret, et dixit se nolle sine illo vivere. partem

**CD** 1 iucundissima uoce **O** | parricida **AB** | 2 probavero] **τ**; probabere **A** probabere **BV** probetur **D**[1] probabimus **D**[2] | 3 hoc *add. Kss* | privignus] **Dτ**; priuignum **C** | 5 facta (c *del.*) **V** ǁ docuerunt **D** | conditio **BV** | 7 praecaeps **A** | uenenus **AB** | 8 sed] sub **A** | 9 hoc] ⟨et⟩ hóc **VD** | quicquam **D**[1] | 10 occidisset **AB** ǁ 13 navigia ⟨navigare⟩ *Linde* | 14 fato *cg*, ⟨animam⟩ fato *Bs* ǁ quid vero, si] *Kss;* quod (quidem **T** quid **D**) si uero **OT** | committatur **D**, conectitur *(del.* anima *post* illa) *Bs* | illa materia *Gr*, illa, ⟨non⟩ antemna *Schg*, illa lamina *Gz; cf. Iuvenal. sat. 12, 57* | 15 est] *Schg* (⟨est⟩ et); et **O** ǁ 16 petens **AB** | nauitio **AB** ǁ sae **A** ǁ paessum **B** | 17 *insuper additur] insui (-uit **VD**) **O** infuit **T**, insuper ⟨infert⟩ *Bs*, insuper ⟨addit⟩ *Kss*, inditur (*vel* inicitur *vel* inponitur) *Gr*, insilit *Thomas*, ipse fit *Novák*, indit *Gz* | divinitus armatam] *He;* diuinitas armat **O** | 18 visa] **D**[2]**τ**; uia **O** | uella **C** *corr.* **V**[2] ǁ caepit **A** | erigere se et] *Mg;* et regeres et **AB** et regere se et **VD** | 19 adtollere **C** *corr.* **V**[2] | praesidiu **AB** ⟨in⟩ presidium (in *del.*) **V** ⟨est⟩ praesidium **D** | innocentiam **A** | 20 marem uoluitur **B** mare inuoluitur **VD** | lantera **AB** | urguent **V**

pulsatur undique navis periculis: innocentia tamen tuta est. o 11
maria iustiora iudiciis! o mitiores procellae patre! quam eiec*it*
*is, vos servav*istis animam! nec hoc tantum divinitus gestum est,
quod pervenit tutus in portum, excipitur classe praedonum; habeat
pater mentem navigandi: ' capiatur, iudices, ut illum paeniteat
sententiae suae. 'damnare me noverca parricidii potuit; parricidam facere ne damnando quidem potuit. cognosce innocentiam
meam in mari, quam domi noluisti'. complexu, osculis prosecutus
est: sic patrem parricida dimisit? IVNI GALLIONIS. Multa non ad- 12
gnosco: frater domi damnatus est, ego in publico; illi obiectum est quod parricidium fecerit, mihi quod non fecerim; ille negabat. mihi novo patrocinio utendum est: 'fratrem occidi'; in ea domo, in qua parricidia damnantur, haec innocentia est. video vos invitos audire hoc genus defensionis: malo itaque me vobis innocentem probare quam patri. fratrem non occidi, non potui fratrem occidere; idem timuimus, idem doluimus, idem flevimus, eundem patrem habuimus, eandem matrem, eandem novercam; mitioris
natura pectoris sum, mollioris animi. non idem omnibus morta- 13
libus natura tribuit ingenium: alius durior est, alius clementior; apud piratas quoque invenitur qui non possit occidere. putatis me

CD 1 o *om.* C *add.* DEτ 2 eiecit is, vos servavistis] *Hertz praeeunte Kss mus. rhen. 16, 51;* effecistis (-sti A) O, eiecistis *Rom,* eiec<it ille [iste *Otto*], serv>istis *Kss, Otto,* <morti obiecerat ille, vos salvam> effecistis *Gz, fort.* *eiec<it iste, eam vos servav>istis 3 ne B 4 in portum] *Herv;* in portus ABD importus V classae AB ‖ *fort.* habebat *Kss,* habebit *Gz* ‖ 5 nauigamdi AB ‖ capiatur] *Fb;* capietur O *(Gz), fort.* capitur *Kss* iudices] *Kss;* iudex O 7 nec VD ‖ dampnando (*post.* n *rad. corr. ex* m) V cognoscae A ‖ 8 qua AB, *fort.* quia *Gz* 9 parricidam BV¹ funi C iunii D ‖ 10 domo O *corr.* D¹ obiaetum AB ‖ 11 fecerat O ‖ 13 parricidiae (*ult.* i *del.* V²) V parricida D parricide τ vos invitos] *Frob;* ut inuictos C ut inuitos D¹ nos ut inuitos D², iudices, invitos <vos> *Kss* ‖ 14 nouis AB 15 probari D ‖ *priore l.* fratre B ‖ potuit AB ' 16 undem AB ‖ 18 natura *del. Schg* 19 natura *om.* V¹ alius] *He (cf. p. 280, 10);* animus O, animus <meus> *corr.* D¹ *(vg),* <huius> animus τ, animus <huius> *Fb, qui post. loco* illius *servavit* durion A ‖ alius] *He;* illius O clementiora V¹ 20 *putatis] putas O, putavi *Fb* ‖ me electum] *Fb;* me dicturum O ‖ *fort.* putatisne electum <me> Gz; cf. p. 280, 23

electum, ne alius occideret? si mater nostra viveret, puto, illi tradidisset: quod proximum fuit, mihi tradidit. utrum vobis videtur per manus fratris punire filium voluisse, an ablegare privignum? pudet me patrocini mei; timeo, ne, cum coepero narrare, quid fece-
14 rim, dicatis: certe negabas posse te hominem occidere. MVSAE. Traditus est frater puniendus mihi potissimum. quo istud proposito, pater, feceris, apud plerosque disputationem habet: ego, si quid mitius illo tempore voluisti fieri, non intellexi; imposui multum recusantem et insui culleo || postulantem. obicis mihi molliorem animum: alius mitior est [, plus] quam debet, alius saevior quam necesse est, mediis alius adfectibus inter utrumque positus totus in sua potestate est. quidam et accusare et damnare possunt et occidere, quidam tam mites sunt, ut non possint in caput ne testimonium quidem dicere. non possum hominem occidere: hoc vitium et apud piratas invenitur. alii vivere sine rei publicae administratione non possunt, aliis in privato latere et extra omnem invidiam secessisse praecipua tranquillitas est, aliis non potest persuaderi ut matrimonio obligentur, aliis ut careant; sunt qui castra
15 timent, sunt qui cicatricibus suis gaudent. in tanta morum varietate videte, quantulum sit quod excusem: non ambitioni, non inertiae veniam peto; misericors sum, non possum occidere hominem. gratulare, pater, naturae meae: numquam eiusmodi filius parricidium faciet. hoc vitium a te traxisse videor. an non putatis misericordem qui quem damnavit puniendum fratri dedit? centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere — dextra simul

**CD** 2 utro **O** *corr.* $D^2$ 3 ⟨noverca⟩ per *Bs* ‖ fratris] **T**; patris **O** ‖ allegare **D** ‖ 4 mei *om.* $V^1$ ‖ caepero **A** 8 quid] quis **A** q̄ **B** ‖ mittius **AB** ‖ illo *corr. ex* ollo **V** ‖ voluisti] *Gr;* uoluit **O** ‖ 9 cullec **B** ‖ 10 *plus *del. (adsentitur Novák);* ⟨et⟩ plus *Schg, fort.* puto *Gz; si* plus *hoc loco ferri potest,* *saevior ⟨, plus⟩ *scrib. vid.* ‖ saevior] *(Bs);* seuior **O**, severior *vg* ‖ 11 ininter **C** *corr.* $V^2$, et inter *Gz* ‖ 13 quidem $V^1$ ‖ mites] **Dτ**; mittes **C** 15 apud] caput **A** | sine *corr. ex* sene **V** ‖ 16 pribato **AB** 17 alis **AB** ‖ 21 hominum **C** *corr.* $V^2$ 22 paternatulae neae **AB** paterna (*post.* a *corr. ex* e $V^2$) turae meae **V** ‖ eiusmodo **A** ‖ *23 putatis)* **E**; putas **O** putasne **τ** ‖ 25 mit(met **V** mith **D**)ridatem **O** dextera **D**

ac mens clanguit — pro bone Iuppiter, Mithridaten quam non dubium parricidam! Pompei Silonis. Gaude, pater: neuter *ex* filiis tuis parricidium fecit. dimisi a portu naufragum. *narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimissus.* vis, pater, scire, accusator nocentior sit an reus? conice in alteram navem novercam; illa faciat vota, precetur: si neminem | innocentem accusavit, si privignum immerentem non oppressit: in eos piratas incidet, qui nesciant captos dimittere.

Altera pars. Mvsae. Parricida meus in mari regnat. Sepvlli 16
Bassi. Nega nunc parricidam fuisse quem scis esse piratam. Gavi
Sabini. Facinus indignum! damnatus parricida post poenam potuit
dicere patri suo: 'morere'.

Divisio. Latro in has quaestiones divisit: an licuerit illi
quod iubebat pater facere. non licet, inquit, fratrem necare; *nec
iure* ille damnatus erat: non enim iudicio publico ceciderat.
ignosce, si diligentior sum, cum videam hominem tam facile
damnari: timeo, ne quis me parricidi postulet. facile est. si
dicenda erit domi causa, etiam nocens absolutionem sperare potero: in foro quid respondebo? 'occidi fratrem'? parricidam me
quidam vocant, quod non adfui reo. si licuit, an debuerit. nocens 17

CD 1 mens clanguit] *Bs;* mese (mente D *et corr. ex* mense V) languit O, mente clanguit *Schg* ‖ mitridaten C mithridatem D ‖ non] nondum A ‖ 2 naeuter AB ‖ ex filiis tuis] E; filis tuis AB filius tuus VD ‖ 3 a portu] *Bs;* o portu AB in portum $V^1$D in portu $V^2$ ‖ naufragium AB ‖ *verba* narra ... dimissus *(v. 4) add.* E; ⟨tu, pater, narra, q. t. d. s. d.⟩ *Gz* ‖ 5 conice] D; coice C; *cf. H. Meusel lex. Caes. s. v.* ‖ 7 incidet] *Schg;* incident AB incidat VD ‖ 9 parricidam eius C *corr.* $V^1$ ‖ 10 nega nunc] E; necadum AB negandum V negadum Dτ nega dumi *'vetus' Schotti,* nega olim *O. Jahn,* nega eum *He,* nega domi *Kss,* nega hunc *Gz,* nega iam *Otto; cf. 7, 2, 2. 4, 9; suas. 3, 2; Sen. epist. 17, 1, 14* ‖ scisses se AB ‖ paratam A ‖ caui O ‖ 11 facimus A ‖ 12 ⟨non⟩ moriere *Schg* ‖ 13 questiones AV ‖ licuerit] licuit O ‖ 14 necare] $V^2$D; ne AB nec re $V^1$ ‖ nec iure *add. R. Heinrich;* ⟨nec⟩ *Kss* ‖ 15 ⟨damnatus⟩ ille damnatus AB ‖ necare ⟨indemnatum, nec⟩ ille damnatus *Gz* ‖ fratrem ne damnatum ⟨quidem occidere . nec⟩ ille damnatus *Bs* ‖ iuditio B ‖ 16 si *om.* D ‖ dilientior B, indiligentior *Nicotius* ‖ 17 facile est, si *vg* ‖ 18 *erit] sit O *(vg),* -st *Mg* ‖ 20 quidem VD ‖ am AB

est iste, sed mihi frater est. naturae iura sacra sunt *etiam apud piratas*. quid de me tu iudicaturus es, si fecero? puto, difficulter postea in me parricidium credes. etiamsi debuit parere patri, an ignoscendum sit illi, si non potuit? fatebor, inquit, quod fortasse offensurum est aures: [fratrem, offensurum est] patri parere volui, *volui* fratrem occidere, non potui. obortae sunt subito tenebrae, deriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus. non possum fratrem occidere. | pone hoc loco piratam: non poterit. quidam occidere hominem cognatum non possunt; quorundam adversus hostes deficit manus. fratris quoque beneficium non est tam magnum, pater, quam putas: non ille te noluit occidere, sed non potuit. novissimas illas partes fecit: quamvis non occiderit, si tamen puniit damnatum, an abdicari non debeat. dicit enim pater: si non poteras, negasses et misisses ad me, non posse te.
18 hoc loco dixit LATRO rem valde laudatam: 'dixisses' inquit 'te non posse'. ita tu nesciebas? putasti me posse occidere? quid ergo sic loquebaris, tamquam unum parricidi condemnasses? deinde, an

CD 1 natura **AB** ‖ iure **B** *verba* etiam apud piratas *add.* **E** ‖ 2 de me tu] *Gz;* demet **AB** de me **VD** ‖ es] **D**; est **C** ‖ puto] potero **A** ‖ dificulter **V** ‖ 3 posteam me **A** ‖ crudes **AB** ‖ 4 igniscendum **A** ‖ 5 offensurum est *om.* **τ** ‖ *verba* aures . . . est *om.* **B**, *verba* fratrem (patrum **τ**) offensurum est *del.* **A²**; *cf. Thomas Herm. 1886, 53* ‖ patri parere] **VDτ** *cod. Vossianus Gronovii;* patrii **A** patru **B** ‖ volui] *cod. Vossianus Gronovii;* nolui **Oτ** ‖ 6 volui *add. Thomas* ‖ aures patris, utique fratrem offensurum est: patri parere volui, fratrem occidere non potui *Gr* (*cod. Vossianum secutus, in quo scriptum erat:* aures patri parere uolui fratrem offensurum est patri parere uolui fratrem occidere non potui), *fort.* aures fratrum (fratris *Bs*), offensurum est patris (patrum *Gz*): volui fratrem . . *Bs, Kss, Gz* ‖ 7 *deriguit] *Gz;* diriguit **O** manus *Gz (cf. p. 276, 9)* ‖ interquepto **AB** ‖ 8 poeno **A** pono **V¹** ‖ poterat **D** ‖ 9 homine **A**, hominem ⟨inermem⟩ *Bs* ‖ *cognatum] tantum **ABD** *(Bs, Mg)* tantumo (o *del.*) **V**, damnatum *Schg* ‖ hominem tantum ⟨cognatum⟩ non *Novák* ‖ possum **τ**, putant *Mg* ‖ quorumdam **A** ‖ 10 dificit **B** ‖ ueneficium (-tium **V**) **O** ‖ 12 *prius* non *om.* **C** *add.* **V²** ‖ 13 puniit] *Bs;* punit **AB** potuit **VD** ‖ damnatu **AB** ‖ abdioari **B** ‖ 14 et] ut **A** ‖ mississes **BV** *corr.* **B¹** ‖ 15 dixisse **C** *corr.* **V²** ‖ 16 quid ergo? sic . . . *Kss* ‖ 17 tamquam] **τ**; tam **O** tamen **D**

punierit fratrem. hic descriptio supplicii, quod dixit gravius etiam culleo fuisse, et adiecit hodie *quoque* illum poenas dare inter barbaros inclusum, per quos necesse est illi patria, populo, lare carere; sed ne per illos quidem necesse est parricidium facere. hac divisione usi sunt quibus placuit damnati causam non defendere et tantum suam agere; alia usi sunt quibus placuit et illius causam defendere, inter quos et GEMINVS VARIVS fuit, qui aiebat adulescentem optimam causam habere, si non occidit fratrem etiam nocentem, meliorem tamen, si non occidit innocentem; pati- 19
tur autem materia. fecit ergo has quaestiones Geminus et quibus idem placuit: an abdicari non debeat, etiamsi nocentem fratrem non occidit. hic dixit: non licuit, non debui, non potui. an, *si* innocentem non occiderit. bellam rem hoc loco Geminus dixit, cum coepisset per omnis numeros fratrem tamquam reum defendere: dicet, inquit, aliquis: 'tam sero defendis?' non potui citius: hodie primum res in forum delata est. novissime: an etiam nocentem satis punierit.

De colore inter maximos et oratores et declamatores dispu- 20
tatum est, utrumne aliquid deberet dici in novercam an nihil. PASSIENVS et ALBVCIVS et praeter oratores magna novorum rheto-

**CD** 1 puniri **A** puniuerit (*post.* u *del.*) **D** | haec **D** | desciptio **AB** | grauios **AB** | 2 hodie] *Fb;* hoc die **O** | *quoque *add.* hodie⟨que⟩ *Kss* | paenas **V** | 3 barbaros (o *corr. ex* a) **B** inclusum] **Dτ**; inclusus **C** | necessest **A** | illis **O** | patria, populo, lare] *Mg;* patri (-tre **B**) populari **O** ‖ 4 carere] *Nunnesius;* ca(co **B**)pere **O** | sed ne] **Dτ**; seone **C** | necessest **AB** 5 uisi **B** u//si (i *eras.*) **V** | *verba* damnati . . . placuit *(v. 6) om.* **VD** | 6 uisi **B** | *post* placuit *in* **B** *repetita sunt verba* damnati causam non defendere, *del.* **B**[1] 7 ⟨non⟩ defendere **D** | uarus **VD** | adicbat **AB** 9 innocentem **C** *corr.* **A**[1]**V**[1] | *verba* meliorem . . . innocentem *om.* **A** | partitam **D**[2] 10 materiam **VD** | partitur autem materiam *He* ergo] *He, Bs;* erga **O** | questiones **AV** | 12 dicit **O** si *add. Kss, Mg* 13 *fort.* *occidit | ho doco **A** 14 coe(cae **A**)pissent **C** *corr.* **V**[2] | 15 tamen **D** | defendis] defendit **O** 16 odie **B** | 18 colere **BV**[1] 19 aliquis **O** | nihil] non **D** ‖ 20 Passienus] *Fb;* pd. senus (d *corr. ex* o **V**[2]) **O** albutius **O** | novorum] *Gr;* bonorum **C** (*cf.* **E**) horum **D**

rum manus in hanc partem transi*erunt;* fuerunt et qui in novercam inveherentur; fuerunt et alii, qui non quidem palam dicerent, sed per suspiciones et figuras, quam rem non probabat Passienus et aiebat minus verecundum esse aut tolerabile infamare novercam quam accusare. quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire. LATRO illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem usus est: non potui occidere. et cum descripsisset ingenti spiritu titubantem et inter cogitationem fratris occidendi concidentem, dixit: noverca, aliud quaere in privignum tuum crimen; hic parricidium non
21 potest facere. CESTIVS colore alio usus est. transiebamus, inquit, secundum matris sepulchrum. invocare coepit manes eius. motus sum. et puerili sensu colorem transcucurrit: quid facerem? inquit: occidere pater iubebat, mater vetabat. et cum colore dixit: haec mecum cogitavi: non est imperatum, ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari; eligere supplici genus liberum est. FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus est: temptari me putavi a patre; uno, inquam, supplicio alterum filium punire, alterum experiri volt. ALBVCIVS in argumentis plura posuit et omnes fere colores contractavit. in narratione hoc colore usus est et dixit: hoc unum mihi praesta beneficium: sine me *non* tamquam parricidam mori.

CD 1 transierunt; fuerunt] *Kss, Mg;* transifuerant **C** transiu(-si **D**)erant **V**[2]**D**, transiit (*fort.* *transit); fuerunt *Ml, Otto coll.* **E** || 2 *alii] *Ml;* illi **O** || 3 suspitiones **AV** || 4 tolerauile **AB** || 5 quidem **AB** || 7 colore **A** || 8 totum **AB** || 9 potuit **O** || decripsisset **A** || 10 inter cogitationem] *He, Mg;* interrogationem (-ne **VD**) **O** || nouercali ut **AB** || 13 manus **A** || 14 puerili] pari *Fb* || sensum **C** *corr.* **V**[2]**τ** || transcurrit **D** || 15 iubeat **A** || et colorem **τ**, et ⟨hoc⟩ cum colore *Gz* || 17 aelicere **B** || supplici] **D**[2]**τ**; supplicio **O** || 18 putaui *corr. ex* peccaui **V** uetaui **τ** || 19 *priore loco* alteram **AB** *post. loco* alterum (*corr. ex* adterum) **A** alteram **B** || 20 uult **VD** || albutius **AB** || 21 cotractauit **AB** (*cf. p. 31, 17*), *fort.* detractavit *Gz* || et] *fort.* frater *Bs*, *fort.* *iste; *lacunam post* dixit *statuendam esse cens. Ml*, *fort.* **post* usus est *et sic Gz* (est: ⟨frater obtestatus est⟩ et dixit:) || 22 benefitium **BV** || non *add. Fb* || parricidam *corr. ex parricidium* **B**

Argentarius, tamquam non frater esset huius consili inventor, 22 dixit: cogitavi, quid facerem; tandem inveni, quomodo parricidium vindicarem sine parricidio. Passienus hoc colore usus est: non putavi patrem velle utique occidi filium. videbatur mihi omnia misericordiae praeparasse: quod domi cognoverat, quod inter suos. fratri, inquam, tradidit: age, si parcere noluisset, huic tradidisset? Pollio Asinius dixit in novercam; itaque illo colore usus est: cogitavi mecum, quid liceret, quid oporteret. si tantum, inquam, nefas commissum est, nullae meae partes sunt: ad expiandum scelus triumviris opus est, comitio, carnifice. tanti sceleris non magis privatum potest esse supplicium quam iudicium. Marcellus dixit: ita si iste parricidium fecit, ideo et ego faciam? et illam, quam supra sententiam rettuli: habes, inquam, frater. Varius Geminus et ipse 23 dixit: nolui occidere. egregie, inquam, noverca inter privignos divisit odium; aliter alium adgressa est: alteri parricidium obicit, alteri mandat. et hac illum figura defendit in narratione: interrogavi fratrem: apud quem praetorem causam dixisti? 'apud nullum' inquit. quis accusator fuit? 'nemo'. quis testis? immo qui testes? uni enim etiam de minore scelere non creditur. 'nemo' inquit. quis de te pronuntiavit? 'nemo. quid porro?' inquit 'ego si reus fuissem, ad te non misissem?' Sepullius Bassus hoc colore usus est: non habui parricidae instrumenta, non culleum, non serpentes: parricidam tamen in maria proieci. Hispanus duro 24

**CD** 1 *tamquam non] *Ml, Otto;* non tamquam **O** | frater esset] *Fb;* fratre se **AB** frater se **VD**$^1$ frater ⟨esset⟩ sed **D**$^2$, *fort.* frater ⟨, sed ipse⟩ esset *Ml* *fort.* non tamquam frater, ⟨sed tamquam ipse⟩ esset *Bs* || 4 utiquo **AB** occidit **AB** 5 misericordiae ⟨adiumenta⟩ **D** || 6 patri **AB** || agere si patrem **D**$^2$ noluisset, huic] *Gz;* noluisset cui **O** | *fort.* *nisi (*vel* ni) parcere voluisset, mihi tradidisset? || 7 nouerca **C** *corr.* **V**$^2$ || atque *Schg* | ille **C** *corr.* **V**$^2$ 8 oporterent **V**$^1$ || 9 scelus] saeculum **O** || 10 committio **C** || tantis **AB** 11 inditium **B** || 12 supra] *cf. p. 275, 18* 13 sententiae **AB** | retuli **AVD** || 14 egregiae **A** aegregiae **B** uignos **AB** 15 aliter] alteri **V** adgresses stalteri **AB** obiecit **A**, *fort. recte* || 16 *fort.* *mandavit 17 praeceptorem **A** | 18 *prius* quis] quid **AB** 20 de *corr. ex* pro **V** pronon(-nun **A**)ciauit **AB** denuntiauit **V**$^1$ || ergo **AB** 22 parricidae ⟨puniendi⟩ *Gz* 23 Hispo⟨Roma⟩nius R. Wachsmuth

colore usus est: hoc, inquit, supplicium tamquam gravius elegi. quid? iste, inquam, insuetur et statim omnem sensum supplici effugiet? immo sollicitus pendeat et, quod ne insuti quidem parricidae patiuntur, ipse poenam suam spectet; nihil speret, timeat omnia. peius debet quam ceteri parricidae mori: a patre damnatus est. et hoc colore per totam declamationem usus est, ut diceret hoc se tamquam gravius elegisse *supplicii genus.* displicebat color hic prudentibus. quam enim spem habet absolutionis, si nec paruit nec pepercit? Haterivs hoc colore usus est: diu mecum disputavi. parricida est, quem non testis protrahit, non index coarguit? quid ergo? innocens *est* quem condemnat pater? invenioque poenam simillimam reo: mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quae vel punire fratrem posset vel absolvere.
25 Triarivs et ipse quasi *caelestem* sententiam de fratre ferri voluisset egit et dixit: tandem ad caelum manibus levatis 'quidquid est' inquam 'quod terris imperat, quod regnat profundo, quidquid est quod ex sublimi res spectat humanas, invoco: damnatus alto committitur; di, iudicate post patrem!' haec sententia dicebatur ex Graeco translata, sed Graeca corruptior est: Πόσειδον, ἀμετρήτων δέσποτα βυθῶν, τὴν ἐνάλιον κληρωσάμενε βασιλείαν, ἀνάγεται πατροκτόνος· μετὰ πατέρα δίκασον. a parte patris, quod ab archipirata dimissus

**CD** 2 inquam (a *rad. corr. ex* ā) **B** | statum **B** | 4 ponam **B** paenam **V** spectaet **V** | sperat **AB** | 6 colore *om.* **V**¹ | tote **AB** | dedamationem **A** *et sic saepe* | 7 supplicii genus *add.* **E** | displicebat] **Eτ**; displiceat **O** *corr.* **D**¹ | 8 locor **AB** | quantam spem **D** | 9 aterius (c *[vel signum spiritus asperi qui vocatur] sup.* a *superscr.*) **D** | 10 testis] index *Gz* | probauit **VD** | 11 index] **V** *(Bs, Mg)*; idex **AB**, iudex *vg, Kss,* testis *Gz* | quoarguit **B** | est *add. Gz* | 12 inuenio quae **B** inueniaeque **D**, invenio denique *He* | reo] oraculo *Thomas, fort.* *peccato | *verba* non ... quae *(v. 13) om.* **A** | tota **BV**¹ | 13 absoluere// (t *eras.*) **V** | 14 quesis **A** quaesis **B** | *caelestem *add.* | sentenam **A**, sententiam <divinam *vel* denuo> *Gz* | ferre noluisset *He* | 15 lebatis **AB** | 17 sublimi (*post.* i *corr. ex* o) **V** | res pectat **AB** | humanitas **AB** | 18 haec] **D**²; ex **O** | sententiae **A** | 19 ποσειδον αμετρητων αε(ε **A**)σποτα βυτον τνν **C** | 20 ἐνάλιον] *Bs;* αριον **A** ανaριον **BV**, ἐναλίων *Gr* | κληρωσάμενε] *O. Jahn;* κανρ(-νπ **V**)ωσαμενε **C** | βασιτιειαν ανατεται (-ετα **V**) ιταιροκτονος **A** (παι . ροκτονος **B** ι . ροκτονος **V**) μετα (*bis scr.* **V**) πατερα αικασον **C**

est, sic CESTIVS: poenam, inquit, putavit mihi hanc esse morte graviorem. et sic posuit in narratione: rogabam, ut occiderer; non impetravi. VARIVS GEMINVS ait: in hoc me dimisit, non quia 26
me volebat salvum esse, sed ad patrocinium suum, ut, quia non nunc occiderat, videretur nec ante voluisse. LATRO dixit: quis porro me uno miserior est, qui vitam parricidae debeo? DIOCLES CARYSTIVS elegantem sensum in prooemio posuit pro adulescente, cum diceret causas se abdicationis non invenire, luxuriae se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obici, etiam contrario se nomine laborare: fortasse, inquit, queritur, quod captum non redemerim. adiecit: οὐκ ἐχρῆν λύτρων· παῖς ἦν. et cum tractaret in ultima parte debere patrem etiam vitia liberorum ferre, utique in unico, adiecit: πεπείρασαι, πάτερ, ὅτι καὶ πονηρὸς ἐνίοτε υἱός ἐστιν εὔχρηστος. ARTEMO in descriptione tempestatis laudatus est; et belle accessit ad eam: τὴν τοῦ εὐπλοήσαντος | ἀναγωγὴν ἄκουσον, et cum de ipso navigio diceret, pulchre coepit: σκάφος ἔρημον ἀνόστου τύχης, et ultimam descriptionis sententiam proposuit: ναυαγὸς ἀπὸ λιμένων ἀνῆγεν, et ad partem narrationis eleganter transit: διήγησαι νῦν,

CD 1 sio V | 2 rogabam, ut] D; rogabamus C corr. V¹ || occideret corr. T¹ || 3 quia me] *Ml;* me quia (me *del.* A) O | 4 ad *om.* B || non tunc τ, nunc non *Ml* || 5 occideret D¹ | 7 sensu AB || prooemio] D; praemio A proemio BVτ | 8 diceres AB || *prius* se] sue τ | luxu(-xo B)ria esso C *corr.* V² || occasione A occassionem B || 9 suum A siui B || contrario se nomine] *Mg;* contrarios (-reos D) se minime O | 10 labore A || 11 redemerim] *Bs;* redo(*post.* e *corr. ex* i V²)-merit O | *Graeca em. O. Jahn;* OYK ECIXEK ATPON ΠEAIC(ΠAIC A)EN C, οὐκ εἶχον λύτρον· πένης ἦν *anon. in Gersd. rep. 1858 II 267* | 12 bitia AB | 13 ΠEΠ(NEIT A)EIPACAC ΠATEP OTI C || καὶ πονηρὸς ἐνίοτε] *Bs;* KAI NONNPOC NOΠEX (Π *corr. ex* N V NNEX A) C || YIOC ECTIN EYXPNIOC (-PHlos A -PHLOC V) C | 14 artemon D || 15 τὴν] *Bs;* INN (IHN B) C | TOY EYΠAONCANTOC C | ἀναγωγὴν] *Gr;* ANATOΓN (-TN AV) C || cum *om.* V¹ || 16 pulche AB pulchrae V || CKAΦAC PEPNMON (*fort.* γ' ἔρημον *Kss*) ANOCTOY TYXNC C | 17 descriptioni C descriptioni ⟨suae⟩ D | probam posuit *Gz* | NAYATOC (*post.* a *in* Δ *corr.* A) AΠO AIMENωN C | 18 ἀνῆγεν] *Bs;* ANNXON (-OH B) C, ἀνῆγον *vg; cf. p. 281, 3* | partem] Dτ; patrem C | *fort.* patris narrationem *Kss* | elegantur V¹ | transiit *vg* | διήγησαι] *man. rec. in* T *(D. Volkmann, Mg);* AINΓN (-TN A) CAI C; *cf. p. 281*, 3 et *Bs spic. cr. 13*

πάτερ, πῶς ⟨σ'⟩ ἀπέλυσεν οὕτως ἀπολυθείς. Glycon dixit: ἰδέα κριτοῦ ἑνὸς οὐκ ἀρκεῖ· κατάδικος ἐπὶ ναυαγίᾳ εἰς ναῦν ἐστεθεὶς εὑρίσκει τὸ μηδὲν ἀδικεῖν τύχῃ.

27 Soleo dicere vobis Cestivm Latinorum verborum inopia *ut* hominem Graecum laborasse, sensibus abundasse; itaque, quotiens latius aliquid describere ausus est, totiens substitit, utique cum se ad imitationem magni alicuius ingeni derexerat, sicut in hac controversia fecit. nam in narratione, cum fratrem traditum sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione una et infelici: nox erat concubia, et omnia, iudices, canentia *sub* sideribus muta erant. Montanvs Ivlivs, qui comes fuit *Tiberii*, egregius poeta, aiebat illum imitari voluisse Vergili descriptionem:

nox erat et terras animalia fessa per omnis
alituum pecudumque genus sopor altus habebat.

at Vergilio imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius: ||

desierant latrare canes urbesque silebant;
omnia noctis erant placida composta quiete.

**CD** 1 πωc **C**, ὅπως *Mg* | σ' ἀπέλυσεν] *He, Bs;* απεαycεν **C** | οὕτως] *Bs, Mg;* οτωc **C**, ⟨ὁ⟩ οὕτως *He, Mg* | ἀπολυθείς] *He, Mg;* αποαγοειc **C**; *cf. p. 281, 4 et Bs spic. cr. 13* || glicon **B** | ἰδέα κριτοῦ . .] *Bs;* ιαεα (ταεα **A**) κριτοκ ενοc ογc αρκει **C** || 2 *κατάδικος . . εἰς] καταμκν επ̄π ναγι(-γι **V**)κν με **C**, (ἀρκεῖ) καταγνῶναι· νεναυαγηκυῖαν ἐς *Bs*, (ἀρκεῖ) καταγνῶναι· ψιλήν γ' ἐς *Gz* | ναῦν ἐστεθείς] *Bs;* ναγαι εcτεαει **C** | εγριcκει το **C** | μηδὲν . . τύχῃ] *He;* μναεν ααικειν τγχιιι (-νν **A** -ιιν **V**) **C**; *cf. Bs spic. cr. 13* | 4 Cestium] **Dτ**; gestum **C** | uernorum **B** | *ut *add.* | 6 latius] *Schott;* lae(le **A**)tibus **C** laetius **D** *del.* **τ**, lectius *Novák (cf. p. 207, 7)* || subsistit **A** | 7 direxerat **V** | 9 describeret ⟨ausus⟩ **A** describeretur **B** | nox] non **AB** || 10 concubia] **Dτ**; concubi **C** | cauentia **C** | sub *add. Schg* | muta erant] **τ**; mutauerant **O** (*rad. corr. in* **D**) | 11 fuit Tiberii] *Kss;* fuit qui comes (qui comes *del.* **A**²) **C** fuit quique **D** *(cf. fragm. 3 et Sen. epist. 20, 5, 11)*, fuit Ovidii et *Sander (cf. Ovid. ex Pont. 4, 16, 11)*, fuit Varronis et *Linde* | aieba **A** | 12 descriptione **AB** | 13 *Verg. Aen. 8, 26 seq.* | festa **C** *corr.* **V**² | 14 genus *corr. ex* gener **V** | soror **C** *corr.* **V**² | 15 ad **O** *corr.* **D**¹ | uergilii **V** || obtimos **A** | uaersus **V** | 16 uarionis **A** uaronis **BV**¹ | expressus **AB** expressos **V** | 17 *cf. Apoll. Rhod. Arg. 3, 748 seq.* | desiderant **AB** | 18 *cf. Sen. epist. 6, 4, 6* | nostis **A**

solebat Ovidius de his versibus dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi versus ultima pars absideretur et sic desineret:

omnia noctis erant.

Varro quem voluit sensum optime explicuit, Ovidius in illius versu suum sensum invenit; aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud totus significat.

## II.

De moribus sit actio.

Popillium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popillius et caput eius ad Antonium rettulit. accusatur de moribus.

Bassi Sepulli. Si accusasset Cicero Popillium, viveret. occidit 1 Ciceronem Popillius: puto, iam creditis occisum ab isto patrem. ut uno ictu pereat, tantum dabo: pro Cicerone sic liceat pacisci? Gavi Sabini. Quod unum potuimus effecimus, ut veniret tempus, quo Popillius Ciceronem desideraret. 'Popilli, potes' inquit 'Ciceronem occidere; potes vel patrem'. Porci Latronis. Prorsus occisurus Ciceronem debebat incipere a patre. 'Antonius' inquit 'me iussit'. non pudet te, Popilli? imperator te tuus ‖ credidit posse

**CD** 1 fieri *om.* **C** *add.* **Dτ** ‖ 2 si desideret **AB** ‖ 4 obtime (b *corr. ex* o **B**) **C** ‖ uersus **AB** ‖ 5 suum sensum] *cf. Ovid. met. 1, 292* ‖ intercissus ⟨est⟩ **AB**, *fort.* ⟨si⟩ intercisus ⟨est⟩ *Bs*, interscissus ⟨isto⟩ *Gz*, intercisus ⟨si est⟩ *C. Schenkl* ‖ 6 totius **V** ‖ 8 sic **AB** ‖ 9 pollium **AB** pupilium **V** opilium **D** ‖ parricidii (*ult.* i *rad. corr. ex* ū) **V** ‖ 11 popullius **C** populius **V**² popilius (*et sic semper*) **D** ‖ est **AB** ‖ retulit **AVD** ‖ 13 pupullium **A** pupillium **BV** ‖ 14 *verba* Popillius ... occisum *om.* **A** ‖ popilius **B** pupillius **V** ‖ sto **AB** ‖ 15 *cf. Cic. in Verr. 5, 118* ‖ dauo **B** ‖ cicerem **AB** ‖ si **VD** ‖ 16 gabi **O** ‖ efficimus **C** ‖ 17 popilius **O**, populus (. . ⟨non⟩ desideraret) *Schg* ‖ *priore loco* ciceroneto **A** ‖ potest **AB** ‖ 18 potes] **D** *et cod. Pal. et Voss. Gronovii;* pro te **C** ‖ latrones **B** ‖ occisurum **AB** ‖ 20 populi **AB**

parricidium facere. abscidit caput, amputavit manum, effecit, ut minimum in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit. facinus indignum! felicissime licet cedat actio, id solum proficiemus, ut qui Ciceronem occidit tantum erubescat. pro di boni! occisum
2 Ciceronem malos mores *voco*. Albvci Sili. Caedit cervices tanti viri et umero tenus recisum amputat caput. i nunc et nega te parricidam. hoc unum tamen feliciter fecisti, quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. facilius pro parricida iudices movit quam pro se clientem. ad vos hoc, patroni, exemplum pertinet: nullos magis odit Popillius quam quibus plurimum debet. ubicumque estis, iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid paenitet absolvisse? Argentari. Impius est, ingratus est, audeo dicere: parricida *est;* sensit qui defenderat. respice forum: hic sub Cicerone sedisti; respice rostra: hic supra Ciceronem stetisti. quantum eloquentia tua, Cicero, potuit! Popillius de moribus reus est. abscidit cervices loquentis: haec est absoluti clientis post longum tempus salutatio. parce iam, quaeso, Popilli: nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandavit *Antonius.* duo fecit parricidia, quorum alterum audistis,
3 alterum vidistis. Cesti Pii. Si dixero: 'adulescentia turpis est, infamis pueritia', respondebit: iam ista Cicero defendit. non pudet *te,* Popilli? accusator tuus vivit. 'quid tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis?' ‖ parricida,

**CD** 1 effecit] **Dτ**; efficit **C** ‖ 3 cadat **A** ‖ 4 quid **AB** ‖ 5 malos mores voco] **E**; malo more ⟨tenus recisum⟩ **C** et caput (⟨eius⟩ **τ**) humero ⟨tenus recisum⟩ **Dτ**; *cf. v. 6* ‖ silii **C** ‖ cedit **AB** cede **V** caede **D** ‖ 6 ut **AB** ‖ ummero **B** humero **V** ‖ recisum *om.* **D** ‖ amputat] *Bs;* amputa **O** ‖ 7 parridam **A** ‖ quo **AB** ‖ occidisti] **τ** *et cod. Vat. Schotti (Gr);* occidit **C** occidis **D** ‖ 8 iudices] **D** *et cod. Pal. et Voss. Gronovii;* iudicem **CE** ‖ 9 se *om.* **A** ‖ 11 ecquid] **Dτ**; equid **C** ‖ penitet **A** poenitet **V** ‖ absoluere **A** ‖ 12 argentarii **B** ‖ ⟨non⟩ audeo *Schg* ‖ est *add. Fb* ‖ 14 eloquia **V** ‖ 18 Antonius *add.* **E** ‖ 19 ⟨infamis⟩ adolescentia **D**, adulescentia ⟨tua⟩ *Gz* ‖ 20 pueritia ⟨turpsesti (turpis est **VD**)⟩ res(re **A** res *corr. ex* ses **B**)pondebit **O**, pueritia, ⟨tutus iste⟩ respondebit *Gz* ‖ *non pudet te] *Gz (cf. p. 289, 20);* non pudet **O** pudeat te **E** ‖ 21 vivit, ⟨defensor per te periit.⟩ *Gz* ‖ *Cic. p. Sex. Rosc. 72; cf. G. Landgraf ad h. l.* ‖ qui **B** ‖ tam ⟨est⟩ *Cicero* ‖ 22 latus **A** littus **D** ‖ iectus **AB**

his etiam tu caruisses. Fvlvi Sparsi. Non credidisset Popillium
facturum Antonius, nisi in mentem illi venisset illum et parrici-
dium fecisse. facinus indignum! a me defenditur Cicero, cum
Popillium Cicero defenderit. Mentonis. Non magis quisquam alius
occidere Ciceronem potuit praeter Popillium quam quisquam
Popillium praeter Ciceronem defendere. parricidam quom vivos
negarit Cicero, occisus ostendit. fortunam Ciceronis! Antonius
illum proscripsit, qui accusatus est, Popillius occidit, qui defensus
est. si damnatus esses, carnifex te culleo tum insuisset. video,
quid respondeat: non credet Antonius occisum Ciceronem a Po-
pillio, nisi ei signum attulerit. Triari. Praesta Ciceroni quod pro- 4
pinqui Catilinae, quod amici Verris, quod *clientes Clodi* praesti-
terunt: proscriptum transi. ne a mortuo quidem manus abstinet,
lacerat occisum. Popilli, hoc parricidium tertium tuum est. Pompei
Silonis. Numquid magis exonerare te possum? praesta Ciceroni
quod Antonius. Corneli Hispani. Dic: Antoni, ego istud scelus
facere possum: et patrem occidi. securi erant amici Ciceronis,
postquam ad illum Popillius missus est. Arelli Fvsci patris.
Potuisti Ciceronem occidere? at quam nobis bene persuaserat
Cicero parricidium te facere non posse! occidisti tu Ciceronem
loquentem: numquid, inquit, est aliquis ex tuis verendus index? an

**CD** 1 his etiam tu caruisses] *Fb;* sic etiam tu perisses **O**, haec etiam tu perdidisses *Gr* || Fulvi] **Dτ**; eului **C** iulius **T** || 2 facturum] **E**; fecisse **O**, facturum ⟨esse⟩ *Bs* || mente **V**[1] || uenisse **C** *corr.* **V**[2] || 3 facimus **AB** || 4 pupillium **C** || 5 occidero **AB** occideretur (tur *del.*) **D** || pupillium **V** || *quam quisquam Popillium] *om.* **AB** quam nemo pupillium (popilium **D**) **VD** || 6 quom] *Kss;* quam **C** quem **Dτ** *(vg)* || uiuus **VD** || 7 negarit] **V**[2]**Dτ**; negaret **C** negarat *cod. Vat. Schotti (vg),* negavit *Nicotius* || 8 acusatus **BV** || pupillius **C** || 9 culleo tum] *Kss;* culleo teo (to **VD**) tum **O**, eculeo tortum *M. Seyffert,* culleo olim *Gz* || insuisse **AB** || *verba* video . . . attulerit *(v. 11) post* occisum *(v. 14) inserenda esse coni. Kss* || 10 credet] **Dτ**; credat **C** || 11 attullerit **B** adtulerit **V**[1] || triatri **AB** || quid **AB** || 12 uerri **VD**, *quod pro genetivo habendum esse non credo* || *post.* quod *om.* **VD** *del.* **A**[2] || clientes Clodi *add. Kss; cf. p. 297, 4* || amici Verri quoque (quondam *Klein, del. Ml*) praestiterunt *Bs, Klein, Ml* || 15 exonorare **A** || possis **D** || 17 erant] autem **D** || 19 ad **A** || bene] *fort.* paene *Kss* || 21 est] *Bs;* et **O** || verendus] Bs; uerandus **AB** uenerat **VD**

5 nemo Ciceroni timendus est, qui cum ¦ Popillio venit? Q. Hateri. Qui modo Italiae umeris relatus est, nunc sic a Popillio refertur? proposito in rostris capite Ciceronis, quamvis omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit. Ivli Bassi. 'Proscriptus' inquit 'erat Cicero'. pater certe tuus proscriptus non fuit. Blandi. Di manes Popilli senis et inultae patris, Cicero, te persecuntur animae, ut quem negasti parricidam sentias. Capitonis. Deduxi ad vos reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum, ingratum, inpium, percussorem, bis parricidam; nec tamen timeo; patroni viderint: nemo a Popillio nisi post beneficium occiditur. ne damnationem quidem istius despero; non enim a Cicerone defenditur. timeo, ne causae non satis faciam. maior causa est occisum a Popillio Ciceronem queri quam fuit aliquando probare non occi-
6 sum patrem. Ciceronem quisquam potuit occidere qui audiit? Minturnensis palus exulem Marium non hausit; Cimber etiam in capto vidit imperantem; praetor iter a conspectu exulis flexit; qui in crepidine viderat Marium in sella figuravit. non possumus de Popillio queri: eodem loco patronum habuit, quo patrem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor Hortensi se clientem libenter professus est; *et* Hortensius bona Pompei, non Pompeium defenderat. Romulus, horum moenium conditor et sacratus caelo parens,
7 non tantam urbem fecit, quantam Cicero servavit. Metellus Vestae

CD 1 pollio B ‖ Q.] D; q; AB quae V ‖ aterii (c *sup.* a *superscr.*) D ‖ 2 modo ⟨in⟩ italiam humeris (h *corr. ex* c V) VD ‖ pollio AB ‖ 3 *cf. Cic. Phil.* 2, 64 ‖ 4 populi] τ; popilli C popilii D ‖ 6 mane AB ‖ ⟨seni (sem A[1] *del.* A[1]τ)⟩ senis C ‖ te *om.* O *add.* D[2]τ (*cf.* E), *fort.* *te *post* inultae *inserendum est* ‖ 8 reum ⟨hominem⟩ (hominem *del.* B[1]) B ‖ necentissimum A ‖ 10 nemo] ne VD ‖ pollio AB popilio ⟨quidem⟩ D ‖ benefitium BV ‖ nec VD ‖ damnatione AB dampnationem (*et sic add.* p *littera saepe*) V ‖ 13 quaeri BV ‖ quem AB ‖ 14 cicerone B ‖ 15 menturnensis paulus AB ‖ exule V[1] ‖ ausit AB ‖ 16 capto] E; capite A capte B carcere VD ‖ 17 scella AB ‖ 18 quaeri BV ‖ que AB ‖ patrem. Cn.] *Konitzer* (*cf.* E); patromon AB patrem VD ‖ 19 dientem A ‖ 20 professus] E; ro(con VD)fessus O ‖ et *add.* E ‖ 21 coelo A ‖ 22 quaītam A ‖ Vestae] D[1]τ; uestem C ⟨in⟩ uestae ⟨aede⟩ D[2]; *cf. ad exc. contr.* 4, 2 (*p.* 231, 22)

extinxit incendium, Cicero Romae. glorietur devicto Annibale Scipio, Pyrrho Fabricius, Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Spartaco Crassus, Sertorio et Mithridate Pompeius: nemo hostis Catilina propius accessit. fertur adprensum coma caput et defluente sanguine hunc ipsum inquinat locum, in quo pro Popillio dixerat. BVTEONIS. Quanta est vis eloquentiae! probavit ab eo non occisum patrem, a quo occidi poterat etiam Cicero. MARVLLI. Si inimicus essem patronis, optarem, ut reus absolveretur. turpe iudico in ea civitate Ciceronem non defendi, in qua defendi potuit etiam Popillius.

8 Popillium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque *non* parricidi reum a Cicerone defensum, sed in privato iudicio: declamatoribus placuit parricidi reum fuisse. sic autem eum accusant, tamquam defendi non possit, cum adeo possit absolvi, ut ne accusari quidem potuerit. LATRONI non placebat illum sic accusari, quomodo quidam accusaverunt: obicio tibi, quod occidisti hominem, quod civem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem, quod patronum tuum. hac enim ratione non adgravari indignationem, sed fatigari. statim illo veniendum est, ad quod properat auditor; nam in reliquis adeo bonam causam habet Popillius, ut detracto eo, quod patronum occidit, nihil negoti

**CD** 1 extincxit **B** || ingendium **AB** || devicto] *Bs;* reuocato **O**, reiecto *O. Jahn,* refutato *R. Heinrich (coll. Cic. de pr. cons. 32),* fugato *Gz, fort.* *debellato || antoni uale **A** anniuale **B** hannibales (s *del.* **V²**) **V** hannibale (h *del.*) **D** || 2 pyrroho **AB** pyrro **V** || anthioco **C** anthiocho **V¹** || 3 mitridate **C** || 4 catina **C** || fertur] *Kss;* fert **O** || adprensum] *Schg;* adpressit **A** adpre(-prae **B**)ssum **BVD¹** appensum **D²** || conta **V¹** conto **V²D** || defluente] **Dτ**; defluentem **C** || 5 sanguinem **AB** || locus **AB** || pillio **A** || 6 quanta est vis] *Gz;* quantae (-ta **A**) fuit **O** *(vg)* || aeloquentiae **C** *corr.* **V²** || probabit **AB** || 7 ⟨a⟩ patrem a **AB** || marylli **O** || 8 inmicus **A** || esse **AB** || obtarem **B** || 9 iudico] *Bs;* iudicio **AB** iudicium **VD**, iudicavi *Fb* || 10 popilius **O** || 11 popillium (*prius* i *corr. ex* u) **V** || 12 et hi] **E**; sedi **AB** sed ii **VD** || non *add.* **E** || sed ne ii quidem **τ** || ciceronem **AB** || 13 dedamatoribus **A** || 14 eum] **Dτ**; dum **C** || posset **VD** || 16 sic] **V²D**; sic ⟨non⟩ **C** || quodmodo **AB** || quidam (a *corr. ex* e) **V** || obitio **B** || 17 accidisti **AB** || 18 haec **AB** || rationem **AB**

habiturus sit; patrocinium eius est civilis belli necessitas. itaque nolo per illos reum gradus ducere, *per* quos potest tutus evadere. || licuit enim in bello et hom*inem et* civem et senatorem et consularem occidere, ne in hoc quidem crimen est, quod Ciceronem, sed quod patronum. naturale est autem, ut, quod in nullo patrono
9 fieri oportuit, indignius sit factum in Cicerone patrono. Latro accusavit illum de moribus: primum quod sic vixisset, ut causam parricidi diceret; deinde quod patronum suum occidisset. et fecit has quaestiones: an non possit eo nomine accusari, *quo* absolutus est. 'si quis' inquit 'volet hodie parricidi me postulare, non poterit. quomodo, quod crimen obici non potest, puniri potest?' an in bello civili acta obici non possint. honeste dixit, cum hunc locum tractaret, VARIVS GEMINVS: si illa, inquit, tempora in crimen vocas, dicis non de hominis, sed de rei publicae moribus. si potest quod civili bello actum est obici, an hoc obici debeat. hanc quaestionem in illa divisit: an, etiamsi necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. ad quaedam enim nulla nos debet necessitas conpellere. hoc loco Latro dixit summis clamoribus: ita tu, Popilli, si Antonius iussisset, *et* patrem tuum occideres? deinde, an non fuerit illi necesse. potuisti excusare te, potuisti praemittere ali-

**CD** 1 sit] et **AB** sis ⟨et⟩ **VD**$^1$ sit ⟨et⟩ **TD**$^2$ || 2 per *add. Schg* || *tutus] *He, Ml, Mg;* totius **AB** tutius **VD**, totiens *Kss* || 3 in bello] **D**; bello **AB** in IN bello (N *in ras.*) **V** in ⟨illo⟩ bello **τ** || *et hominem et civem] *Gz;* et cum ciuem **AB** et ciuem **VD**, *fort.* et concivem *Bs; cf. p. 293, 17* || in bello, licuit et civem *Ml,* in bello et ⟨ami⟩cum ⟨et⟩ civem *Linde* || 4 nec **V**$^2$**D** || quidem *om.* **VD** || 5 naturalest **AB** || 6 Cicerone] *Bs;* ciceronem **O** || patronum **VD** || 8 disceret **V** || 9 questiones **AV** || non *om.* **VD** || possit] *Bs;* posset **O** || noumine **AB** || accausari **B** || quo *om.* **O** || 10 quis] q̄ **B** || hodie uolet **V**$^1$**D** || odie **AB** || me] **Dτ**; mei **C** || 11 quod] quia **D**$^2$ || puniri ⟨non⟩ (non *del.* **V**$^2$) **V** || in] m̄ **A** || 12 non *del. Fb* || 13 illa inquit ⟨illa⟩ *(post.* illa *del.)* **B** || 14 sed] se **B** || potest *om.* **τ** || 15 bellum **A** || esse obiciant (a *corr. ex* u **A**) hoc **O** est post obiiciant an hoc **τ** || debeant **O** || questionem **C** || 16 ei *om.* **A** || sit *corr. ex* possit **V** || 17 nos] *Bs;* non **A**$^1$**B** *del.* **A**$^2$ *om.* **VD** || debeat **D** || 18 hoc loco] *sup.* hoc *superscr.* loı **A** || popillis **V**$^1$ || 19 et *add.* **E** || occidere **AB** occidisses **E**, occidere ⟨potuisses⟩ *Otto* || 20 illi] ei **D**$^1$

quem ad Ciceronem, ut sciret et fugeret; necesse certe non fuit manum caputque praecidere mortuo.

Colorem pro Popillio LATRO simplicem habuit: necessitate 10
coactum fecisse; et hoc loco illam sententiam dixit: miraris, si eo tempore necesse fuit Popillio occidere, quo Ciceroni mori? ALBVCIVS dixit in poenam Ciceronis *ab Antonio* electum amicissimum Ciceroni, quasi exprobraturus per hoc illi fortunam esset. molestius, inquit, feret se a Popillio occidi quam occidi. MARCELLVS AESERNINVS eundem colorem aliter induxit. cogitabat, inquit, secum Antonius: quod Ciceroni excogitabo supplicium? occidi iussero? olim iam adversus hunc metum emunivit animum: scit mortem nec inmaturam esse consulari nec miseram sapienti; fiat aliquid novi, quod non expectat, quod non timet; non indignatur cervicem hosti porrigere, indignabitur clienti. Popillium aliquis vocet, ut sciat, quantum illi defensi rei profuerint. SILO POMPEIVS 11
hoc colore usus est: offendebar, inquit, proscriptione et quaedam liberius loquebar. 'non miror; Ciceronis cliens es: tanto magis occide Ciceronem tuum'. et dixit non suae infirmitatis sententiam: uterque, inquit, sed diverso genere punitus est: Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere. MARVLLVS, praeceptor noster, sic narravit: iussit, inquit, imperator, iussit victor, iussit qui proscribebat: ego illi negare quicquam possem, cui nihil poterat negare res publica? BLANDVS hoc colore: volui, inquit, me excusare; dixi: 'Cicero me defendit'; respondit: 'scio; me accusavit. i ergo, ut sciat plus sibi Antoni accusationem

CD 1 fugere **AB** || 3 pillio **C** *corr.* $V^2$ || 6 ponam **AB** paenam **V** || ab Antonio *add. Gz* || 7 ciceronis **VD** || *post* per $V^1$ illi *scribere coepit; cum* il *scripsisset,* l *in* h *mutavit, ut nunc sit:* perihoc || illius $V^2$ illi ⟨suam⟩ **Dτ** || 9 aeserminus **B** || 11 mecum **V** || 12 *cf. Cic. in Cat. 4, 3 et Phil. 2, 119* || inmaturum **AV** || 13 indignabitur **D** || 15 reip. **V** in r. p. **D** || 17 loquar $V^1$ || es] *Bs;* est **O** || 20 marillus **AV** marryllus **B** maryllius **D** || 22 posse **AB** || 23 reip **AB** || hoc colore: volui, inquit] *Kss;* hoc inquit loco nolui **O**, hoc loco: volui, inquit *Otto coll. v. 4* || 24 dixit **AB** || ciceronem **A** ciceroni **B** cicerone $V^1$ || scio] sed *Fb*

12 nocuisse quam Popilli defensionem profuisse'. Bvteo hoc colore: 'vocetur, inquit, ille Ciceronianus [ille] cliens, amicus; excogitavi, quomodo Cicero sua periret manu'. || Cestivs hoc colore: durissima, inquit, mihi militia in Antoni castris fuit ob hoc ipsum, quod Ciceronis eram cliens; difficillimae mihi expeditiones *man*dabantur. tunc quoque vocatus sum quasi ad poenam: 'i', inquit 'occide Ciceronem; nec credam, inquit, nisi attuleris caput'; magisque admiratus est potentiam suam, quod Ciceronem Popillio non licebat *non* occidere. Fvscvs Arellivs hoc colore usus est: Antoni se partem secutum, ut, si quid posset, Ciceroni prodesset; facta proscriptione ad genua se Antoni procidisse, deprecatum esse pro Cicerone; offensum Antonium dixisse: 'eo magis occide quem mori non vis'. hic color displicebat Passieno, quia ad testem ducit; nam, si hoc fecit Popillius, non
13 tantum quod defendat non habet sed habet quod glorietur. Hispo Romanivs vehementi colore usus est et duro; patronum enim dedit Popillio et dixit aliter se causam acturum Popilli, aliter Antoni; pro Popillio dicturum: occidere nolui, coactus sum; pro Antonio dicturum: occidi Ciceronem oportuit. et dixit locum, aliter non potuisse pacari rem publicam, quam si ille turbator oti e re publica sublatus esset. solus ex declamatoribus in Ciceronem invectus est. quid? ille, inquit, cum Antonium hostem iudicaret

**CD** 1 defensione **V**$^{1}$ | butteo **C** || 2 uocet **AB** || *illo *del.; hoc* ille *servavit et antecedens* ille (*post* inquit) *del. Kss, fort. prius* ille *in* ilico *mutandum esse cens. Gz* || 5 dificilime **AB** || mandabantur] *Gr;* da(cla **A**)bantur **O** || 7 *fort.* *⟨et⟩ occide || 8 populio **V**$^{1}$ || 9 non *om.* **O** || non licebat ⟨servare, quam quod sibi Ciceronem licebat⟩ occidere *Bs* || 10 partes **Dτ** || ciceron **V** || 11 prode esse factam proscriptionem **AB** | procidisse] **D**$^{1}$**τ**; prodidisse **AV** prodididisse **B** procubuisse **D**$^{2}$ *(Ml; cf. 9, 4, 1),* proiecisse *Novák* || 12 depcatum **A** depracatum **B** || esse] *Bs;* se **O** || ciceronem **AB** || 13 magis ⟨dixisse⟩ (dixisse *del.* **A**$^{2}$**τ**) **O** || Antonium 'eo magis' dixisse 'occide *Mg* | quam **A** || nouis **A** || 14 ad restim ducit *Schott (quod probavit Mg),* testem adducit *A. Augustinus, fort.* thesim inducit *Gz* || 15 defensdat **A** || non *del. Fb* | quo *Frob* || 16 romanus **D** || et *om.* **V**$^{1}$, nec *Schg* || 17 Popillio] Antonio *Mg* || 18 pillio **O** *corr.* **V**$^{2}$ || occidi **AB** || 20 *pacare* **D**$^{1}$ || rep **AB** rep̄; **V** || turbatur **A** || 22 indicaret **A**

et omnis Antoni milites, non intellegebat se et Popillium proscripsisse? hic color prima specie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est. Varivs Geminvs dixit: cum imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis P. Clodi cliens mitteretur, qui contumeliis adficeret, antequam occideret, qui vivum laniaret. Argentarivs dixit: vocatus veni; post proscriptionem Antonius 14
terribilior erat factus etiam suis. iussus sum Ciceronem occidere: quid facerem? non parere uno modo poteram, si me occidissem: hoc nec Cicero *postulare* poterat. a parte accusatoris illo loco, quo Popillius venit, nemo non aliquid voluit novi dicere. Latro ait: praecluserat fores; nemo ad proscriptum recipiebatur, Popillius, ut venit, admissus est. Cestivs dixit: ut renuntiatum est Ciceroni, ait: Popillio semper vaco. Hispanvs Cornelivs fecit etiam querentem Ciceronem: Popilli, tam sero? Albvcivs ait: quid est, Popilli? ecquid tuto lateo? numquid mutandus est locus? inepte Sabidivs Pavlvs, qui induxit Ciceronem cum maxime *pro* Popillio orationem legentem. et Mvrredivs non est passus hanc controversiam transire sine aliqua stuporis sui nota. descripsit enim ferentem caput et manum Ciceronis Popillium et Publilianum dedit: Popilli, quanto aliter reus Ciceronis *tangebas caput* et tenebas manum eius!

**CD** 1 *prius* et *om.* **C** *add.* **Dτ** || oninis **A** || antonis **AB** antonii **VD** || intellebat **AB** || proscripsisses (-ises **B**) **AB** || 2 aegregiae **B** egregie (*sec.* e *rad. corr. ex* ae) **V** || 3 Varius Geminus] *Fb;* uarius que (quidem **D**) minus **O** || 4 qui *om.* **C** *add.* **V**$^2$ || 5 *verba* contumeliis . . . laniaret *om.* **V**$^1$**T** *add.* **V**$^2$ *(in marg.) et* **τ** || cōn(cum **B**)tumelis ⟨cliens⟩ adficeret **AB** || qui] et **V**$^{(2)}$**Dτ** || 7 erat *bis scr.* **AB** || 9 postulare *add. Gz;* ⟨poscere⟩ *C. Schenkl* || 10 quod **C** *corr.* **V**$^2$ || 11 foraes **V** || procriptum **A** || 12 certius **B** || 14 quaerentem **BVD** || albutius **BD** || ait] dixit **VD** || 15 popillio quid **C** popili ecquid **D** popilli numquid **τ** || 16 inepte Sabidius] *Kss;* inepto s(r **V**$^1$)abidiebus **C** inepte ⫽abidiebius (ab idibus **D**) **V**$^2$**D**, inepte Avidienus *A. Augustinus,* inepte Aufidius (Bassus) *Schott,* inepte Salvidienus *Schg,* inepte abit Aietius (Pastor) *Sander, fort.* inepte Sabirius (Pollio) *Kss* || quidem **D** || ciceronem *bis scr.* **V**, *post. del.* **V**$^1$ || tum **VD** || 17 maximae **A** || pro *om.* **O** || popilli **C** popilii **D** || 18 controbersiam **B** || suis **AB**, *fort.* insignis *Kss* || 19 ferrentem **B** || 20 publianum **A** popillii

## III.

Ter abdicatus, *ter absolutus* conprensus est a patre in secreta parte domus medicamentum terens; interroga.tus, quid esset, dixit venenum et velle se mori, et effudit. accusatur parricidi.

1 Cesti Pii. Dic, quid commiserim. nescis? certe nec secreta te fallunt. dimittat me: intellegetis, cui paraverim. dic, quid ante commiserim: nisi forte contentus es reo obicere parricidium, parricidae nihil. Argentari. Volui mori, quia reus fui. quid ergo? nemo reus vivet? vivet cui sordidatus adsederit pater. revertar ad venenum, quoniam iniqua Fortuna nullo me periculo defungi semel passa est. Albvci Sili. Quare ergo non moreris? non iuvat me mori, si quem alium iuvat. ut intervenit, in illas cogitationes abii: ergo quisquam tam infelix fuit? ergo quisquam me
2 magis odit quam ego? misereri mei coepi. Vari Gemini. 'Ter' inquit 'abdicatus es'. videris mihi, pater, obicere quod tamdiu

manum VD (*cf. W. Meyer Sitzungsber. d. bayer. Akad. d. W. 1872 IV 559 seq.*), Publilianam <sententiam> *Kss; cf. p. 302, 1. 309, 10* || popillio VD || tangebas caput *add. Thomas* || 21 et *om. vg* || eius] est AB, istam *Gz, del. vg* (Ciceronis tenebas manum!)

CD 2 ter absolutus *add.* E conpressus A conpraensus B compraensus $V^1$ comprachensus $V^2$D || 3 tenens *Bs; cf.* E *et Quint. declam. mai. 17 ac min. 377 (M. Sander ann. phil. 1870, 790)* || 4 venenum] $D^2$Eτ; num O || 5 accusator $V^1$ || 6 pi A || commisi D || nescis] *Bs;* necci O *om.* E, nosti (certe;) *Gz* || nec] nec <se nec> AB ne V || 7 dimittat me] *Bs;* dimittam te O dimittite $D^2$, dimittite me *Fb,* dimitte me *Gr* intelligitis A quid] qui AB || 8 nisi forte <nisi> (*post.* nisi *del.* $A^2$) AB || obicere] committere D parricidium *bis scr.* AVD *post. del.* $A^2$ || 9 volui] *Schg;* uolo O 10 nemo] *Bs;* mori O *post.* vivet *om.* AB || cui] *Gr;* quia O, *fort.* *quoi || sorditatus $BV^1$ || adsederit] *Kss;* adsedebit (i *corr. ex* e V) O 11 uenum A || iniqui $BV^1$ || 12 passea AB || sillii O || 13 *prius* iuvat] Dτ; iubat C mors $D^2$ || *post.* iuvat] uiuat V iuuet D || *illas] *Ml, Otto, Gz;* alias $ABV^2D$ alius $V^1$ has E; *cf. p. 22, 16* || 14 abi O || 15 inagis A || misereri mei] Eτ; mi(ini A)serim et C *miser memet* D || caepi A || 16 abicere AB

vivam. quod venio, quod pro me loquor, nolite mirari: tam iucundum est innocentibus defendi quam miseris mori. Corneli Hispani. Scio quosdam periclitantis illa iactare: nunc primum causam dico. haec ego dicere non possum; ter reus fui nec dubito, quin vobis in odium venerim, cum ipse me oderim. Porci Latronis. Ter causam dixi; accessit ad haec supplicia mea venenum; teneo; hoc si tibi satis non est, vivam.

Altera pars. Albuci Sili. Testor deos immortales hoc me 3
tribus iam abdicationibus cavisse, ne || in domo mea venenum deprenderem. parricidi reus vivit, qui abdicatus mori voluit. in quam angusto domus meae fortuna posita est! aut patri pereundum est aut filio. quid habes, quare mori velis? vivunt orbi, vivunt naufragi, vivunt etiam quibus contigerunt liberi ter abdicati. cum se mori velle dicat, vitam rogat. teneo parricidam, quod apparet, etiam in suam mortem paratissimum. Corneli Hispani. Nolite mirari, si debitas vires dolori meo non exhibuero: tribus iudiciis experti estis patres accusare non posse. Vibi Rufi. 4
Cum tantum sit quod fateris, quantum est quod negas? tu venenum quaesisti, tu venenum emisti, tu venenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. recte vitam odisses, si iam *tum* tibi parricidium obiecissem. vis scire, quid peccaveris? indica, quis tibi vendiderit; dicetur illi: tu ulli venenum vendebas? tu ter abdicato vendebas? sine dubio nesciebas, cui daturus esset.

CD 1 prae **AB** || mirara ita **A** mirari tam⟨quam⟩ (quam *del.*) **V** || 2 defendi q. m. mori] *He, Ml;* mori q. m. defendi **O** || 3 periclitatis **B** || 4 iter **O** item **V**² || dubito, quin] **Dτ**; subito qm (qnm̄ **V**) **C** || 6 accessit] **E**; ac(ad **AB**)cessi **O**, arcessivi *Mg, fort.* adgessi *Gz* || suplicia **A** || 7 bibam *Schg; cf.* **E** || 10 deprenderem] **τ**; depren(-praen **B**)derim **C** depraehenderem **D** || deus **AB** || 12 ⟨me⟩ mori **VD** || ueles **A** uellis **B** || *fort.* habebas, q. m. velles *Gz* || 13 naufragii **B** || contegerunt **A** || abdicatus **VD** || 14 parricidium **D** || 16 *fort.* vices *Kss* || 17 iudicis **AB** || bibi **C** || 18 sit] **E**; est **O** || 19 in eam] nea **AB** || 20 quam **AB** || odises **AB** || 21 si iam] suam **D** || tum *add. Ml* || si antea tibi *Gz* || obiecisses **O**, obiecisset *He* || peccaberis **AB** || 22 uendederit **B**, *fort.* venenum dederit *Bs* || ulli] *Bs;* illi **O** cuiquam **E** || 23 nescibas **B** escebas **V** sciebas **D**

ita hoc ego iudicio fili mortem moror? si me cum isto includitis, moriar, ut hanc vobis faciam invidiam, quam iste mihi facere voluit. Vari Gemini. Quaeritis, filius meus venenum cui paraverit? non bibit. Pompei Silonis. 'Mihi' inquit 'paravi'. et hoc est patri parare. absolutus mori volt, reus vivit. Mvsae. 'Habuit malum medicamentum Mithridates'. quis enim alius debebat habere quam parricida? 'habuit' inquit 'Demosthenes venenum et bibit'. idem ego tibi pater, quod Demostheni Philippus? Porci Latronis. Cum ab||dicarem, si quid obieceram, aiebat: numquid deprendisti? non iam habebitis, quod multum de eo dubitetis: quod negat parricidium, quod confitetur venenum est. 'mori' inquit 'volo'. vivo patre et hoc parricidium est. miser aeque timui, ne biberet venenum, quam ne daret. Arelli Fvsci patris. 'Mihi' inquit 'paravi venenum'; ne quis dubitet, an alium possit occidere. Ivni Othonis patris. Reus est parricidi qui mavolt mori quam patrem videre. quomodo voltis magis probem vobis illum mori noluisse? non volt mori. 'mori' inquit 'volui'. quare? quia ter vicisti? si mihi creditis, parricidium facere voluit; si isti, a me parricidium fieri voluit. qualis est reus cuius hoc unum patrocinium est, indignum se vita fuisse? dico tam invisum illi patrem fuisse, ut occidere voluerit: ipse fatetur tam invisum sibi fuisse, ut se occidere voluerit.

**CD** 1 indcluditis *(prius* d *del.)* **V** || 2 moriar] **D*τ***; morari **C** || 4 non] nunc ***τ*** || bibit] **E**; uiuit **O** || 5 uult **AVD** || 6 mitrudata es **A** mitridates (-taes **B**) **BV** || habebat **V**[1] debeat **D** || 7 parricidam **C** *corr.* **V**[2] || anquit **AB** inquam **D** || 8 bibit] *Schott;* uiuit **O**, vixit *Gr* || idem] **D** *(Ven);* idest **C**, idne *Gr* || ergo ***τ*** || demosteni **C** || 10 depraehendisti **D** || non iam] *Otto, Gz;* non tamen **O**, *fort.* nunc tamen ⟨non⟩ *Kss* || 11 veneficium **E** || 12 eque **AB** || 13 uiueret **AB** biueret **V**[1] || 14 parabi **AB** || possim **V**[2] || 15 iu*(corr. ex* io **V**)-nio ionis p. (ionis p̄r. **D**) **O** || parracidi **B** parricidii **VD** || mauult **AVD** || 16 patre **A** || quam ⟨cum⟩ patre vivere *He, Ml* || uultis **AVD** || 17 uoluisse **A** || ⟨me⟩ mori voluisse *Kss* || uult **AVD** || 20 siuita **A** || 21 *ante* patrem *in* **A** fuisse *erasum est* || *verba* ipse . . . voluerit *(v. 22) om.* **D** || 22 se occidere] ***τ***; *occidere* **O** *mori* **E**, occidere *Bs*, occidere ⟨se⟩ *Ml, Otto*

Non puto vos exigere divisionem, cum coniecturalis sit con- 6
troversia. habet tamen dissimilem ceteris coniecturam et dupli-
cem; non quomodo solet aut inter duos reos, cum alterum co-
arguimus, aut inter duo crimina, cum alterum probamus, ut id
alterius fiat probatio, tamquam cum dicimus adulteram fuisse,
ut credatur propter hoc etiam venefica: in uno homine con-
iectura duplex est. quaerimus enim, utrum venenum in suam
mortem an in patris paraverit.

Si hoc colore dici placet pro adulescente, quo dixit LATRO, 7
ut nihil mutaret voces, sed diceret: ‖ 'mori volui taedio abdica-
tionum et infelicitatis adsiduae, cum in hoc tantum sordes po-
nerem, ut cum maiore tormento positas resumerem et absolutio
mihi uni non finis esset periculi, sed initium', incipit praeter
coniecturam et illa prima vulgaris in eiusmodi controversiis et
pertrita quaestio incurrere, an venenum habere in mortem suam
liceat. ALBVCIVS illo colore pro adulescente dixit, non fuisse
venenum. cum putarem, inquit, odio me esse patri meo, volui
experiri adfectum eius, quomodo mentionem mortis meae ferret;
itaque palam et ita, ut interveniret pater, tenui. FVSCVS ARELLIVS
eodem colore usus est, sed aliter; non dixit: experiri patrem
volui, sed: ut miserabilem me patri facerem. MVRREDIVS pro 8
cetero suo stupore dixit medicamentum se parasse ad somnum,
quia adsiduae sollicitudines vigiliarum sibi consuetudinem *fece-*

**CD** 1 exhigere **A**$V^1$ exhiere **B** ‖ comocturalis **A** iocturalis $V^1$ ‖ sic **B** ‖ controuersiam **A** controbersia **B** ‖ 2 tam **O** ‖ dissibilem **AB** ‖ quamiecturam **AB** ⟨quam⟩ coniecturam **VD** ‖ 5 probati $V^1$ ‖ 6 benefica **C** *corr.* $V^2$ ‖ 7 sua **AB** ‖ 8 morte **A** ‖ 9 hoc colore (hic color $D^2$) displicet **VD** ‖ 10 voces] *Bs;* ⟨et⟩ uoces **AB** ⟨ut⟩ uoces $V^1$ *del.* $V^2$ *om.* **D**, *fort.* ⟨thematis⟩ voces *Gz* ‖ abdicationis **D** ‖ 12 absolutio] *Rom;* absoluto **O** ‖ 14 controuer(-bor **B**)sis **AB** ‖ sed **O** ‖ 15 questio **C** ‖ 16 ille **V** ‖ dixi **AB** ‖ 17 putarem] $D^2$**τ**; putatum **O** putarer $D^1$ ‖ odio me esse] *Schott;* odio messes **AB** odium esses **V** odio esse **Dτ** ‖ 18 maee **V** ‖ 19 ita, ut] itan **A** ‖ arelius **A** ‖ 20 colorem (m *del.*) **B** ‖ 21 prae **A** ‖ 23 qui **AB** ‖ consuetudinem us (usus **Dτ**) **Oτ**, *supplementa add. Bs* ‖ sibi ⟨facerent⟩ consuetudinem . usus colore ⟨est⟩ et **Dτ**, *fort.* *sibi consuetudinem ⟨fecerint . * * alium ind⟩ux colorem et

*rint. a parte patr*is colorem et Publilianam sententiam dedit: abdicationes, inquit, suas veneno diluit; et iterum: mortem, inquit, meam effudit. memini Moschvm, *cum* loqueretur de hoc genere sententiarum, quo infecta iam erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de Publilio, quasi ille [iam] hanc insaniam introduxisset. Cassivs Severvs, summus Publili amator, aiebat non illius hoc vitium esse, sed eorum, qui illum ex parte qua transire deberent imitarentur, *non imitarentur* quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum ‖ tragicumque aut Romanum aut Graecum; ut illum versum, quo aiebat unum versum inveniri non posse meliorem:

> tam dest avaro quod habet quam quod non habet;

et illum de eadem re dictum:

> desunt luxuriae multa, avaritiae omnia;

et illos versus, qui huic quoque ter abdicato possent convenire:

> o vita misero longa, felici brevis!

9 et plurimos deinceps versus referebat Publili disertissimos. deinde auctorem huius viti, quod ex captione unius verbi plura signifi-

**CD** 1 Publilianam] *Bs;* publianam (-num **B**) **O** ‖ dedit] dixit **D** ‖ 3 effudi **D** ‖ Moschum] *Bs;* uoscum **A** noscum **BVD** ‖ cum *add. Kss* ‖ 4 genere *om.* **A** ‖ sententiaearum **A** ‖ iam] tum *Gz* ‖ 5 quaeri **BV** ‖ plubilio **C** pubilio **V**² publio **D** ‖ iam *del. W. Baumm* ‖ iam ille **D** *(vg)*, etiam ille *Schg* ‖ 6 sumus **B** ‖ publili *corr. ex* pubbli **B** publii **D** ‖ 7 agebat **AB** ‖ eorum] illorum **D** ‖ 8 non imitarentur *add. Bs* ‖ 10 ut] aut **O** ‖ iebat **AB** ‖ 11 unum versum] *v. suas. 2, 19; Cic. p. Sex. Rosc. 77; Caes. BG. 6, 11, 4; ceterum cf. Krauss, Ciceronis epist. emend. (Lips. 1869) 29;* uno versum *Fb (cf. Seyffert-Müller ad Cic. Lael. 1 p. 10)*, ullum versum *Becher de Ciceronis quae feruntur ad Brutum epist. (Harburg. 1876) 21 not., qui tamen in hac sententia perstare noluit, fort.* *in universum, *fort.* universe *Gz, del. Sander* ‖ 12 *Publili Syri sent. 628 W.* tandest **AB** tam deest **VD** *(Quint. 8, 5, 6. 9, 3, 64; cf. Lachm. ad Lucr. 1, 43)* ‖ 13 illud (*corr. ex* illum **V**) **VD** ‖ dictam **V**¹ ‖ 14 *Publili Syri sent. 236 W.* ‖ luxuria **AB**, inopiae *Sen. epist. 18, 5, 9* ‖ 15 et] ut **O** ‖ 16 *Publili Syri sent. 438 W.* ‖ felicibus **VD** ‖ brevis] **Dτ**; brebis **AB** rebus **V** breuis *in ras.* **D** ‖ 17 plurimo *corr. ex* plurima **A** ‖ publii **D**

cantis nascitur, aiebat Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutem transtulissent. nam ut transeam innumerabilia, quae Cicero in orationibus aut in sermone dixit ex *ea* nota, ut non referam a Laberio dicta, cum mimi eius, quidquid modo tolerabile habent, tale habeant, id quod Cicero in . . . . . . . . . Laberium divus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri illum ordini reddidit; iussit ire sessum in equestria; omnes ita se coartaverunt, ut venientem non reciperent. Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adulator. multos tunc in senatum legerat Caesar, et ut repleret exhaustum bello civili ordinem et ut eis, qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus *est;* misi tenim ad Laberium transeuntem: recepissem te, nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronem remisit: atqui soles duabus sellis sedere. uterque elegantissime, sed neuter in hoc genere servavit modum. ab his huius studii 10
diffusa est in plures imitatio. sed ut ad controversiam redeam, Cassivs Severvs aiebat placere sibi illum colorem: mori volui; et quasdam dixit inter disputandum sententias: tertio, inquit,

**CD** 1 scriptorem] scripsisse **A** ‖ 2 ad] a **V**$^1$ ‖ transe **AB** ‖ imitando *Gz*, imitari *Otto coll. v. 18* ‖ 3 deinde] **A**$^2$**VD**; deinde ⟨inde⟩ **A**$^1$**B** ‖ virtutem] *Bs;* uirtutum **AB** uirtutum ⟨studia⟩ **VD** ‖ transtulissent] *Schg;* transtulisset **O** ‖ 4 transeam] **D**$^2$**τ**; transeat **O** ‖ *post.* in *om.* **D** ‖ 5 ex] et **VD**, ea *Mg* ‖ ea *add. He (om. Mg)* ‖ dixit, et nota ut non *vg* ‖ 6 habeant, ⟨quale⟩ id, quod Cicero in ⟨Laberium .⟩ *Fb* ‖ 7 *lacunam post* in *signif. Bs* ‖ ha(ba **V**)berium **C** ‖ in Laberium ⟨dixisse itemque quod hic illi respondisse fertur huc pertinet. Laberium⟩ *Gz* ‖ ⟨id⟩ diuus (id *del.* **D**$^2$) **D** ‖ laudis **A** ‖ 8 reddidit] **E**; reddit **AB** redditum **VD** ‖ sensum **AB** ‖ 9 aeque(-qui **V**)stria **BV** ‖ coartaberunt **AB** ‖ reccperent **A** ‖ 10 male audiebat] **E**; malaudierat **AB** mala audierant (n *del.*) **V** mala (male **D**$^2$) audierat **D** ‖ 11 ne **V** ‖ cessari **B** cesari **V** ‖ 12 legerat] **E**; legerant **C** elegerat **V**$^2$**D** ‖ etastum **A** ethastum **B** exhustum **V**$^1$ ‖ 13 eis] *Bs;* eius **C** iis **D**; *cf.* **E** ‖ referent **A** referrent **BVτ** referat **T** ‖ 14 est *add. Schg* ‖ transeuntentem **C** *corr.* **V**$^2$ ‖ *cf. Macrob. 2, 3, 10* ‖ 15 sederaem **V** ‖ 16 adq; *corr. ex* adte **A** atq; **B** ‖ elegantissimae **C** ‖ 17 servavit] *Ml;* seruat **O** ‖ iis **D** ‖ studi **AB** ‖ 18 impleres **V** ‖ ad *om.* **AV**$^1$ ‖ controbersiam **B** ‖ 19 casius **AB** ‖ 20 sentias **A**

cum abdicarer, aiebam: nihil tanti est; infelicem hanc animam, quam totiens exagitat pater et infestat, semel recipiat. sed illud rursus dicebam mihi: serva istam animam: facies quod voles absolutus. quare ergo nunc non moreris? dicet aliquis. primum non semper idem miseris libet; nonnumquam iuvat cum fortuna sua concurrere et illam fatigare. deinde vis verum, quare non moriar interim? quia puto te velle. Otho Ivnivs ineptam sententiam videbatur dixisse: non multum interest mea; aut enim me aut filium meum voluit occidere. ||

## IIII.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

Quidam, cum haberet uxorem et ex ea filium, peregre profectus est. a piratis captus scripsit de redemptione epistulas uxori et filio. uxor flendo oculos perdidit. filium euntem ad redemptionem patris alumenta poscit; non remanentem alligari volt.

1 Cesti Pii. Non est, quod mulieris adfectum lege aestimetis, qua minatur; omnia facit, ne filius alligetur. navigaturus reliquit uxori filium; nec adhuc caeca erat. Albvci Sili. Deduxit *ad* te filium; itaque tene, complectere. audeo dicere, hoc par ne piratae quidem dividerent. si vellet filium alligari, pateretur ire quo pro-

CD 1 abdicarer] D² *(Bs);* abdicare **AB** abdicaret **VD¹** || 2 totens exagitet **AB** || 3 rusus **AB** || dicebam] *Ml, Mg (1871);* dicebat **O** || istam animam] *Schg;* istum animum **O** || 4 dicet] *He;* dicit **O**, dicat *Otto* || 6 concurrere et] *Bs;* concurreret (t *del.* **V**) **C** concurrere **D** || fatigaret **C** *corr.* **V¹** || 7 oto **O** || 8 terest **AB** || 9 silium ineum **A** || 11 thema *ante* liberi *legitur in* **O**; **del.* || *cf. Quint. decl. mai. 6* || 13 est] et **VD** || a *om.* **A** || spiratis **AB** || redemptionem **AB** redeptione **V** || 14 oculo **AB** || perdit **B** || 15 alimenta **VD** || 16 uult **V** || 17 adfectu **AB** || aestimentis **A** || 18 quae **τ**, quam *Mg* || facit] **Eτ**; fecit **O** || reliquisi **AB** || 19 necat huc **A** || deduxit ad te] *Otto;* deduxito **AB** deducite **VD**, diduxit te <et> *He,* deduxi <ad> te *Bs* || 21 alligari] *Schg;* alligare **O** || rire **AB** || quo] **Dτ**; quod **O**

perat. ergo tu, adulescens, matri tuae ne decem mensum quidem alumenta reddes? si pascere non vis matrem, expecta saltem, ut efferas. TRIARI. Legem attulit qua catenas minatur, causam qua timet. MARCELLI AESERNINI. Si perseveras, me quoque ad piratas trahe: impetrabo ab illis alimenta; et virum meum pascunt. FVLVI SPARSI. Mater, si non pascitur, peritura est; pater, etiamsi non redimitur, tamen pascitur. IVLI BASSI. Patri tuo supersunt et oculi et alumenta.

Altera pars. CESTI PII. Matrem meam imitari volo: amare 2
me meos docuit. unius vinculis duos alligat. si matris exemplo pius esse voluero, etiam ‖ oculos patri debeo. ARELLI FVSCI patris. Desertorem tuum apud patrem invenies. VARI GEMINI. Qualis fortuna est! cui victo, mater, catenas denuntias, victori ad piratas eundum est. omnia licet patri praestem, meliorem tamen habuit uxorem. quam multi me putant, quia nolo ad patrem redimendum ire, nunc cum matre conludere! FVLVI SPARSI. Matri nihil timeo, si eam apud vos relinquo: patri quid non timeo, si eum apud piratas relinquo? BVTEONIS. Oculos certe eruam mihi, ne plus marito praestiterit uxor.

LATRO hanc controversiam quasi tota offici esset declamavit; 3
nullas quaestiones iuris inseruit, sed comparavit inter se incommoda patris et matris et tamquam thesim dixit: utrum ad redi-

CD 1 ne] *τ*; nec O ‖ mensium TD ‖ 2 alimenta AVD ‖ parcere A ‖ saltem] D*τ*; salutem C ‖ *verba* si vellet *(p. 304, 21)* . . . efferas *(v. 3) Cestio Pio tribuenda esse censet A. Langen de disticho Graecorum elegiaco I (Vratislav. 1868) thes. 1* ‖ 3 minatur] *cod. Vatic. Schotti;* minetur O ‖ causa ⟨est⟩ quia D ‖ 5 trahae B trabe V ‖ imperabo AB ‖ alimentae AB elementa et V ‖ *pascunt] faciunt A[1]B *del.* A[2] *om.* VD, alunt (*vel* satiant) *Bs* ‖ 6 moritura D[1] ‖ 8 alumenta (u *corr. ex* i) A alimenta VD ‖ 9 mea B ‖ 10 meos] me V *om.* D ‖ unus AB unis D ‖ 11 ⟨reddere⟩ debeo *Kss,* ⟨dare⟩ debeo *Otto* ‖ 12 *verba* tuum apud patrem *bis scr.* C (tum C[a], aput B[a]), *del. post. loco* A[2], *priore* *τ* ‖ 13 victo] D[2]*τ*; uincto O ‖ 14 eumdum AB ‖ 16 matre] *τ;* patrem (-re VD) O ‖ concludere O *corr.* D[1] ‖ mater AB ‖ 17 reliquo AB ‖ non *om.* V *eras. in* D ‖ eum *corr. ex* eam (?) A ‖ 18 reliquo AB ‖ ceste AB ‖ erbam AB ‖ 20 offitii (-cii D) VD ‖ 21 questiones C ‖ 22 thesim] *He;* tiesim AB quaereret VD

mendum potius captum patrem ire filius deberet, an ad alendam caecam matrem subsistere; et sic eam divisit, ut diceret: hoc, quod mater desiderat, utile est *et* patri. novissime tractavit ne patrem quidem velle; utique, si sciat matrem in hac esse fortuna, non passurum. Bvteo fatuam quaestionem moverat primam: an lex, quae de alendis parentibus lata esset, ad patres tantum pertineret. illis omnia privilegia data et ipsam poenam non alentium signum esse non muliebris potestatis. res est ineptior, quam ut coarguenda sit; itaque transeo; illud unum, quod dicebat Pollio Asinius, referam: numquam debere ‖ temptari in causa verecunda
4 inprobam quaestionem. Hispo Romanivs illam movit quaestionem: an lex de alendis parentibus non pertineret ad matres vivis patribus. filius, inquit, familiae nulli poterit servire nisi patri; omni alia servitute liber est. puta enim te alumenta petere ab eo, quem pater mittat peregre, quem navigare iubeat: primae partes sunt patris, secundae matris. Albvcivs non iuris illam fecit quaestionem, sed aequitatis, ita tamen, ut et iuris adiungeret [et]: matris prius esse *quam* patris officium. Silo Pompeivs illam fecit quaestionem: an, quotiens duobus communio esset, potestas eius tota fieret, qui praesens esset. puta, inquit, servum te esse communem: huic domino servies, qui praesens est. puta fundum esse com-

CD 2 eam] meam **AB**, matrem *Gz* ¦ diuit **AB** diuidit **VD**[1], adiuvit *Gz* ¦ 3 mater] *Gr;* pater **O** *(Otto)* ¦ residerat utille **AB** et *add. Gr* ¦ matri *Otto, fort.* *patri; ⟨deinde: . . .⟩ ¦ nouissimae **C** ¦ 5 *post* passurum *in* **O** *sequuntur verba* in epilogis . . . Graecus *(p. 307, 18—19)* ¦ ⟨et⟩ buteo **Dτ** questionem **A** ¦ moverat] *Bs;* mouerunt **O** ¦ man **A** ¦ 6 esset] *Kss, Mg;* est **O** ¦ patris **O** pertineret] *Bs;* pertinet **C** ⟨nomen⟩ pertinet (-neat **D**[2]) **D** ¦ 7 illis] illi sunt **VD** 8 inemptior **BV** ¦ 9 quoarguenda **B** ¦ illū **VT** *corr.* **V**[1]**τ** ¦ 10 deberi **C** ¦ causam **V**[1] ¦ 11 *priore loco* questionem **A** ¦ romanus **D** *post. l.* questionem **A** ¦ 12 vivis] ⟨ut⟩ uiuis **O**, ⟨utique⟩ vivis *Schg*, ⟨adhuc⟩ vivis *Bs* ¦ patris **A** ¦ 13 omni] om̄ **B** ¦ 14 te *om.* **B** ¦ alimenta **VD** 16 questionem **A** 17 iuris] *Schg;* iuri **O** *et *del.;* utrum *Bs*, ei *Gz* 18 *esse quam] esse **O**, esset ⟨an⟩ *Bs* ¦ offitium **BV** ut iuri adiungeret, utrius prius esset, patris ⟨an matris⟩ officium *Mg* ¦ questionem **AB** ¦ 19 an] a **AB** communio] **E**; communib; **AB** communis **VD** ¦ 20 te esse seruum **VD** 21 domini **AB** ¦ fumdum **AB**

munem: is fructus percipiet, qui praesens est. illam quaestionem huic duram subiecit: an nunc pater nullum ius in filium habeat. quomodo, inquit, iura civis non habet, qui liberi hominis non habet, *ita qui civis non habet, nec* patris habet; ille nullam in te potestatem habet, mater in totius legis possessione est; iam non commune illi ius in te, sed proprium est. VARIVS GEMINVS 5 sic divisit: an non semper filius cogi possit, ut matrem alat; deinde: an nunc cogendus non sit. non semper, inquit, filius cogitur. transeo illos, qui non possunt, aegros et inutiles; aliquis ad propellendum hostem proficiscitur, in cuius unius militia posita est salus publica: hunc retinebit mater? puta legatum de summa rei publicae, puta *de* foe|dere: huic ma*nus ma*ter iniciet? *et* per partes comparando utrumque officium, ille, inquit, peregre est, tu domi; ille captus, tu libera; ille inter piratas, tu inter civis; ille alligatus, tu soluta es. at tu caeca es: ille hoc infelicior, quod videt; quid enim videt? *notas* captivitatis suae et caedes et volnera et cruces eorum, qui non redimuntur. at periculosum est. *quam multi nihil pro patribus periculosum putarunt!* in epilogis vehemens fuit APOLLONIVS Graecus; *quid, inquit, peri-*

**CD** 1 illam praestionem **AB** ‖ 3 *prius* non *om.* **VD** ‖ habeat **D** ‖ 4 *verba* ita . . . nec *add. Mg* ‖ patris] *Kss, Mg;* patrem **O** ‖ ⟨si⟩ ille *Gz* ‖ 5 te *om.* **VD** ‖ matrem **D** ‖ possessionem **O** ‖ 6 illi ius] illius **O** ‖ 7 filio **V** ‖ posset **O** ‖ mater **A** ‖ ala **AB** ‖ 9 quogitur **B** ‖ illos *corr. ex* illias **B** ‖ quo **A** qui *in ras.* $V^2$ ‖ aegros et] agrose **AB**, aegros *Kss* ‖ 10 profisciscitur **AB** ‖ lunius (l *del.*) **V** ‖ militiae **AB** ‖ 11 publicae **AB** ‖ 12 r. p. **D**, re publica *Ml* ‖ de foedere] *Schg;* foe(fae **V**)deris **O**, *fort.* foederis ⟨obsidem⟩ *Gz* ‖ manus mater] *Konitzer;* mater **O** mater ⟨uincula⟩ $D^2\tau$, mater ⟨manum⟩ *Kss* ‖ initiet **A** ‖ hunc mater vinciet *Bs* ‖ et *add. Schg* ‖ *fort.* *huic mater ⟨catenas volet⟩ inici . et ‖ 13 cumparando **AB** ‖ offitium **V** ‖ 14 ciui **A** ciuiuis **B** ciues **E** ‖ 15 *prius* es] est $V^1$ ‖ cae(ce **B**)ce si **AB** ‖ ho **B** ‖ 16 eni **A** ‖ videt] $D\tau$; uiuet **C** ‖ notas *add. Mg;* mala *post* suae *add. Bs, fort.* signa *post* suae *add. esse cens. Mg* ‖ captivitatis] *Schg;* castitatis **O**; *cf.* **E** ‖ cae(ce **A**)de sed **AB** ‖ 17 uoluenera **AB** uulnera **VDE** ‖ 18 *verba* quam . . . putarunt *add.* **E** ‖ *verba* *in epilogis . . . Graecus *(v. 19), quae in* **O** *post* passurum *(p. 306, 5) leguntur, huc transposui Kss praeeunte; O. Gruppe ea ante* Calvus *(p. 308, 10) inseri voluit* ‖ ine(ne **AB**)phi-logis **C** ‖ 19 appollonius **V** ‖ *verba* *quid . . . est (p. 308, 1) add.

6 *culosum est?* nihil non; et domi manere et flere. Latro dixit pro matre summisse et leniter agendum. non enim, inquit, vindictam, sed misericordiam quaerit et cum eo adulescente consistit, in quo ita exigit pietatem, ut impediat. aiebat itaque verbis quo*que* horridioribus abstinendum, quotiens talis materia incidisset; ipsam orationem ad habitum eius, quem movere volumus, adfectus molliendam. in epilogis nos de industria vocem quoque infringere et vultum deicere et dare operam, ne dissimilis orationi sit orator; conpositionem quoque illis mitiorem convenire. Calvvs, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiae habuit, usque eo violentus actor et concitatus fuit, ut in media eius actione surgeret Vatinius reus et exclamaret: rogo vos, iudices: num, si iste disertus est, ideo me damnari

7 oportet? idem postea, cum videret a clientibus Catonis, rei sui, Pollionem Asinium circumventum in foro cae*di*, inponi se supra cippum iussit || — erat enim parvolus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis vocat illum 'salaputium disertum' — et iuravit, si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam; nec umquam postea Pollio a Catone advocatisque eius aut re aut verbo violatus est. solebat praeterea excedere subsellia sua et inpetu latus usque in adversariorum partem transcurrere. et carmina quoque eius,

**CD** 1 non] nisi **Dτ** || manere] **Dτ**; maneret **C** || 3 iniscricordiam **A** || 4 piaetatem **B** || impediet **AB** || 5 quoque] **τ**; quo **C** *del.* **A**² co **D** || abstinendus **AB** || 6 ipsa oratione **A**¹**B** || nolumus **V** *corr.* **V**¹ || 7 ⟨ad⟩ affectus **VD** || mollienda **A**¹**B** || 8 deieceret **A** deiecere et **B** || dedissimilis **D** || orationis id **B** || 9 mitiorem] *Gr;* minorem (-re **V**) **O** || 10 quid (qui **A**) iocum **AB** || Cicerone] **DEτ**; ciceronem (-em *corr. ex* -es **V**) **C** || 11 aeloquentiae **BV** || actor] **E**; actusor **AB** accusator **VD** || 13 num] *cf. p. 317, 7;* non **O** (*cf.* **E**) || 14 cationis **A** || 15 *in foro caedi] *Mg;* in forecae **O**, in sorite *Herv*, in foro Caesaris *Schg*, in forica *O. Jahn*, in foro *Weichert poet. lat. rel. 119* || inponis **AB** || suppra **V** || 16 paruulus **AVD** || 17 Catullus . .] **Dτ**; caturus in hen (en **V**) decasyllabi sucat **C** || *Cat. 53, 5* || salap(-app **A**)uttium **O** salapantium *cod. Catulliani; cf. CJL 8, 10570* || 18 iuravit] **D**; iurabit **C** iurabat **τ** || qua **AB** || 19 in eum] meum **V** || calumnia **B** || 20 rem **A** || 21 subselia **AB**; *cf. Baehrens ann. phil. 1883, 786* || elatus **VD** || 22 parte **A** || et *fort. del. esse cens. Gz*

quamvis iocosa sint, plena sunt ingentis animi. dicit de Pompeio:

digito caput uno
scalpit. quid credas hunc sibi velle? virum.

conpositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis 8
viget: nihil in illa placidum, nihil lene est, omnia excitata et fluctuantia. hic tamen in epilogo, quem pro Messio tunc tertio causam dicente habuit, non tantum leniter componit sed *summisse,* cum dicit: 'credite mihi, non est turpe misereri', et omnia in illo epilogo fere non tantum emollitae conpositionis sunt sed infractae. in hac controversia Publilianam sententiam dixit Festvs quidam rhetor, staturae pusillae, in quem Euctemon, homo venustissimi ingeni, Graece dixit: antequam te viderem, nescie*bam* rhetoras auctoratos esse. fuit autem Festi sententia: 'captus est, inquit, pater'. si te capti movent, et haec capta est. et quasi
non intellexissemus, ait: nescitis dici 'captos luminibus'? et illud 9
dixit: mitte istam epistulam infructuosam. odisse illam debes:

CD 1 iocosa sint] *Politianus;* iocasa sit **AB** ioca sint **VD** | 2 *fr. 18 L. M.; cf. Plut. Pomp. 48; Iuven. 9, 130 seq., quorum locorum ratione habita Jos. Scaliger interrogationis notam ante* virum *(v. 3) collocavit* || ⟨Magnus, quem metuunt homines,⟩ digito *schol. ad Lucani 7, 726,* ⟨fasciola qui crura tegit⟩, digito *Jos. Scaliger (cf. Ammian. 17, 11, 4),* ⟨f. q. c. ligat⟩, digito *Fb* || 3 quid] *schol. Luc.;* quo **O** | dicas *schol. Luc.* | velle] **ꝛ**; belle **O** || 4 demusthenis **B** | 5 viget] *O. Jahn;* reget **A** riget **BVD** | laene **VD** || 6 fluctuantia] $\mathbf{D^2}$**ꝛ**; fructantia **AB** fluctantia $\mathbf{VD^1}$, fluitantia *Ml,* luctantia *Mg,* flagrantia *Novák, Linde, fort.* ferocientia *Gz* | quam **AB** || 7 dicentem **AB** || leuiter **C** || *summisse, cum] *cf. § 6 et 9, 3, 10;* cum **O**, etiam *Schg,* quod *Gz,* commode *Linde* || 8 et ⟨cetera;⟩ omnia *Kss* | 9 ferre **AB** | 10 controuersiam **AB** || Publilianam] *Bs;* publianam **ABDꝛ** publicanam **V** || Festus] *Schg;* fecus **A** fetus **BVD** | 11 retor **A** rethor **B** in *om.* **V** || qua ēuctemon **A** quā euctemon **BVD** || uenustissimae **AB** || *fort.* venustissimae linguae *Gz* || 12 greco **AV** grecae **B**, *fort.* egregie *Kss (cf. p. 54, 3)* || nesciebam] *Schott;* nescie **AB** nescio **VD** | 13 rhetoras auctoratos] *Usener;* rheturas uictoriatos **AB** rhetorans oratos **VD**, rhetor an orator (esses) *'quidam' apud Fb,* rhetoras victoriatos *Bs* || esses **VD** || Festi] *Schg;* haesti **C** cestii **Dꝛ**, *fort.* ⟨haec⟩ Festi *Kss* || 15 ait] sit **V**, an *Kss* || dicit (t *del.*) **V** || 16 mitte istam] *Bs;* mittes tam (tamen **VD**) **O** || infructu **AB**, infaustam *Bs*

haec est, quae matrem tuam excaecavit. et illam falsissimam, in quam multi inciderunt: propter hoc ipsum, inquit, magis flebilis est, quod non potest flere. et iterum: lacrimae, inquit, matri desunt, causae supersunt; tamquam caeci flere non soleant. memini Crispvm quendam, anticum rhetorem, in illa controversia viri fortis, qui tertium filium retinet, cum alter filius in tyrannicidio perdidisset oculos, alter in acie manus: exsurgite nunc, viva cadavera, rogate pro patre. sed quid ego meos derideo? alter quos roget non videt, alter quibus roget non habet. multis conpositio belle sonantis sententiae imposuit; itaque memini Latronem Porcivm, ut exprobraret hanc audiendi scholasticis neglegentiam, maxime quia Triarivs conpositione verborum belle cadentium multos scholasticos delectabat, omnes decipiebat, in quadam controversia, cum magna phrasi flueret et concitata, sic locum conclusisse: inter sepulchra monumenta sunt; et cum scholastici maximo clamore laudarent, invectus est in eos, ut debuit, et hoc effecit, ut in relicum etiam quae bene dicta erant tardius laudarent, dum insidias verentur. Glycon dixit: πα¦ράθει, μῆτερ, ἐπιλαβοῦ τέκνου· ταλαίπωρε, οὐδὲ βλέπεις, ἂν κρατήσῃς. εἴ μέ, φησιν, οὐ τρέφεις, ἐπίμεινον.

CD 1 falsissimam] *Herv;* salsissimam **O**, stultissimam *Novák* ‖ 2 qua **C** *corr.* **A**¹ inciderunt] *Otto;* incidunt **O** 3 inquit lacrimae **VD** ¦ matri] **Dτ**; matris **C** ‖ 5 antiquum **V** shetorem **A** illo **A** ¦ controbersia **B** ‖ 6 filius] filios **B** thy(ti **A**)rannicidio **AV** 7 cui **A** cuiua **B** uaua **V** ¦ cadeuera **V** ¦ 8 patre] *Schg;* fratre **O** quos] quod **VD** 9 quibus] quid **V** quod **D** ¦ bellae **C** 10 ⟨nomen⟩ imposuit **D** ¦ Porcium] **τ**; portum **A** portium **BD** portauit **V** ¦ 11 exprobaret **C** ¦ neglentiam **B** maximae **A** ¦ 12 uelle **AB** 13 delectauat **AB** 14 phrasi flueret] *Thomas, Mg;* quasi fluerent (flerent **V**) **Oτ**, *fort.* quasi ⟨vi⟩ fluerent *Mg* magno cursu flueret et concitato *Bs* ¦ clusisse **C** ¦ 15 sepulcra **AB** sunt] s **B** ‖ scholasticis **AB** scholatici **VD** maximo clamore] **τ**; maximae (-me **VD**) clamorem **O** *corr.* **D**¹ 16 *prius* ut *om.* **AB** ‖ efficit **AB** ¦ 17 reliquum **V** laudarem **AB** 18 insiduas **AB** uererentur **VD** ¦ *fort.* cum insidias vererentur *Gr* ‖ elicon **A** elycon **B** clycon **V** glicon **D** πα(na **A**)ραοε ΜΗΤΕΡ **C** ¦ ἐπιλαβοῦ] *Bs;* ΕΙΤΙΑΛΒΟΥ **C** ‖ ΤΕΚΝΟΥ ΤΑΑΙπ(-n **A**)ωΡΕ (ωΡ **B**) 19 οὐδὲ βλέπεις] *Bs;* ΟΥΑΕ ΒΕπ(-n **A**)ΕΙΣ **C** ¦ ἂν] *Ml;* ΟΝ **C**, ὂν *Mg* ¦ ΚΡΑΤΗΣΗΣ (-ΣΕΗΣ **A**) ΕΙΜΦΝΣΙΝ (ΕΙΜΙΝΣΙΝ **V**) **C**, κρατεῖς· ἐπεί μέ, φησιν *Mg* ‖ ΟΥ ΤΡΕΦΕΙΣ ΕΠ (ΕΙΤ **A**)ΜΕΝΟΝ ΙΝΑ **C**

ἵνα θάψῃς. Hybreas in hac controversia dixit: τέκνον, κἂν με φεύγῃς, καταλήψομαί σε ἐπαιτοῦσα. hoc quibusdam corruptum videbatur, Romanius tamen . . .

## V.

Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: sustulit ex ea filium. habebat procuratorem in domo speciosum. cum frequenter essent iurgia novercae et privigno, iussit eum semigrare: ille trans parietem habitationem conduxit. rumor erat de adulterio procuratoris et matris familiae. quodam tempore pater familiae in cubiculo occisus inventus est, uxor volnerata, communis paries perfossus; *placuit propinquis quaeri a filio quinquenni, qui una dormierat, quem* percussorem cognosceret; ille procuratorem digito denotavit. accusat filius procuratorem caedis, ille filium parricidi.

Arelli Fusci patris. Vt audivi clamorem, si qua est fides, 1
deprensos a patre adulteros putavi. quis ferret te voluntariam testem in forum venientem, etiamsi venires dictura pro filio? miserrime ‖ puer, quamvis *ipse* pericliter, plus tamen pro te timeo: nimium fraternis insistis vestigiis; itaque iam tibi cum matre non convenit. quamdiu mater vixit, pater me fuit procuratore con-

CD 1 θάψῃς] *Bs;* ΕΥΝΟ **A** ΕΨΝΟ **B** ΘΥΗΟ **V**, θάπτῃς *Gr; cf. p. 305, 2* ‖ ΖΕΚΝΟΝ ΚΑΝ ΜΕ ΦΕΥΤΝΟ **C** ‖ 2 καταλήψομαι] *Kss;* ΚΑΤΑΝΨ(-Υ **A**)ΟΜΑΙ **C** ‖ ΟΕ ΕΠ(ΕΝ **A**)ΙΙΤΤΟΥΟΑ *(inter* Τ *et* Τ *in* **V** Ο *eras.)* **C**, σε ἐπιτυχοῦσα *C. Schenkl* ‖ corrumptum **V** ‖ 3 romanis **B** romanus **VD** ‖ 5 ⟨thema⟩ mortua **VD** ‖ quidam] **DE**𝖙; quidem **C** ‖ *verba* duxit . . . habebat *(v. 6) om.* **A** ‖ 7 speciosum] **E**; spati(-ci **B**)osum **AB** spatiosam **V** spaciosa **D** ‖ lurgia **AB** ‖ 8 semigrare] **E**; emigrare **O** ‖ tras **A** ‖ 9 habitatione **AB** ‖ 11 cubilo **V** ‖ uulnerata **AVD** ‖ 12 perfosus **B** ‖ placuit . . . quem *(v. 13)*] **E**; *om.* **AB** puer iubetur **VD** ‖ 13 perfcussorem (f *del.*) **V** ‖ 14 cognosceret] **E**; cognoscere **O** ‖ 15 cidis **AB** ‖ parricidi (*tert.* i *corr. ex* e) **B** parricidii **VD** ‖ 17 depraensos **BV** deprehensos **D** ‖ uoluntaria **A** ‖ 18 uenires (i *corr. ex* e) **B** ‖ 19 miserrimus **D**$^{2}$ ‖ ipse *add. Kss* ‖ 20 uestigis **AB** ‖ matre] matrem **ABD** ‖ 21 vixit] 𝖙; dixit **ABD** *corr.* **D**$^{1}$ fdixit (f *del.*, d corr. ex u) **V** ‖ procuratori **AB**

tentus. non facile fit parricidium. vis scire, quantum natura possit? etiam infans pro fratre loquitur. Triari. Vivo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis. aliquis uno teste contentus est: dabo *puerum. aliquis non est uno teste contentus: dabo* populum. obicit privigno parricidium, filio mendacium. intrat procurator
2 qua solebat. dic, puer, quis patrem tuum occiderit, dic audaciter; eundem nominas, quem populus. nox placet sceleri: prorsus adulteri tempus. habui patrem tam bonum, ut, cum uxorem habere vellet, tamen me novercam habere noluerit. quo mihi lumen? tantum admissuro nefas optanda nox est. 'quid' inquit 'ante peccavi?' dissimile est: memento enim de homicida quaeri; potest tirocinium esse homicidium, parricidium non potest. lumen attulisti, ut discerneres illic, quam leviter volnerare deberes. videmus adactum in *patris* praecordia gladium: sic ego novercam volnerassem. frater, quaero, an videris procuratorem novissima nocte;
3 nihil de prioribus quaero. Vibi Galli. Ego taceam de adulterio, quod persequitur etiam populus? ego taceam de parricidio, quod persequitur etiam puer? testor vos, iudices, salvom patrem reliqui. o magnam in contrarium saeculi nostri perversitatem! inventus est qui patrem posset occidere, novercam || non posset. etiamsi quis occidere patrem non potest, novercam potest. Sepvlli Bassi. Dum perfodio parietem, aliquis sentiet. cuius vis levissimum esse

CD 2 fratre] D² *(Kss)*; patre O || adutera AB || 4 *verba* puerum ... dabo *om.* O; *cf.* E || 5 mendatium AB || 6 patre B || occidero V || audacter D || 7 undem V || nox] E; non O || 8 uxore AB || 9 mi(ni A)hi luminea AB mihi lumenea VD, *fort.* *mihi lumina || 10 admisuro C || obtenda A obtanda BV, obtendenda *Kss* || *verba* quo mihi *(v. 9)* ... nox est *post* non potest *(v. 12) collocanda esse cens. Bs* || inquit] ego *Fielitz* || 11 *fort.* *homicidio, *fort.* ⟨hoc ut⟩ homicida *Gz* || queri A || 13 discerneres] *Kss*; discerneres ⟨eras (eerat V erat D)⟩ O || quam] *Rom (cf. p. 314, 8. 315, 19)*; quem ABD quae V || leviter] Dτ; leuititer C || uulnerare AVD || 14 patris *add. Gz; cf. p. 313, 13* || praecordiam A || cladium BV || uulnerassem AVD || 15 proxima nocte D || 16 uiui C || 17 *prius* quod] ADτ; quid B quo V || enim A || homicidio *Gz* || 18 persequi V || saluem A saluum VD || 19 magnum A || peruersitatum V || 20 quia A¹B || occidere] E; occidere ⟨et⟩ O || posset] DE; potest C || 21 quis] q̄ B || 22 sentiat A || esse] *Bs*; se AB *om.* VD

sommum? pueri an senis an mediae aetatis? pueri? frater sentiet.
senis? pater. mediae aetatis? noverca. quaererem, quam sordida
domo natus esset, si ullam habuisset: nunc inquisitionem nostram
humilitate effugit. non miror, si nescis, quam difficile sit patrem
occidere, cum incertum habeas patrem. Albvci Sili. Quaero a 4
te, mulier, an filio tuo credendum putes? liceat mihi nutrire
puerum: nec cum matre illi nec cum tutore conveniet. tres in
cubiculo sunt: patrem occidis, puerum contemnis, adulteram non
times. singuli se servi liberique offerebant puero, *ego* stabam
ante omnis: percussor latebat post adulteram. quid ante peccavi?
cuius uxorem corrupi? quod si fecissem, hominem occidere *pos-*
sem, patrem non possem. bonos habeo testes: timeo hunc in
aliena potestate. aspice corpus patris: quam gravis plaga, quam
alte adactus est gladius! sic ego novercam percussissem. Cesti
Pii. Adulterum te esse non unum testem dabo, non corruptum,
dabo multos, dabo etiam pueros. patrem tam graviter percussi,
quam debui novercam, novercam *ne* sic quidem, quemadmodum
patrem? Ivli Bassi. Tibi fuit necessarium lumen, ne eam occi- 5
deres, propter quam occidebas; mihi supervacuum erat, ne instru-
mento parricidi detegerem parricidium. si rerum natura ¦ patere-
tur, obliviscendum erat mihi patris, dum occiderem. maiore licentia

**CD** 1 *supra post.* an *superscr.* aut **A**[1] ¦ 2 medieetatis **A** mediaetatis **BV** 3 domi **V** ullum **AB** ¦ 4 humilitatem **A** ¦ 7 matre] **Dτ**; matrem **C** ¦ illi nec] **D** *et cod. Vatic. Schotti;* illi ne **C** ¦ tutore ⟨queat⟩ **D**, procuratore *Fb* ¦ conuenire **VD**, convenit *Schott* 8 sunt] **D**[2]**τ**; suo **O** ¦ non times] nos times **AB**, nosti *Kss*, *fort.* consciam habes *Ml* 9 liberique] *Gz;* libertique **C** offerebant] **D**[2]; efferebant **O** ¦ puer **VD** ego *add. Gz* ¦ stabat **VD** ¦ 11 occidere sed (⟨patrem⟩ **Dτ**) non possem ⟨hominem occidere⟩ (*haec duo vocab. del.* **A**[2]) **Oτ**, ⟨fortasse possem⟩ occidere, sed non possem ⟨patrem occidere⟩ *Gz* ¦ bonis **O** habes *Gz* 12 prae(pre **V**)testes **O**, praedes *Bs*, prae ⟨isto⟩ testes *Gz* timeo] *Gr;* temet **AB** timet **VD**, temet ⟨et⟩ *Gz* ¦ 13 accipe **A** ¦ 15 esse ⟨dabo⟩ (. . ., dabo non) *Ml*, *fort. recte* (*cf. p. 332, 9*) 16 puerum *Heinrich, Otto* ¦ pater **AB** 17 *post.* novercam *om.* **B** ¦ ne *add. Herv* quidem] **τ**; quidam **O** ¦ 18 ne] nein **A**, *fort.* ne mihi *Gz* ¦ 20 detegere **B** ¦ 21 maiore] *Rom;* minore **O**, ⟨nisi vero⟩ minore *Kss* licentiam **V** ¦ minore reverentia *Bs*, minore diligentia *Ml*

quae non videmus agimus, et, quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est; cui parcam parricida, non habeo. non possum gloriari ultione patris; frater illam meus occupavit. BLANDI. Quam difficile est filio patrem vulnerare et quam facile privigno nover1
6 cam occidere! VARI GEMINI. 'Patrem' inquit 'occidisti'. testor vos, iudices, nihil leviter hae manus faciunt. utrum nolui te occidere, *an* non habui potestatem? atqui vulnerata est: leviter vulnerata es; quam diligenter servata es! tu testimonium dic et ostende *istud non vulnus, sed argumentum. ostende* vulnus: percussor ille quam timuit, ne occideret! PORCI LATRONIS. Quare lumen adfero? fortius parricidium faciam, si non videro patrem. occidere aliquis patrem ante [quam] novercam potest, novercam ne post patrem quidem potest? TRIARI. Quis parricidio puras manus servat et inde incipit, quo pervenire difficile est?

7 DIVISIO. Has controversias, quae et accusationem *habent et defensionem*, non eodem ordine omnes declamaverunt. quidam fuerunt, qui ante defenderent quam accusarent, ex quibus Latro fuit. FVSCVS ARELLIVS: debet, inquit, reus in epilogo desinere.

**CD** 2 facinodis **AB** 3 purgandum **V** ‖ cui] tibi **D** parcam] **Dτ**; purgam **AB** pargam **V** parricida] *Kss, Mg;* parricidi **AB** parricidium **VD** purgem parricidio *Bs* 6 *fort.* occidisti, ⟨me vulnerasti⟩ *Gz* ‖ 7 utrum nolui . . .] *Kss (sed* es *pro* est *scr.);* utrum non habui potestatem atqui (anqui **Vτ**) uulnerata est (es **D**) uin (ui **VDτ**) nolui te occidere non habui potestatem atqui (autqui **V** atqui leuiter **D** anqui **τ**$^{1}$) uulnerata es (est **V**) leuiter **Oτ** (*verba* atqui . . . potestatem *om.* **T**), utrum non habui potestatem, an nolui te occidere? atqui vulnerata es; leviter *O. Jahn et Bs (sic iam Fb, nisi quod* vel *pro* an *proposuit),* utrum non habui potestatem? atqui vulnerata es. an nolui te occidere? [atqui vulnerata es] leviter *Mg* 9 dic et] diceret **AB**, *fort.* dicens *Bs* 10 *verba* istud . . . ostende *add.* **E**; ⟨istud . . . argumentum . istud, inquam, ostende⟩ *Gz* 11 quale **ABD** 12 fortium **V** 13 patrem *del.* **A**$^{2}$ ‖ *quam *del.* post] potest **B** ‖ 14 *fort.* Argentari *Gz* ‖ quis] *Kss;* aliquis **O** ‖ 15 *cf. Quint. declam. mai. 1, 6:* 'nemo inde coepit, quo incredibile est pervenisse'. 16 habent *om.* **C** ‖ *et defensionem *add. Gz* ‖ et ⟨defensionem habent et⟩ accusationem *Bs* 17 dedamauerunt **B** ‖ 19 reas **A** ‖ epiloqgo *corr. ex* epiloquo **A**

optime autem epilogum defensioni contexit; et homines magis defendenti quam accusanti || favent. ultima sit pars quae iudicem faventem possit dimittere. quidam permiscuerunt accusationem ac defensionem, ut comparationem duorum reorum inirent et crimen, simul reppulissent, statim transferrent; ex quibus fuit Cestius. hoc non semper expedit. utique ei, qui inbecilliorem partem habet, non est utile comminus congredi; facilius latent quae non comparantur. in hac controversia *non sunt* duo, sed 8
tres rei; noverca enim procuratori coniungitur. itaque a fili parte utique aiebat prius accusandum, quia unum deberet crimen defendere, duo obicere, et adulteri et caedis. si qua sunt ex utraque parte difficilia, non colorem, sed argumentationem desiderant; itaque, ne modum excedam, praeteribo. circa vulnus novercae quidam bellas res dixerunt, quidam ineptas, immo multi ineptas. prius illa, quae belle dicta sunt, referam. Fvscvs ait: destricta levi 9
vulnere est cutis; non credas factum manu privigni, credas amatoris. Passienvs ait: sic leviter te vulneravit dextera illa, cui nec paries obstitit nec pater? Varivs Geminvs dixit: da ferrum testi meo: fortius feriet. Cestivs dixit, cum descripsisset, quam leve vulnus esset: nocueras, inquit, mihi, si amicae tuae nocere potuisses.

CD 1 defensione O contexet *Bs* || 2 defemti AB || quam *om.* A 3 fabentem C || dimittere] *Kss, Mg;* a(ad VD)mittere O, *fort.* mittere *Mg* 4 defensictionem (ct *del.*) V || et AB || ⟨per⟩ conparationem AD ⟨comper⟩ comparationem (*prius* com *del.*) V || inirent] *Bs;* irent O || 5 repulissent AD || transferret A transferet B || 6 ei *om.* VD || inbecillorum (-lliorum B) C 7 partem] D*ɽ*; patrem C || habent D || cominus D || 8 *non sunt duo, sed] et duo AB duo et VD² duo vel D¹, vel duo vel *Bs*, sunt duo, ⟨non⟩ *Traube* || controversia, ait Buteo, tres ⟨sunt⟩ *Gz* || 9 a *om.* AB || 10 utique *del.* A² || agebat V, aiebam *Schg* debebat D || 11 obscere V || 12 difficile AB 14 quidem bellas AB || *vel prius* ineptas *vel* immo multi ineptas *delendum esse cens. Otto* || 15 bellae C || dicta *corr. ex* dicte A ait] ut VD districta *ɽ (vg)* || 16 est cutis] D*ɽ*; acutis C, cutis *Novák* || credas *corr. ex* credis V || manum V || amatoris (i *corr. ex* e) V || 17 sic] *ɽ*; sed O || dexta AB ne V || 18 obstitit] DE; obsistit C || geminius A || 19 meo (o *in ras. 2 litt.*) V || fieret B || 20 inquid AB intquit V

Brvtvs Brvttedivs cotidiano verbo significanter usus est: rivalem, inquit, occidit, amicam sauciavit. Hispo Romanivs eiusdem generis rem dixit: ostende, noverca, ostende istud, quod amator tuus vellicavit. Bassvs Sepvllivs dixit: maritum occidit, adulteram strinxit. ‖ ex illis, qui res ineptas dixerant, primus ibi ante omnis
10 Mvsa voster, qui, cum vulnus novercae descripsisset, adiecit: at, hercules, pater meus tamquam paries perfossus est. Mvrredivs: patrocinium putat esse causae suae, quod sanguinem misit. Nepos Licinivs ait: non est istud vulnus, sed ludentis adulteri morsus. Senianvs ex illa stultorum nota sententiam protulit: non vulneravit, inquit, novercam, sed viri sui sanguine aspersit; cum illa
11 vulnerata ponatur. Vinicivs, exactissimi vir ingeni, qui nec dicere res ineptas nec ferre poterat, solebat hanc sententiam Seniani deridere et similem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. Senianus in hac eadem controversia dixerat: nihil puero est teste certius, utique quinquenni; nam et ad eos pervenit annos, ut intellegat, et nondum ad eos, quibus fingat. haec finitio, inquit, ridicula est: 'nihil est puero teste certius, utique quinquenni'; puta nec si quadrimus puer testis est nec si sex annorum. illud venustissime adiciebat: putes, inquit, aliquid agi: omnia in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio; nihil est
12 autem amabilius quam diligens stultitia. Montani Votieni senten-

**CD** 1 brutedius **O** ‖ cottidiano **V** ‖ 2 sautiauit **V** ‖ romanus **D** ‖ 3 noverca] **D**τ; nouercam **C** ‖ 4 bellicauit **C** ‖ 5 ex] et **A** ‖ dixerat **V** ‖ primus . .] *cf. Verg. Aen. 2, 40* ‖ 6 uester **VD** ‖ 8 causae suae, quod] *Vahlen;* quod causae suae **O**, quod causa sua *O. Jahn, fort.* quod amicae suae *Mg* ‖ misit] *fort.* fudit *Mg* Nepos Licinius] τ; ne post licinium **O** *corr.* $D^1$ ‖ morsus] *cf. Prop. 5, 5, 39* 10 saenianus **C** ‖ 11 sanguine] **D**τ; sanguinem **C** ‖ illa] *Ml;* illi **AB** illic **VD** 12 uulnera tanta $D\tau^2$ ‖ ponatur] $\tau^1$; ponantur $O\tau^2$ ‖ uinicus **AB** ‖ dicere] **DE**; dicit **C** ‖ 13 sentiam **V** ‖ 14 dictam (dicta **A**) ⟨non⟩ mortani **C** dictam montani (mon *in ras. scr.*) **D** ‖ uocieni **B** ‖ 15 saenianus **BV** ‖ ine (e *del.*) **V** ‖ controuersiam **C** ‖ dixerant (n *del.*) **A** ‖ 16 oertius **A** ‖ utque **AB** ‖ quinquenniā (ā *del.*) **A** ‖ 17 nundum **B** ‖ haec finitio] *Bs;* et finitio **AB** et haec de(dif **D**)finitio **VD** ‖ 18 ridicula (r *corr. ex* n) **V** ‖ nihil esse **D** ‖ est] erit *Schg* ‖ 19 illud] illud ⟨est⟩ **AB**, illud ⟨etiam⟩ *Bs* ‖ 20 uenustissimae **AB** ‖ 21 homines **AB** exceaeptio **A** ‖ 22 inamabilius *vg* ‖ stultitiam nontani **C** ‖ uocieni **B**

tiam huic aiebat esse similem et deridebat hanc: insomne et experrectum est animal canis, utique catenarius, paratus. erat autem non aequos ipsi Montano. accusaverat illum apud Caesarem, a colonia Narbonensi rogatus. ‖ at Montanus adeo toto animo scholasticus erat, ut eodem die, quo accusatus est a Vinicio, dice*ret*: '*dele*ctavit me Vinici actio'; et sententias eius referebat. eleganter illi dixit Svrdinvs: rogo: numquid putas illum alteram partem declamasse? gravis scholasticos morbus invasit: exempla cum didicerunt, volunt illa ad aliquod controversiae thema redigere. hoc quomodo aliquando faciendum est, cum res patitur, ita in- 13
eptissimum est luctari cum materia et longe arcessere, sic quomodo fecit in hac controversia Mvsa, qui, cum diceret pro filio locum de indulgentia liberorum in patres, venit ad filium Croesi et ait: mutus in periculo patris naturalia vocis inpedimenta perrupit, qui plus quam quinquennio tacuerat. quia quinquennis puer ponitur, putavit, ubicumque nominatum esset quinquennium, sententiam fieri, quia Latroni bene cesserat, qui, cum elusisset vulnus exiguum, dixit: aspicite istam vix apparentem cicatricem; rogo vos: non putetis puerulum fecisse et ne puerulum quidem quinquennem? Gallvs Vibivs inprobam dixit sententiam, cum caedem 14
describeret: occidit, inquit, maritum, novercam laesit, puero pepercit: etiamnunc putabat suum. valde enim puero Cestivs aiebat

**CD** 1 insomne] *Bs;* inomne **O** ‖ 2 paratus] **D**$^2$; paratur **O**, pacatus *Schott,* ⟨nihil⟩ paratius *Schg, fort. recte* ‖ 3 equos **AB** equus **VD** ‖ Caesarem] *cf. Tac. ann. 4, 42* ‖ 4 tota anno **AB** ‖ 5 uitinio **A** uinitio **B** ‖ diceret: delectavit] *Mg;* dicectauit **C** decertauerit **Dτ**, disceptarit (in Vinici ⟨...⟩) *Bs; cf. Schg et O. Gruppe quaest. Ann. 28* ‖ 6 me] in **Dτ** ‖ uicini actio est (actionem **Dτ**) **VDτ** ‖ allegan-ter **B** ‖ 7 illud **D** ‖ 8 grabis **AB** ‖ morbus] **Dτ**; morb **AB** morus **V** ‖ 9 didicerunt] *Thomas;* dixerunt **O** ‖ uoluntes **V** uolentes **Dτ** ‖ tema **AB** ‖ 10 quomodo] *Bs;* quod homo **AB** quod **VD** ‖ 12 Musa *om.* **D** ‖ 13 det indulgentiam **V** ‖ partes **V** ‖ 14 perrupit] *O. Jahn;* corrupit **O**, rupit *vg* ‖ 16 quinquenium **A** ‖ 17 latrone **V** ‖ elusisset] *Vsener, Mg, C. Schenkl;* diluisset **Aτ** deluisset **BV** diluisset *corr. ex* deluisset **D**$^1$ dixisset **D**$^2$, delusisset *Bs* ‖ uulgus **V** ‖ 19 fecisset et **V** ‖ 20 gallius **B** ‖ uiuis **C** ‖ senteatiam **A** ‖ caedem (*post.* e *corr. ex* a) **B** ‖ 21 discriberet **A** ‖ matritum **AB**, patrem *Mg* ‖ laeserit **D**$^2$ ‖ 22 etiam hunc **D**

parcendum; itaque dixit, cum laudaret eius testimonium: procuratore natus es? Hermagoras hunc sensum decentius posuit: κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἢ μή; Blandi sententia laudabatur, cum descripsisset a puero demonstratum procura||torem: digitum multa significantem! Evctemon dixit: μητρυιά, χρηστὸν εὗρον μάρτυρα. ὦ παιδίον εὐσεβές! ὦ παιδίον ἄξιον τῆς σῆς μητρός, ὅλον δὲ πατρός! Mvrredivs mimico genere fatuam sententiam dixit, cum dixisset novercam disputare contra filii sui testimonium: facit, inquit, quod solet: pro amatore sanguini suo non parcit. Nicocrates Lacon aridus et exucus declamator dixit: τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν. Hermagoras, cum miserabilem dixisset pueri condicionem esse, qui infestae novercae et procuratori redderetur, dixit iam procuratorem clamare: οὐκ ἔστιν ἡμέτερος.

## VI.

Tyrannus permisit servis dominis interemptis dominas suas rapere. profugerunt principes civitatis; inter eos

CD 1 procuratorem **AB** procurator **D**, procuratorene *Bs*, procuratore me *Mg (cf. p. 311, 21)* ‖ procuratore natus ⟨non⟩ es *Fb*, procuratori nothus es *Gr* ‖ 2 hermacotas **O** ‖ dicentius **A** decencius **B** ‖ *Graeca em. Bs;* ΜΑΤΑ ΤΟΝ ΑΔ(ΑΛ **A**)ΗΛ(ΕΛ **V**)ΦΟΝ Η ΜΗ (ΜΝ **V**) **C** ‖ 3 Blandi] **Dτ**; blandis **C** ‖ 4 a *om.* **AB** ‖ significante **D** ‖ 5 ΜΕΤΡΥΙΛ **AB** ‖ χρηστὸν] **τ**; ΧΡΗCΟΝ **C** ‖ εὗρον] *Bs;* ΕΜΠΟΝ (*bis scr.* **A**) **C** ‖ ΜΑΡΤΥΡΑ Ω **C** ‖ παιδίον] *Bs;* ΝΑΙΛΙΟΝ **C** ‖ ΕΥCΕΒΕΤ Ο ΠΑΙΔΙΟΝ **C** ‖ 6 ἄξιον τῆς σῆς] ΑΞΙΟ ΙΗC (ΙΝC **A**) Η (ΗCΜΗC, *prius* C *del.*, **V**), ἀνάξιον τῆς *Bs* ΜΗΤΡC ΟΛΟΝ Κ (καὶ *vg, corr. O. Jahn*) ΠΑΤΡΟC (-ΚΟC **B**) **C** ‖ mimicò] **BDτ**; mimia **A** minima *corr. ex* mimma **V** ‖ 7 disputarem **AB** ‖ 9 sanguine **V** ‖ sui **AB** ‖ pepercit **D** ‖ aridum **AB** ‖ et exuctus **C** sed et uetus **D**; *cf. Quint. 12, 10, 14* ‖ 10 ΙΛΙΟΥ **C** ‖ ΕΦΗCΑΤΟ **C** ‖ 11 ermacotis (-tus **B**) **AB** hermatotis **V** ermacotas (c *vel spiritus asperi, qui vocatur, signum sup.* e *superscr.*) **D** ‖ miserabile **AB** conditionem **B** condictionem **V** ‖ 12 infestus **D** ‖ 13 procurtatorem **A** ‖ damare **A** ‖ 15 *tyrannus] ty(ti **A**)rannus ⟨thema⟩ **AB** tyrannus ⟨thema tyrannus⟩ (*prius* tyrannus *del.* **V**[2]) **V** ⟨thema⟩ tyrannus **Dτ** ‖ seruisi **AB** seruis ut **VD** ‖ intereptis **A** interemtis **B** ‖ dominas suas rapere] **E**; *om.* **AB** *dominabus suis nubant* **VD** ‖ 16 principe **AB**

qui filium et filiam habebat profectus est peregre. cum omnes servi dominas suas vitiassent, servos eius virginem servavit. occiso tyranno reversi sunt principes; in crucem servos sustulerunt; ille manu misit et filiam conlocavit. accusatur *a filio* dementiae.

Argentari. Haberemus solacium, si has nuptias tyrannus 1
fecisset, non pater. habe hunc illi honorem: fac dotalem, sine dominam custodiat. sanum putatis esse qui maluit tyrannum imitari quam servum? pater noster honestis parentibus natus — qui enim aliter condicionem matris nostrae habere potuisset, si
tantum ingenuus fuisset? Cesti Pii. Soror, opto tibi perpetuam 2
sterilitatem. cum dicerem: 'manu mittamus servum', aiebat: 'expectemus sororis nuptias'. ergo tibi, soror, ut honestos habeas liberos, adulterandum est? fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. plus servo dominus permisit quam tyrannus. qui facit has nuptias *aut* insanus est aut tyrannus. quis hoc potest credere, optandum filiae fuisse, ne finiretur tyrannis, ne rediret pater? si interrogavero patrem, quod gravissimum in tyrannide fuerit scelus, si sanus est, respondebit: quod dominae servis con-
locatae sunt. Fvlvi Sparsi. Eligitur maritus quem sanus pater 3
dotalem dedisset. gener tuus ipsis nuptiis crucem meruit. egregium generum, in quo nihil est gloriosius quam quod inter cruciarios non est! gravissima ipsi quoque servo facta est iniuria: dominam suam illi non licuit servare virginem. Blandi. Fecit etiam servo iniuriam, cui detraxit abstinentiae gloriam. nuptiis

**CD 2 seruus VD || 5 accusator B || a filio *add.* E || 6 solatium OE || 7 nunc A *(vg)* || honore B || 8 domina B || sanus V¹ || putetis B || 10 que AB || conditionem AB condictionem V || 11 perretuam AB per tuam *corr. ex* pereretuam V || 12 steritatem AB || asaebat B || 13 sororis] *Bs;* sororias O; *cf. p. 324, 17. 327, 3* soror] sor A || 14 liberas A || fecit se] E; fecisse O || 15 cruciariis] E; crucariis O || 16 aut *add.* E || 17 tyrannis] BDτ; ty(ti A)rannus AV || rediter AB || 18 interrogouero A || 19 sanus] famis A || respondebia A || conlocate A colocatae B || 20 sint D || Fulvi] Dτ; filius A fuluis BV || marutus A marcitus B 21 dedisset (dis *in ras.*) V || nuptis AB || 22 gloriosus AB || cruciarios] E; crucarios O || 24 non licuit illi VD || 25 nuptis C**

4 suis manu missus est. o matrimonium omni adulterio turpius! Ivli
Bassi. Liberata re publica quod me tristem vidistis, nolite mirari:
nobis etiamnunc vivit tyrannus. virginitatem, quam sub tyranno
servaverat, perdidit sub patre. dic, furcifer: cui sororem meam
virginem servasti? dic, si placet: 'mihi'. non vitiavit, inquit, cum
liceret illi. itane iste nuptiis dignus est, quia indignus est cruce?
*vel servus* ex cella sua in ¦ dominae migrabit cubiculum, vel
5 domina ex cubiculo suo migrabit in cellam? Corneli Hispani.
Melioris condicionis sunt vitiatae quam virgo: illis tamen mutare
nuptias contigit. quare, tyrannicida, praemium accepisti? etiam-
nunc aliqua ex edicto tyranni nupta est. qui edictum tyranni
fugerat redit cum edicto. dementia hoc patris factum est, ut
tyrannum accusare non posset. quid? ille, inquit, filiam meam
virginem alteri servavit? nunc maritus est qui sub tyranno quo-
que nihil amplius potuit quam raptor esse. is, qui dotalis desti-
natus erat, custos relictus est. propositum est edictum, quod ne
ferremus fugimus. nihil per totum publicae servitutis spatium in-
dignius visum est, nihil dis hominibusque minus ferendum. itaque
tyrannus post hoc occisus est. desponsa est puella; omnia ex
6 edicto tyranni facta sunt. Albvci Sili. Egregius gener, cuius
haec una gloria est, quod comparatus cruciariis frugalior est.

**CD** 1 manu missus] **Dτ**; manumissis **C** ‖ *verba* o matrimonium . . . turpius *ante* qui facit *(p. 319, 16) transp. O. Gruppe* ‖ 2 me *om.* **A** ‖ triste **B** ‖ 3 sub *om.* **C** *add.* **DEτ** ‖ 5 uintiauit **AB** uinciauit **V** ‖ 6 *iste nuptiis dignus est]; est (est *del.* **A**²) nuptis dignus est **AB** dignus est nuptiis **V** est nuptiis dignus **DE**, et nuptiis dignus est *Heinrich* ‖ 7 vel servus *add. Ml* ‖ celsa **A** ‖ sua in . .] *Bs;* suai (sua **V** suae **D**) dominae (-ne **A**) migrauit (-uit ⟨in⟩ **VD**) **O** ‖ *verba* cubiculum . . . migrabit *(v. 8) om.* **A** ‖ vel] ⟨an⟩ vero (*om. antea* vel servus) *Schg,* ? ⟨melius⟩ vel (*om. antea* vel servus) *Gz* ‖ 8 migrauit **BVD** ‖ cellam . *Gz* ‖ 9 conditionis **BVD** uitiaeate **A** illi **A** ‖ 10 contingit **AB** tirancida **A** ‖ 11 aliqua] **Dτ**; aliquam **C** ‖ 13 non *om.* **VD** ‖ quit **B** quod **VD** ‖ 15 is] isto *Otto,* isti *Gz, del. Kss* ‖ dotalis (i *corr. ex* e) **B** ‖ 16 custas **A**, ⟨noc⟩ custos *Schg* ‖ relictus] **Dτ**; relictum **C** ‖ *verba* isti, qui *(v. 15)* . . . relictus est, *post* occisus est . *(v. 19) transp. Gz* ‖ 17 ferraemus **B** ‖ indignusi **A** ‖ 18 hominibus quae **V** ‖ inferendum **AB** ‖ 21 cumparatus **B** ‖ cruciariis] **τ**; crucaris **AB** crucariis **VD**

melius servus custodit dominam quam pater filiam. *propitius pater ita filiam* suam collocavit, quemadmodum iratus tyrannus alienas. inimici tibi nepotes precantur. cum sanus pater fuit, ne has videret nuptias, fugit. parum putatis magnum argumentum dementiae, quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, servos in crucem? quomodo, qui sic fugis, sic conlocas? honestius exul es quam socer. si voles invenire generi ¦ tui propinquos, ad crucem eundum est. Arelli Fvsci patris. Ex servo 7
gener, [et] ex domina uxor, ex domino socer factus est. quis has nuptias non tyranni putet? patrem tyranni criminibus accuso, tyrannum patris. quid de tyranno querar? patri similis est. quid de patre non querar? tyranno similis est. miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, *sub patre tyrannum desideras*. id in filia tua coegisti, quod tyrannus tantum permiserat. nunc nobis, pater, si sanus es, exulandum est. quid enim miserius accidere potest quam is status in libertate, quem ceteri vix ferunt in servitute? fugimus, ne serviremus. felicitatem nostram in calamitatem convertit; aliquanto enim fuit satius cum ceteris contumeliam ferre quam liberatis omnibus solos in tyrannidem reici. servo libertatem dedit, filiae servitutem. servo filiam dedit, innocentiam abstulit. nescio, quid sibi velit quod servi meritum laudat; tyran-

CD 1 custodiuit VD, custodiit *Bs* ¦ *verba* propitius . . . filiam *(v. 2) add.* E ‖ 2 quaeadmodum B ¦ 3 alienos D ‖ 7 invenire] D$\tau$; inuenires C ‖ 9 et *del. Ml* ‖ domino B ‖ 11 de *om.* AB ‖ querar] *Schg;* queror AD quaeror BV ‖ patris D ‖ *verba* quid . . . similis est *(v. 12) om.* A ‖ 12 quaerar V ‖ 13 *verba* sub . . . desideras *add.* E ‖ id *(fort.* in id *C. Schenkl)* filiam tuam *Mg, Linde, C. Schenkl* ‖ 14 tua per malitiam tuam coegisti *Hertz; cf. quae seq.* ‖ quod tyrannus tan' tantum per militia tua coegisti (*haec omnia del.* A$^2$) quod tyrannus tantum permiserat AB, quod tyrannus tamen tantum permiserat *Bs* ‖ quod tyrannus in aliis tantum permiserat, id in filia tua coegisti *Konitzer; cf. Zeitschr. f. d. GW. 1868, 83* ‖ 15 sanus es] D$\tau$; sanus (sannus A) est C ‖ exultandum A ‖ accedere A ‖ 16 is status] D$\tau$; is statis AV istatis B ‖ libertate] *Herv;* libertatem O ‖ ferunt *om.* C ‖ seruitutem O ‖ *fort.* quam ista pati in libertate, quae ceteri vix in servitute? *Bs* ‖ 17 ne *om.* C ‖ *fort.* ⟨ergo servitutem⟩ fugimus, ⟨ut⟩ *Gz* ‖ 18 fugit VD ‖ 19 libertatis BD *corr.* D[1] ‖ 21 quid (i *superscr. sup.* q) A

num enim laudare debebat. servus noster *non est* stultus: tergus *et* caput suum deliciis praesentibus praetulit. si dixerit se extimuisse tantum nefas, laudabo et hanc illi etiamnunc optabo mentem.

8 ceterae honestos invenerunt sibi viros; haec talem habet, quales illae in tyrannide habuerunt. soror mea ancillulae paelex est, et, ut domina nuberet, con‖serva de cellula est eiecta. nullum in tyranno maius scelus fuit, quam quod tibi libuit imitari. o te, soror, miseram, quod ista non sub tyranno passa es! iam enim pati desisses. hoc tu putas praemium esse: quia dominam non violavit, violet quantum volet? iste vero, ut dices, iniuriam tibi fecit, quia adfinitatem tuam moratus est. si non cessasset, iam fortasse ex illo nepotes haberemus. habeamus generum, si possumus, parem *vel* similem; si minus, non erubescendum, cui cognatus sit aliquis *nobilis*, cui sacra aliqua et penetralia, in quae deducatur uxor, quem adiungamus ad domum, non quem ex

9 censu deleamus. Porci Latronis. Qui omnia tuleramus, hoc fugimus. vocat servum et, quia crucem non meruerat, mereri iubet. itane, furcifer, tu potuisti dominam complecti? putasti aut semper

**CD** 1 noster] n̄t **B** ‖ *non est *add.*; ⟨non⟩ *Bs* ‖ servus non stultus *Herv* ‖ tergum **D**$^1$**τ** ‖ et *om.* **O** ‖ 2 delicis **AB** ‖ dixerit se extimuisse] *Bs*; dixis extimuisse **AB** dixisset timuisse **VD**, dicit *(sic cod. Vatic. Schotti)* se timuisse *vg* ‖ 3 nefas *om.* **VD** ‖ et] etet **AB** ‖ aptabo **A** ‖ 4 caeterae **V** ‖ sibi viros] *Bs*; seruos **O**, ⟨, non⟩ servos *Schg* ‖ 5 illi **A** ille **B** ‖ tyrannidae **V** ‖ sorore **AB** ‖ meta **B** ‖ ancellulae pelex **A** ‖ et] *Bs*; sed **O**, *del. Schott* ‖ 6 cellula est eiecta] *Kss (sed* cellulast *scr.)*; cellulas iecta **AB** cellulas facta est **V** cellula exacta est (est *om.* **τ**) **Dτ** cellula eiecta est *cod. Augustodunensis Schotti* ‖ 7 atibi **AB**, *fort.* patri *Kss* ‖ 9 desisset **AB** ‖ 10 violet] **D**$^2$**τ**; uolet **O**, *fort.* *⟨violabit, cum⟩ volet,; *cf. p. 271, 15* ‖ ut dices] ut dicis **D**$^2$, *fort.* videlicet *Ml* ‖ 11 quia] *Frob*; qui **O** ‖ cessas etiam **O** cessasset **τ** ‖ 12 habeamus] *Rom*; habemus **C** habebimus **Dτ** ‖ 13 *parem vel similem; si minus] parem similem siminus (sinminus **VD**) **O** parem siminus *cod. Vatic. Schotti*, parem similemque; si minus *Gz* ‖ 14 nobilis *add. Thomas; cf. Bentl. ad Hor. carm. 1, 27, 15* ‖ cui *om.* **B** ‖ poenetralia **B** ‖ 15 dedicatur **D**$^1$ ‖ *priore loco* quem⟨quem⟩ **AB** ‖ 16 census (*corr. ex* cessum **A**) **O** ‖ omnia] am̄a **B** ‖ hos **O** ‖ 17 curam **D**$^1$ ‖ meruerat] **D**$^2$**τ**; merueram **O** ‖ 18 furtifer **A** ‖ aut semper] *Fb*; autem per **O**

tyrannum victurum aut semper afuturum patrem? felicissimae videbuntur quibus contigerat raptus tyrannicus. ita sine dubio beneficium dedit, quod custodit dominam a stupro, se a cruce? cum infelici face ad dotalem suum nova nupta deduceretur, si qua fides est, exhorrui, quasi repositum esset edictum. cogitabam, quem sorori virum eligerem. simpliciter fatebor: fastidiebam iam eas condiciones, quae ante profectionem fuerant; aiebam: illo tempore et aliae virgines erant. 'non vitiavit' inquit 'sub tyrannide'. o nos felices, si ne nunc quidem! Triari. Age, hoc non || 10
est praemium, unum spectare omnium cruces? certum habeo, si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum. indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendae sunt. Vari Gemini. Eadem hora et libertum fecit et generum. hoc fecisti, quod tyrannus non cogit, nisi cum irascitur, servos ne tunc quidem facit, cum cogitur. generum habes: qualem? ut illi laudationem suam reddam, nempe frugi servum. servis tuis paritura fratres *est*. quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrannidis mala, tamen tristiora exponam quae post tyrannidem gesta sunt. non dubitabam, quin esset tyrannicidae nuptura. si sub tyranno vitiata esset, solacium haberemus hoc: non tibi uni accidit. nondum occisum tyrannum puto, etiam-

CD 1 ⟨te⟩ uicturum VD || afuturum] *Otto;* futurum O, ⟨dementem⟩ futurum *Bs,* ⟨furentem⟩ futurum *Linde* || felicissimae] *Fb;* felicissimi O || 2 contigerat] *Bs;* contegerat·AB contigerit VD *(Mg)* || tyrannicus] *Schg;* ty-(ti A)rannus O, tyranni *Fb* *fort.* raptor tyrannus *vel* rapi sub tyranno *Mg* || 3 benefitium V || custodiuit VD, custodiit *Bs* || strupro AV || 4 infelici face ad] *Herv;* infelice faciat O infelice face at *ς*, infelice faci ad *Bs,* infelice face ad *Kss* || suum] seruum *Schott* || 5 exorrui AB || 6 simpliter V || patebor AB || 7 conditiones O || 8 tempore et aliae] *Herv;* tempore me (me *del.* A[2]) talie (talia B taliae D) O || sub *om.* AB || tyrannidae C || 9 ne] non D[1] || quidemus V Triari] *Bs* (Triarii); triariis (-rius VD) O || 12 maiorem AB || maximae C || 13 ora AB 14 fecisti] fecit VD, coegisti *Gz, fort. recte* || 17 patura A || *est *add.* || paritura ⟨es⟩ fratres *Schg,* pariturast fratres *Bs* || positionem A || 18 tristior AB || 19 esset] D[2]; essem O || 20 ruptura AB || sis A || solacium *add. ς (Gr),* in B *vacuum 3 litt. spatium* 21 iuni AB || nundum B

11 nunc tyrannicas nuptias video. MARVLLI. Nunc sciam, an merito libertatem acceperis, si liber non merueris crucem. hoc, quod obicio, qui *tyranni* temporibus fecit, occisus est. P. VINICI. Nunc in domo nostra matrimonium est, cuius me puderet, etiamsi raptus esset. quam miseros putatis, iudices, esse quibus duo, quae miserrima sunt, optanda fuerunt, tyrannus et raptor? una genero tuo commendatio est, quod se aliquando ista puella putavit indignum. VALLI SYRIACI. In ea condicione, iudices, sumus, ut consolari debeamus sororem, quod aut rapta non sit aut nupserit. et tamen quid ille meruit, quamdiu per dominum licuit, innocentissimus
12 servus? SEPVLLI BASSI. Nuptias clausa domo fecimus. in contubernium deducta servi domina est: ita iste dexteram sororis meae, nisi dum manu mittitur, non contigit? POLLIONIS ASINI. Inter nuptiales fescenninos in crucem generi nostri iocabantur. miserrimum me diem egisse memini, quo servire coepit res publica, miserrimum *me* diem egisse memini, quo in exilium fugimus: inter hos dies sororis nuptias numero. miserrima soror, fortasse vernularum tuorum noverca es. pater, volo ducere uxorem: dic, quam mihi ex ancillis despondeas.

Contra. ALBVCI SILI. Servavit dominam. si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset.

13 DIVISIO. LATRO in has quaestiones divisit: an, etiamsi non debuit filiam sic collocare, damnari tamen ob hoc non possit dementiae. licet, inquit, mihi filiam meam cui velim conlocare:

CD 1 marilli **C** maryllii **D** ¦ an] hanc **AB** ¦ 3 tyranni temporibus] *Thomas;* in pluribus **O**, ⟨non⟩ in pluribus *Schg, fort.* *in raptis 4 me] minus *Schg* ¦ 5 esset] est **A** quibus] *Bs;* quidem **AB** equidem **V** ⟨eos⟩ quibus ⟨quidem⟩ **D** *(vg), fort.* quibus eadem *Gz* ¦ miserrimam **AB** 6 fuerunt optanda sunt **D** ¦ genero tuo] *Bs;* generatio **A** generi tuo **BVD** ¦ 8 Syriaci] sir **B**; *post* sir *incipit in* **B** *fol. 141ʳ et alius scriba excipit priorem* ¦ conditione **O** ¦ 9 sorore **V¹** 13 nisi *om.* **A** non *om.* **AB** popillionis asinis **C** ¦ 14 nuptiales] *Rom;* nuptia **AB** nuptias **VD** locabantur **V** ¦ 15 *me diem egisse] egisse me diem **O** 16 miserrima **AB** miserrimam **V** ¦ me *add. Ml* ¦ quod **AV** 18 es] **Dτ**; est **C** ¦ 19 ancillis] **Dτ**; achillis **AB** acillis **V** ¦ 20 iudicasset **C** 22 questiones **A** ¦ 23 collocare] **Dτ**; collocari **C** ¦ ob] ab **C** ob *corr. ex* ab **D** 24 uellim **B**

isto modo et repudium *cum* remisero genero accusabor. male conlocavi filiam: et multi alii. quid tibi videntur hi, qui abducunt filias suas *in lupanaria*? sed male *conlocavi* eam nec ob hoc damnabor. tu patrem debes dementem accusare, non sanum regere. ego istud an sine ratione fecerim, videbimus: satis est, si sana mente feci. deinde: an sic filiam conlocare debuerit. hoc in haec divisit: an, etiamsi bene meruit servus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia. deinde: an bene meruerit; de facto servi primum disputavit, deinde de animo. factum quale est? dominam non stupravit. auge beneficia: nec ¦ dominum occidit nec adulter domino venenum dedit. non est beneficium scelere abstinere. et tyrannus permisit dominas rapere, non coegit. deinde hoc beneficium eius, quod laudas, serva: alioqui iniuriam fecit, si non subducta est iniuriae, sed reservata; tunc tamen solacium fuisset cum multis pati. denique, quod aliae in tyrannide passae sunt, haec in libertate; ceterae absentibus suis, haec praesentibus; in aliis stuprum vocabatur, in hac matrimonium; in aliis finis expectabatur iniuriae, in hac nullus; denique illarum stupratores suffixi sunt, huius manu missus est. deinde de animo servi.

**CD** 1 iste **V** ‖ cum *add.* ***Bs*** ‖ accusator **V** ⟨meo⟩ (*del.* **D**$^2$) accusator **D** ‖ 2 collocasti *corr. ex* collocaui **D** ‖ alii . quid] aliquid **AB** ‖ ii qui abdicant **D** ‖ 3 in lupanaria] *A. Köhler;* auari **O**, *fort.* a viris ***Kss***, a maritis *Linde* ‖ addicunt filias suas auaris ***τ***, abdicant filias suas? avari. *vg* ‖ *conlocavi *hoc loco add.* ‖ mala causa est **D**$^2$***τ***, male eam ⟨conlocavi, sine ratione:⟩ *Vahlen, fort.* *male ⟨conlocavi fil⟩iam ‖ 5 si sane **V** ‖ 6 feci] ***τ***; fecit **C** *corr.* **D**$^1$ ‖ 7 etiamsi bene] ***Bs;*** etiam siue **AB** etiamsi **VD** ‖ 8 an] ⟨si⟩ an (si *del.*) **V** ‖ meruit **A**, meruerit; ⟨hic⟩ ***Gz***, *fort. recte* ‖ factop (p *del.* **V**$^2$) **V** ‖ 9 disputabit **AB** ‖ de *om.* **VD** ‖ quale est] ***τ***; qualem ⟨num⟩ est (est *del.* **A**$^2$) **AB** quale non **VD**, quale ⟨enim⟩ est ***Bs***, qualenam est ***Mg***, *fort.* quale tandem ***Ml*** ‖ 10 non strupauit **A** non strupráuit **BV** constuprauit **D** stuprauit ***τ*** ‖ benefitia **AV** ‖ *post. l.* ne **C** ‖ adulteri **C** adulter▨ (i *eras.*) **T** adulterio **D** ‖ 11 dominam uenumdedit **D** ‖ benefitium **V** ‖ et▨ (t *eras.*) **B** ‖ 12 dominas] ***Bs;*** domina **AB** dominam **VD** ‖ benedfitium (d *del.*) **V** ‖ 13 serva] ***Bs;*** seruos **O** ‖ alioquin **VD** ‖ 14 solatium **AVD** ‖ 15 denique, quod] **D**; denique **C** quod **E**, *fort.* idem . quod ***Kss*** ‖ tyrannidae **BV** ‖ 17 *priore loco* alis **AB** ‖ struprum **AV** ‖ uocatur **E** ‖ *post. loco* alis **AB** ‖ 19 suffrixi **D**$^1$ ‖ sunt] s **A** (suffixis) ‖ est *om.* **D** ‖ de *om.* **AB**

14 Latro colorem a fili parte, quare non vitiasset servos, hunc fecit: timuisse illum supplicium, scisse futurum, ut liberata re publica omnes poenas, qui contaminassent dominas suas, darent; et adventare iam tempus ultimum tyrannidi videbatur, cum ad summam perducta *esset* rabiem, quae numquam nisi ex desperatione fit. itaque cum videret, inquit, suffigi cruci servos, clamabat: hoc ego futurum sciebam. in ultima oratione Latro dixit: servi quoque nomine tecum queri possum, qui eum, qui frugi fuerat, nequam fecisti. Albucius hoc colore usus est: inmatura etiam puella nec adhuc iniuriae idonea *erat*, et ideo illam non abduximus, quia aetatis beneficio tyrannidem sentire non poterat.
15 Cestius dixit: ego plane non sum detracturus servo suam laudem: habuit bonam mentem; speravit posse fieri, ut, si virginem servasset, nuptiis dominae manu mitteretur. Varius Geminus ait: fortasse amicam habebat, hac ‖ delectatus non *est; nam* quidam virginum concubitum refugiunt. fortasse scit illam non esse passuram et, illud quod nequam quoque servos interdum frugi facit, malam fortunam timuit. et hanc sententiam, quae valde circumlata est, adiecit: an enim furcifer auderet cum domina concumbere, nisi illi pater permisisset? et illud dixit: ad hoc, pater, ab
16 exilio rediebas? in exilium ergo quid fugimus? Buteo voluit videri re vera mente lapsum patrem et in narratione hoc dixit: quam maestus venit domum ab edicto tyranni! quantum in sinu filiae flevit! puto illo tempore mentem esse concussam. Varius

CD 1 seruus **VD** 2 reip. (i *del.* $V^2$) **V** ‖ 4 tyrannidis **VD** | 5 esset *add. vg* (esset perducta) ‖ tum ad summam perductae *Schg* | deparatione **B** ‖ 6 sufficit **AB** | 8 quaeri **BV** ‖ qui eum] *Gz;* quem **O**, *fort.* *quod eum | 9 albutius **AD** | 10 etiam] *fort.* erat *Bs*, ⟨erat⟩ etiam *Gz* ‖ *fort.* puella ⟨erat⟩ *Otto* | non **D** ‖ iniriae **A** ‖ *erat *add.* | 11 adduximus **BVD** | qui **B** | etatis **C** ‖ benefitio **V** ‖ 12 certius **B** 14 nuptis **AB** | 15 ⟨de⟩ hac (de *del.*) **V** non est; nam] *Gz;* non **O** nam τ, est etiam *Schg*, abstinuit; nam *vg* | 16 concubitnm (t *corr. ex* n) **B** ‖ sit **D**, scivit *vg* | 17 illud quod] *cf. Sen. de ben. 4, 39, 2* ‖ seruus **VD** | 18 mala $A^1B$ | 19 enim *corr. ex* eum **A** etiam **D** ‖ furgifer **AB** | 21 redieras $D^2$ *(Schg)* ‖ in] ut **VD** ‖ ex illum **V** ‖ butheo **B** ‖ 22 uidere $D^1$ | lampsum **BV** | patre **A** ‖ narrationem **AB** ‖ 23 educto **B**

Geminvs de abstinentia *servi* sic: contaminare dominam suam et
trahere in cellam non est ausus. nisi forte hoc modo mavis nar-
rem: iam tunc sperare sororis nuptias coeperat. a parte patris 17
magis defensione opus esse dicebat Latro quam colore. Varivs
Geminvs factum ipsum defendit: magnos viros fecisse, ut liber-
tinas uxores ducerent. M. Cato, inquit, coloni sui filiam duxit
uxorem. 'sed ingenuam'. respondeo: sed Cato; plus interest inter
te et Catonem quam inter libertum et colonum. quam multa
commoda haberet subiectus et obsequens maritus: non petulan-
tiam timebit, non verborum contumeliam, non paelicem, non
repudium. filiam meam domi semper habebo; quam eo magis
desidero, quod adeo diu ab illa afui. deinde factum liberti lauda-
vit. Albvcivs et philosophatus est: dixit neminem natura liberum 18
esse, neminem servum; haec postea nomina singulis inposuisse
Fortunam. denique, inquit, scis et nos ‖ nuper servos fuisse. rettu-
lit Servium regem. Silo Pompeivs hoc colore usus dixit: ex-
haustum tyrannidis iniuriis patrimonium; non habuisse se dotem,
quam daret. Argentarivs voluit videri puella volente se fecisse.
visa est, inquit, indulgere illi; certe debuit. Gavivs Sabinvs hoc 19
colore usus est, ut, in quantum posset, dignitatem suam destrue-
ret et humilitatem confiteretur. et ideo, inquit, facilius potuit
non vitiari, quia nemo in domum nostram oculos derigebat. nec

CD 1 geminus ⟨dixit⟩ de VD ‖ servi *add. Thomas* ‖ 2 cellea AB ‖ 3 sorori A ‖ caeperat A ‖ patris *corr. ex* patres V ‖ 5 magnus AB magna D ‖ 7 ingenuam' ⟨ais.⟩ *Gz* ‖ respondeam VD ‖ 8 te] me *Schg* ‖ *fort.* *colonum. ⟨tunc: *vel* deinde:⟩ ‖ 9 commoda] bona D ‖ *fort.* habet *Gz, Mg* ‖ maturitus C ‖ 11 habebo] *Schg;* habeo O ‖ 12 adeo diu ab illa afui. deinde] *Schg;* abeo (habeo A) diua illa fide inde O, *fort.* abero diu (*vel* dii!) ab illa fide. inde *Schg* ‖ 13 natura] E; latum AB natum VD ‖ liberum *corr. ex* liberem B ‖ 14 posita AB ‖ inposuisse] Dτ; inposuisset C ‖ 16 seruum OE *corr.* D[1]; *cf. p. 65, 5* ‖ ethaustum A exhaustus VD[1] ‖ 17 iniuris AB ‖ 18 uidere D[1] ‖ puellam V ‖ uolentes effecisse AB ‖ 19 gauis AB gaius V cauius *corr. ex* caius D ‖ 20 dignitatem (e *corr. ex* a) B ‖ 21 confitetur A ⟨suam⟩ confiteretur D[1] ‖ 22 vitiari] *Gr;* uitiaui O ‖ *derigebat] dirigebat O; *cf. p. 86, 2* ‖ *nec sciebam] *Gz;* et fueram O, et cogitaveram *Kss,* dubitaveram *Mg,* et puella *Bs,* effuderam ⟨rem⟩ *Heinrich,* et dubius eram *Otto*

sciebam, inquit, *quid* facerem, cui conlocarem: quaerendus mihi erat gener aliquis libertinus. quid ergo? alieno potius liberto? hunc iam novi; scio, cuius in nos adfectus sit; si moriar, scio me meam filiam apud hunc tuto relicturum. et hanc sententiam adiecit, quae valde excepta est: cum non contempsi generum,
20 qui tyrannum contempserat. Accavs Postvmivs hoc colore usus est: nihil est, inquit, invidia periculosius; hanc sapientes viri velut pestiferam *viperam* vitandam esse praecipiunt: hanc vitavi. ingens invidia erat: haec nunc nobis obicit fortunam liberorum nostrorum. oderant filiam meam feminae, me patres, quasi publici mali segregem *et* exprobratorem; quo uno modo honeste potui, feci filiam meam ceteris similem, fortunam meam publicae parem: sic detracta omnis invidia est; filiam non habeo honestiorem quam
21 vos, servum frugaliorem habui quam vos. Hispo Romanivs dixerat: maritum autem ego istum vocem ‖ raptorem serotinum? verbum hoc quasi apud antiquos non usurpatum quibusdam displicebat. eiusdem verbi significatione, ut extra reprehensionem esset, usus est Gavivs Sabinvs, cum diceret nondum esse consummatam adversus servos publicam vindictam: etiamnunc in domo nostra

**CD** 1 inquit, quid] *Bs (cf. Schott);* inquit **O**, quid ⟨ea⟩ *Gz, fort.* *quid ‖ facere **V** ‖ querendus **A** ‖ 2 liberto ⟨nubet;⟩ *Gz* ‖ 4 meiam $A^1$ ‖ hanc **AB** ‖ tuto relicturum] *Fb;* tutorem licturum **AB** tuto remlicturum **VD** ‖ 6 quid **AB** ‖ contempserat] $A^2$; contemp(-ten **B** -tem **V**)serant **C** contempserit **D** ‖ Actius *vg*, Accius *Bs* ‖ posthumus **D** ‖ 7 inquit nihil est **C** ‖ sapientes *corr. ex* sapientiam **A** ‖ 8 pestiferam] **VDτ**; rertiferam **AB** ‖ ⟨bestiam⟩ pestiferam *Thomas* ‖ viperam *add. Otto* ‖ praecipunt **A** precipiunt **V** ‖ vitavi . ingens invidia erat] *Bs;* uita (ita **VD**) uincens inuidiam eram **O**, vitavi . neminis invidiam feram *Vahlen* ‖ 9 *haec nunc] hic nunc **O**, nemo non *Bs*, quis nunc *Vahlen* ‖ obiecit *Bs* ‖ erat; eam autem unica nobis obiecit fortuna *Gz* ‖ 10 publicis malis gregem **C** ‖ 11 et *add. Schg* ‖ exprobatorem **AB** ‖ qui **V** ‖ 12 fortunam meam] *Gr;* fortuna mea **O** ‖ parem: sic] *Gz;* partis **O**, parem *Gr* ‖ 14 flagaliorem **AV** flagariolem **B** ‖ romanus **AVD** ‖ 16 quas **A** ‖ apud antiquos] *Bs;* amputanti quos (quod **VD**) **O** ‖ non ⟨erat⟩ **D** ‖ usurpantum (n *del.*) quidam **B** ‖ 17 significatione] $D^2$ *(Bs);* significationem **C** explicatione **D** ‖ *fort.* verbo significationis *Gz* ‖ 18 Gavius Sabinus] *'ex fide lib. opt.' Schott;* grauius sauinus **C** cauius sabinus **D**

residuus raptor est. Satvrninvs Fvrivs, qui Volesum condemna- 22
vit, maius nomen in foro quam in declamationibus habuit; solebat
tamen tam honeste declamare, ut scires illum huic materiae non
minus idoneum esse, sed minus familiarem. is in hac controversia,
cum L. Lamiae filio declamaret, dixit sententiam: ὁ μὲν πατὴρ
χείρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ. ex tabellis emptionis
multi sententiam trahere temptaverunt. Albvcivs dixit: profer
mihi tabellas. quid hoc est? generum socer mancipio accepit.
Triarivs dixit: 'fugitivum, erronem non esse': ita, si malum auc- 23
torem habemus, gener noster fugitivus est? Blandvs dixit: rele-
gamus auctoritatis tabellas: 'furtis noxaque solutum'. haec generi
nostri laudatio est. Gallio dixit: furtis noxaque solutus est.
Sparsvs dixit: ostende tabellas. quid nobis cum isto genero?
prior dominus promisit fugitivum non esse. gratulor vobis, posteri:
patrem fugitivum non habebitis. Varivs Geminvs dixit: 'erronem
non esse'; adicio fugitivum non esse, adicio noxa furtisque solutum.
numquid de generi tui nobilitate detraxi? Pollio aiebat ridere 24
se, quod declamatores ¦ decrevissent hunc utique empticium esse.
mirari vos puto, quod in hac controversia omnes declamatores
mentis sanae fuerint. non fuerunt. Nepos Mamilivs, cum horta-
retur libertum ad repudium sororis, dixit: refer nobis gratiam:
et tu sororem meam manu mitte. Nepos Licinivs illi non cessit;

**CD** 1 saturnininus **B** ‖ Volesum] *Lipsius (cf. Borghesi et Nipp. ad Tac. ann. 3, 68);* uoles uel **C** uolens uel **Dτ**, Votienum *Mg (cf. Hertz ann. phil. 1871, 269), fort.* Volesum Valerium *Gz* ‖ 4 controuersiam **A** ‖ 5 fili **AB**, fili ⟨partem⟩ *Bs* ‖ 6 ΓΕΤΟΝΕΝ **A** ΓΕΓΟΝΕ//Ν (Ν *eras.*) **B** ‖ ΑΟΥΛΟC **A** ‖ emptiones **A** emtionis **B** ‖ 7 albucium **AB** ‖ 9 fugitium **AB** ‖ erronem non esse] **D**$^{2}$**τ**; errorem non esses **O** ‖ 11 auctoratas ⟨uel auctionis⟩ **D**$^{2}$ ‖ auctoritates tabellarum *Ml, fort.* *⟨bonae⟩ auctoritatis tabellas ‖ solutus (*prius* u *corr. ex* a) **V** solutas **D** ‖ 12 *prius* est] se **AB** ‖ calio **C** ‖ noxa (*om.* que) **AB** ‖ solutur **B** ‖ 14 oratulor **A**$^{1}$ cratulor **B** ‖ 15 habebimus **B** ‖ erronem] **D**$^{2}$**τ**; errorem **O** ‖ 16 solutum] **τ**; solum tum **C** solutum tum **D** ‖ 17 nobilitatem **AB** ‖ 18 dedamatores **AB** ‖ emptitium **V** ‖ 19 controuersiam **C** ‖ dedamatores **B** ‖ 20 sanae] *Bs*; suae **O** ‖ mamblius **A** manulius **D** ‖ 21 libertium **AB** ‖ sororis] sosoris **B**

dixit enim: *in* illa subsellia transite servi, transite liberti, empta cognatio. et cum illum sensum elegantem et ab omnibus iactatum subripuisset: 'soror, opto tibi sterilitatem', adiecit: nec est, quod mireris me timere partum tuum: *certum* habeo sic nasci tyrannos.

## VII.

Proditionis sit actio.

Pater et filius imperium petierunt; praelatus est patri filius. bellum commisit cum hoste; captus est. missi sunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus illis occurrit pater cum auro; dixit filium suum crucifixum esse et se*ro se* aurum ad redemptionem tulisse. illi pervenerunt ad crucifixum imperatorem; quibus ille dixit: 'cavete proditionem'. accusatur pater proditionis.

1 Albvci Sili. Quid desideratis ultra? imperator *supplicium*
*tulit, proditor* pretium. tristiorem istum vidimus, cum filius im-
perator renuntiatus est, quam cum captus. redde rationem, quem-
admodum || redieris tutus, senex solus cum auro, cum etiam
imperatores capiantur. imperator adulescens renuntiatus est omni-
2 bus laetis praeter patrem. Cesti Pii. Plus accepit auri, quam
quod posset abscondi. nolite mirari: et imperatorem et filium
vendiderat. 'cavete proditionem': iam comitiis cavimus. abstu-

**CD** 1 in illa] *Thomas*; sub illa **O**, sub⟨ito in⟩ illa *Schg; cf. 10, 2, 3* | empta *corr. ex* empte **A** | 2 elegamtem **B** | 3 subripuisset] *Rom;* subripuit sed **C** corripuit sed **D**, corripuisset *Gr; cf. suas. 3, 7* | *cf. p. 319, 11* || obto **A**[1] | sterelitatem **B** || 4 certum *add. Schg* || 7 thema (the **A**) *ante* proditi(-ci **A**)onis *legitur in* **O**; **del.* 9 commisi **B** || cum *om.* **A** || missi (misis **A**) sum **AB** || 12 sero se] **E**; se **O** 13 ad crucifixum] fixum **AB** | 14 accusatus **VD** *corr.* **D**[1] || 15 albucini **B** quod **AB** || imperatur **V** impetratur **τ** *verba* supplicium tulit proditor *add.* **E** || 16 filiis **AB** || 17 renuntiatus] **E**; enuntiatus **O** | 18 reddieris **AB** tueius **A** | 19 capiantur] **E**; capiuntur **O** | 20 casti **A** certi **B** 21 quod] cum **B** | filium ⟨eius⟩ (eius *del.*) **A** | 22 comitiis] **E**; comitis **AB** comites **VD**

lissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt praeter competitorem. *'cavete proditionem'* indicium fuit morientis breve, fili verecundum. BLANDI. Quomodo te dimiserunt? si nihil aliud, et ducem genuisti et dux esse voluisti. si non decreveramus, consilium nostrum expectari debuit; si decreveramus, officium. ARELLI FVSCI patris. Vnde tam graves paterni sinus? numquid ossa fili reportan*tur*? expectat videlicet iudicia vestra reus: tamquam nesciat, quid de illo sentiatis. non tu semel apud hostem fuisti, sed nos semel legatos misimus. imperator non audet nominare te tamquam patrem. IVNI GALLIONIS. Fuit adulescens optimus, verecundissimus, qui 3
patri suo cessisset, si salva civitate potuisset. iterum nobis inter vos, patrem et filium, iudicandum est. candidatus processit contra patrem: si silentium eius intellegere scissemus, et tunc nobis verecunde indicaverat. habebas apud hostes auctoritatem: apparebat te rei publicae irasci. legati nostri aurum ferebant, pater auferebat. dixeras illos sero venturos; non pervenerunt sero: imperatorem nostrum convenerunt. imperator istum accusat, nos subscribimus. hoc fuit imperatoris nostri testamentum. 'obice' inquit 'aliqua 4
ante actae vitae crimina'. non possum: verecundum conpetitorem habuisti; multum tacebat. quod possum tibi maius crimen

CD 1 de *om.* AB redemptionem AB 2 iuriam A curiam BVD *verba* cavete proditionem *add. R. Wachsmuth; cf.* E 3 inditium A 4 quomodo] Dτ; quod modo C dux] E; dua AB tu VD 5 nondum *Otto* *verba* consilium ... decreveramus (*v. 6*) *bis scr.* AB expectare B[b], expectare (debuisti) *Bs* 6 debui AB offitium AV arellius C 7 sinos AB *reportantur] *Otto*; reportant O, *fort.* reportat *Otto* 10 te tamquam] testam quam AB 12 civitate] *Kss mus. rhen. 16, 59*; pietate O, *fort.* rep. id facere *Kss*, *fort.* patriae caritate *Gz* nobis] *Schg*: uobis O 13 vos *del.* τ ifilium (*prim.* i *del.*) V 14 intellegeres VD scissemus] *Kss*; scissent s A scissem . s . B sciss VD nobis] E; uobis O uerecundae V 15 habebat B 16 autrum A auferebat] D² (*Ven*); adferebat O: *cf.* E 17 non] *Bs*; nonue C nonne D (*vg.*), non vero *Gz* 18 *verba* imperator ... hoc fuit (*v. 19*) *bis scr.* AB, *dittogr. sustulit* A² *non perspecto repetitorum vocabulorum tenore* 19 huc A[b]B[b] imperatori A nostrum (*corr. ex* nostri A) AB 21 ⟨atqui⟩ quod Gz, fort. *⟨at⟩ quod

obicere? filius tibi tuus credi rem publicam noluit. non est, quod
dicas: quem misi ad hostes? tamquam ipse ire non possis. cur
tam cito reverteris? diutius nos contra filium rogasti quam pro
filio hostem. non immobilis stetisti, non illic quasi et ipse adfixus
haesisti? quid tam cito recedis? etiamnunc vivit, etiamnunc loqui-
tur. recessurus interroga, si quid velit mandare. voce proditionem
5 coarguit, silentio proditorem. intellego, quanto istum periculo offen-
dam. quemadmodum enim iste accusationem vindicabit? cruce.
omnibus argumentis premitur: dabo qui viderint, dabo qui audie-
rint, dabo aurum, dabo testem et, ne quid de dignitate dubitari
possit, imperatorem. de hoc utrum volet dicat: 'inimicus est' *vel*
*'filius est':* hunc indicavit. utrum tantum auri erat, ut appareret
etiam non quaerentibus, an tam suspectus eras, ut quemvis illa
vox admoneret 'proditionem cavete'? optimus adulescens, optimus
imperator, qui rei publicae curam agere ne in cruce quidem desiit!
6 dignum te non putavit filius, cui diceret: 'cave proditionem'. VARI
GEMINI. Nolite omnia expectare ab accusatore et occupato et
verecundo: reum intellegite; crimina audistis. quaeris ante actae
vitae crimina? non habeo: nihil tibi umquam filius obicere voluit.
tam cito lassatae preces tuae sunt? quid faciet miser? nec impe-

CD 1 credi *corr. ex* crede A; *cf.* E noluit D[1] quod] Dτ; qui AB quid V; *cf. p. 131, 2* ‖ 2 emisi A posses VD 4 stetisti] exstetisti (ex *del.*) V deriguisti E *(cf. p. 282, 7)*, stetisti ⟨, non deriguisti⟩ *Otto* ‖ illic] E; illi O quasi] qua B ‖ 6 recensurus A ‖ uocem A ‖ 7 periculum V 8 accusatorem *Gr* vindicabit] *R. Wachsmuth;* uindicauit O, ⟨vindicabit, qui contentionem⟩ vindicavit *Bs* 9 adierint B 11 ututrum AB, utcumque *R. Wachsmuth, Kss*, ut *O. Gruppe* *verba* vel 'filius est' *add. Gz* ⟨amicus est,⟩ inimicus est *Schg* 12 auri erat] haurierat VD ‖ 13 non] nunc O ‖ querentibus A ‖ an tam] tantam V tantum D ‖ erat D ‖ *quemvis illa vox] quamuis quamuos AV quamuis B *(Mg)* quisquam uos D quemuis quamuos τ ‖ 14 admoneret] τ; admonere O, ⟨tui⟩ admoneret *Mg* *cavete'?] cauistis O ‖ proditio caveri iussa? *vel* cum proditionem cavere iussisset? *Mg* ‖ quamvis non admoniti proditionem caveretis? *Bs*, quemvis admoneres proditionem cavere iussum? *Gz*, quamvis non admoneret, proditionem cavissetis? *Otto* *fort.* *cavete'. iste ‖ *priore loco* optimus (u *corr. ex* i) V ‖ 15 disiit B ‖ 17 excusatore D[1] occupato] alligato *Gr* 18 quaeritis D[2] ‖ 19 habeo] ab haec . B habet VD

rator potest tacere proditionem nec filius loqui proditorem. Porci 7
Latronis. Quid ab ista *proditione securum* est, quae pervenit iam usque ad ducem? vereor, ne tam sero caveamus quam imperator noster, qui non ante intellexit proditionem, quam proditus est; nec umquam praesentius periculum fuit: res publica sine imperatore est, proditor sine custode. quid est, quare tibi hostes pepercerint? et imperatoris nostri pater es et aurum habes et legatus non es. si tibi dicam: 'expecta, dum legati mittantur; filius tibi publice remittetur', dices: 'paternus adfectus non sustinet moram; rapit me desiderium fili; etiamsi redimere vivum non potero, *saltim* mortuum redimam; numquam tam durus hostis
fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur'. ut ignoscam tibi, quod 8
tam cito isti, obiciam, quod tam cito redisti. dic, quid dixerit tibi. an nihil cum patre voluit loqui? 'cavete proditionem'. hoc dixit: videte, ne quis nocte insciis custodibus exeat, ne quis ignorante re publica ad hostem perveniat, ne quis ex hostium castris gravis auro revertatur. nihil deest indicio. si quid de proditione quaeritis, imperator vobis dicet; si quid de proditore, legati.

Pars altera. Arelli Fvsci. Quantum est pretium, quo vendo, 9
ut filium pater spectem in cruce, filius patrem de cruce? tanti et imperatorem et parricidium vendidi? gratulabantur omnes repulso magis quam designato nimis ambitiose. nunc paenitet. et

CD 1 proditore **V** proproditorem **D** ‖ 2 *verba* proditione securum *add.* *Bs* ‖ latronis qui dabitis itaque peruenit **V** ‖ 3 crucem **D** ‖ impr. **D** ‖ 4 qui⟨qui⟩ **A** ‖ proditus] **Dτ**; productus **C** ‖ 5 umquam⟨quam⟩ **A**[1]**B** ‖ praesentis **D**[1] ‖ rep **B** ‖ imp. **D** ‖ 6 quid est] **D**; quidēē (*post.* ē *del.* **A**[2]) **A** quidem est **B** quidē **V**, quid enim est *Bs* ‖ 7 perpercerint **V** ‖ *prim.* et] cum **D**[2] ‖ imperatores **AB** ‖ es et] esset **C** esses **D** ‖ 8 legatum **B** ‖ es] ē **AB** ‖ expectandum **AB** ‖ mittantur] **E**; mittunt **A** mittuntur **BVD** ‖ 9 remittitur **AB**, redimetur *Novák* ‖ duces **A** ‖ paternus (u *corr. ex* i) **V** ‖ 11 saltim *add.* **E** ‖ mortum **AB** ‖ 12 ignoscam *corr. ex* ignoscas **V** ‖ 13 qui **B** ‖ 15 *post.* ne *om.* **A** ‖ ignorate **AB** ‖ 16 quis] **Dτ**; quid **C** ‖ hostibus **AB**, hostilibus *Bs* ‖ *cf. Verg. buc. 1, 35* ‖ graue **A** ‖ 17 reuertetur **B** ‖ indio **AB** ‖ 18 proditore] **DE**; proditione **C** ‖ legat **B** ‖ 20 *prius* cruce] **τ**; crucem **O** ‖ *post. loco* crucem **V** ‖ tantillo *Gr* ‖ 21 patricidium **C** ‖ gratulabuntur **V** gratulabimur (*prius* u *corr. ex* i **D**[2]) **D** ‖ 22 amuitiose **AB** ‖ pae(pe **A** *corr. ex* poe **B** poe **D**)nitet **O**, paenitet. ⟨qui⟩ *Bs*

filium et patriam vendidit: tam exiguum auri accepit, ut unus senex portare posset?

10 In hac controversia, etiamsi coniecturalis est et habet quasi certum tritumque iter, fuit tamen aliqua inter declamantis dissensio. LATRO semper contrahebat et quidquid poterat tuto relinquere praeteriebat. itaque et quaestionum numerum minuebat et locos numquam attrahebat; illos quoque, quos occupaverat, non diu dicebat, sed valenter. hoc erat utique praeceptum eius, quaedam declamatorem tamquam praetorem facere debere minuendae litis causa. quod in hac controversia fecit; non enim curavit dicere nullam factam esse proditionem, sed se proditorem non esse. et suspectus, inquit, iudici est qui plus quam se defendit, et nolo, inquit, cum fili voce pugnare, ut imperatorem et filium mentitum dicam, praesertim cum odium adversus filium obiciatur patri. ALBVCIVS in duas partes declamationem divisit: primum negavit ullam esse proditionem, deinde: ut esset, ad se non pertinere.

11 Colorem contra patrem SILO POMPEIVS hunc introduxit: odio illum rei publicae, a qua repulsus erat, fecisse et odio ipsius fili, quem oderat, et quia competierat et quia vicerat. VARIVS GEMINVS dixit statim petisse patrem hoc proposito imperium, ut ¦ proderet, hominem avarum et lucro inhiantem, et, quia noti mores eius erant, victum ab eo competitore, a quo vinci fas non erat nisi

CD 1 patrem D¹ *cf. Verg. Aen. 6, 621* 2 senec B 3 controuersiam C coniacturalis V ¦ est et] *Konitzer;* esset O ¦ 4 clamantis A ¦ 5 contrahebat *corr. ex* detrahebat B relinquero B ¦ 6 praeteriebat] D² *(Bs);* prae(pre BV)-terierat O, praeteribat *vg* ¦ questionum A numeros D ¦ 7 adtrahebat C ¦ quos] quod B ¦ 8 utique] *O. Jahn;* itaque O eius] ei A 9 tacere *Ml, Otto* deberem V 10 curabit AB 11 facta A 12 iudici est] iudicē V 13 *fort.* nolim ita cum *Kss,* nolo [inquit] cum *Otto* ¦ pugnaret AB ¦ 14 presertis V ¦ obiciatus B ¦ 16 ullam] *τ (Mg);* illum AB illam VD ¦ esset] eet B ēet V ¦ 18 solo A 19 fecisset odio AB fecisset (t *del.*) et odio V 20 odierat A¹ competierat] *Bs;* competierit C competiuerit D ¦ 21 proposita B 22 *post.* et *del.* [redacted] competitore] *τ;* competitorem O *rad. corr.* D vinci *om.* A

hominem turpissimum. ante comitia, inquit, paratus fuerat pecuniam dare, ut filium perderet; post comitia paratus erat pecuniam accipere, ut filium perderet. ut captus est dux, aiebamus, inquit: 'non potest hoc sine proditione fieri'. excusavimus nos imperatori: diximus perseverasse ad redemptionem, quam*quam* deterruisset pater. hoc loco ille respondit: 'cavete proditionem'. BLANDVS dixit 12
aegre ferentem pudorem repulsae voluisse occidi filium, ut in eius locum substitueretur ipse. HISPO ROMANIVS: ultionem, inquit, suam hosti vendidit. tam facile, inquit, exit nocte, pervenit ad hostes, redit, ut scires illum non tunc primum fecisse. ARGENTARIVS dixit: perfer ad senatum mandata fili tui. necesse est tibi multa dixerit; legatis quoque aliqua mandavit; fortasse proditoris nomen patri dixit; indica nobis. 'nihil dixit' inquit 'mihi'. sublata omnis quaestio est. quaeritis, quem dixerit? videte, cui nihil dixerit.

Pro patre de comitiis hic color LATRONIS fuit: ne quis filium 13
meum vinceret, timui; itaque professus sum, ut auctoritate mea deterrerem futuros conpetitores; deinde ipse filio meo cessi. ALBVCIVS hoc colore usus est: aiebant, inquit, alii *adulescentem* imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuisset, || alii senem, qualis Maximus fuit; *adulescentem acriter pugnaturum*, senem nihil

CD 1 *verba* inquit ... comitia *(v. 2) om.* B || fuerat ⟨et⟩ VD || 2 dare, ut] *Otto, Gz;* acciperet (*corr. ex* acceperat A) AV accipere ut Bτ accipere et Dτ *(vg)* || perdideret A prodere $D^2$ *(vg)*, vinceret *Novák* || *fort.* accipere, ut remp. perderet *Kss* || 3 accipere] *Otto, Gz;* dare O proderet $D^2$ *(vg, Gz)* || agebamus A || 5 redemptione AB || quamquam] *Bs;* quam O, quamvis *vg, fort.* quom *Otto* || *fort.* quam deseruisset *Kss* || 7 aegrae B || pudore VD || repulse A repulso B || 8 substitueret AV || romanus VD || 9 hostis (*post.* s *del.*) V || tantam A tamtam B || exiit VD || 10 rediit D *(vg)* || 11 dixerit] $D^2$τ; dixerat O || 13 inquit] inquit ⟨nobis⟩ $A^1$B || sublato AB || questio A || 15 comitis AB || 16 timuit A || professus sum] Dτ; professum C || auctoritatem B || 17 cessi *corr. ex* cesset D || 18 hoc] $A^2D^2$; ⟨aiebat (agebat $A^1$)⟩ hoc O || aiebant] τ; agebat A aiebat BVD || alii] *Bs;* ali A tali B alem V talem D || adulescentem *add. Kss, Ml;* ⟨iuvenem⟩ *Gr, Vahlen* || imperatorem ⟨adulescentem⟩ *Gz* || 19 deberem C || qua B || alii] *Bs;* tali AB talem VD || 20 moximus A || fuit] fent A fecit B || *verba* adulescentem acriter pugnaturum *add. Vahlen* (*sed* iuvenem *pro* adulescentem *scr.*); *haec verba post* facturum (*p.* 336, 1) *ins.* Gz, *fort.* recte

temere facturum. utriusque populo copiam feci. CESTIVS hoc co-
lore usus est: noveram vitia fili mei; sciebam esse acrem adu-
lescentem, fortem, sed inconsideratum, temerarium. itaque petii
et rei publicae causa *et* fili mei, quem idoneum ad tantum susti-
14 nendum onus non putabam. FVSCVS ARELLIVS dixit in hoc se
competisse, ut hostium animi frangerentur, cum audissent posse
rem publicam vel in una domo ducem eligere. HISPO ROMANIVS
simpliciter putavit agendum: inepti, inquit, hi colores sunt, cum
ponantur competitores. hoc itaque egit colore, ut quereretur de
exitu comitiorum: adulescentulos omnis conspirasse, quasi de
aetatis comparatione ageretur; facile itaque victum senem non
ambientem. de me, inquit, queri non potestis; clamavi: 'non est
vobis utilis huius aetatis imperator'. mansit, inquit, illi et post
comitia eadem contumacia: nihil referebat ad patrem, nihil com-
municabat; itaque captus est. et cum descripsisset, quam imperite
disposuisset aciem, quemadmodum inexploratis locorum insidiis
oppressa eius temeritas esset, adiecit: hoc erat, quod vobis clama-
15 bam: 'ducem senem eligite'. OTHO IVNIVS pater praesagiis quibus-
dam et insomniis hanc fortunam praenuntiantibus agitatum se
competisse dixit. erat autem ex somniatoribus Otho: ubicumque
illum defecerat color, somnium narrabat. de eo, quod inscio se-
natu egressus est, LATRO sic coloravit: ¦ *decretum non expectasse,*

**CD** 1 certius **B** ¦ 2 uitium **A**[1] uitiam **A**[2]**B** filii **AVD** | hacrem **B** adulescentem acrem *Otto* ¦ 3 petii et] *Bs;* petieret **AB** petii imperium **VD** ¦ 4 causae **A** cause **B** ¦ et *add. Schg* ¦ filii **V** ¦ 6 ostium **A** ¦ 7 romanus **VD** ¦ 8 inepti] **Dτ**; inepte **C** ¦ hic **B** ¦ cum ponantur] conponantur **VD** *(vg)* ¦ 9 colorem **AB** ¦ quaereretur **BV** 10 comitiorum (u *corr. ex* e) **B** 11 comparatione (e *rad. corr. ex* ē) **V** ¦ aieretur **B** ¦ 12 ambicientem (c *del.*) **B** ¦ quaeri **B** ¦ clamauit **V**[1] ¦ 13 inquit *corr. ex* itaquit **V** 14 *verba* eadem contumacia *om.* **B** ¦ contumatia **AV** ¦ 15 quem **AB** ¦ imperitae **V** ¦ 16 inexpoloratis *(prius* o *del.)* **V** ¦ insidis **AB** | 17 esset] eet **A** | bouis **AB** ¦ 18 sine ligite **A** seneligite **B** senem elegite **V** ¦ oto **C** praesagis **AB** ¦ 19 insomnis **O** *corr.* **D**[2]**τ** ¦ praenuntiantibus] **Dτ** *(Opsopoeus);* praenuntiatus (prenuntiatis **V**) **C** agitatur (agiatur **A** agitatus **τ**) te (tae **A** *corr.* **τ**) comperisse **Oτ** 20 Otho] *Bs;* toto **C** totus **D** 21 somnium] *Herv;* omnium **O** | 22 *verba* decretum . . . sed *(p. 337, 1) add.* **E**; *fort.* ⟨amore filii decretum . . . sed⟩ *Gz*

*sed* amentem et attonitum protinus procurrisse. Albvcivs hoc
colore usus est: semper de duce cito constitui. longum erat ex-
pectare; ad summam, festinavi nec occurri. Varivs Geminvs dixit 16
maluisse solum ire; hostes enim auctoritate legatorum non moveri,
at lacrimis patrum saepe flecti. Silo Pompeivs ait: putavi utilius
esse privata illum pecunia redimi; minoris enim posse aestimari,
quam si tamquam imperator redimeretur. Argentarivs ait: nihil
tam iniquom erat quam legatos ad redemptionem mitti; numquam
enim reddidissent quem sic desiderari publice iudicassent. itaque
praecucurri rogaturus et hoc dicturus: exercitus contemnit illum,
res publica relinquit. Blandvs ait: cogitanti mihi, quid facerem, 17
contentus essem paternis lacrimis an comitatu publico preces
meas adiuvarem, tandem venit in mentem Troianum regem ad
redemptionem fili sine legatis isse et cum auro. Sepvllivs Bassvs
ait non expectasse se curiam, quia putaverit futuros qui redi-
mendum negarent, quod factum apud Romanos saepius erat; ita-
que ante se voluisse redimere, quam posset aliquid de non redi-
mendo constitui. Cestivs dixit: non quaesivi secretos tramites
et occultum iter: proditor eadem via veni, qua legati. de voce 18
fili colorem Albvcivs hunc fecit: pudebat illum, inquit, quod
captus erat; quaerebat aliquod fortunae suae patrocinium; voluit
videri non culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse; itaque
nomen adicere non potuit. Fvscvs Arellivs dixit alienatum iam
suppliciis animum et errantem has ¦ voces effudisse sine argu-

**CD** 2 color **B** ¦ cito] senatus consulto *Schg*, ⟨e⟩ senatus consulto *Novák*, cito ⟨debere⟩ *Otto* ¦ exspectare **AV** | 3 summa **V** ¦ 4 ⟨enim⟩ solum **D**[1], ⟨se⟩ solum *Bs* ¦ 5 ad **O** lacrimas **VD** 7 quam *om.* **C** *add.* **Dτ**, ⟨si tamquam privatus,⟩ quam *Bs*, ⟨si tamquam filius,⟩ quam *Gz* 8 inquo **A** inquom **B** iniquum **VD** 9 desiderari (*post.* i *corr. ex* e) **V** ¦ 12 contemtus **A** contemptus **B** contentus ⟨ne⟩ **D** ¦ 13 adiuuare **BV** ¦ 14 legati **AB** isse *bis scr.* **B** ¦ 15 putaberit futurus **AB** 17 se *corr. ex* ae **B** 18 certius **B** tramites et] **τ**; tramittes (-mitte **A** -mite **B**) se (seo **B**) **C** tramites sed **D**, tramites nec *Bs* 19 occultum *corr. ex* occultam **B** ¦ proditore adest **V** proditore ⟨scilicet⟩ eadem **D** ¦ via] uix **AB** ¦ 20 color est albutius **D** 21 quebat **A** quaebat **B** ¦ 24 supplicis **AB** effudisses in **AB**

mentis, sine ratione. VARIVS GEMINVS omnia complexus est: potest,
inquit, propter hoc, potest propter illud; ego vobis idem suadeo:
cavete proditionem. hoc si cavere vultis, imperatores senes facite.
19 illud et in hac controversia et in omni vitandum aiebat Cestius,
quotiens aliqua vox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam
decurreremus. sicut in hac apud Cestium quidam auditor eius
hoc modo coepit: 'ut verbis ducis vestri, iudices, incipiam, cavete
proditionem'; sic finivit declamationem, ut diceret: 'fin*io* quibus
vitam finit imperator: cavete proditionem'. hoc sententiae genus
Cestius echo vocabat et dicenti discipulo statim exclamabat:
ἱμερτὴν ἠχώ: ut in illa suasoria, in qua deliberat Alexander, an
Oceanum naviget, cum exaudita vox esset: 'quousque invicte?'
ab *hac* ipsa voce quidam coepit declamare et in hac desit; ait
illi Cestius desinenti: ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. et alteri,
cum descriptis Alexandri victoriis, gentibus perdomitis, no-
vissime poneret: 'quousque invicte?', exclamavit Cestius: tu
20 autem quousque? OTHO pater hoc colore usus est pro patre:
dixit interim molestum fuisse imperatori, quod illum suffixum
legati intuebantur; itaque, ut ab hoc illos spectaculo arceret

CD 1 ratione] *Thomas;* reo O uirius V 2 *fort.* hoc ⟨dixisse⟩ *Gz* suadeeo AB 3 proditione V 4 agebat A ¦ certius B 6 decurreremus] *Bs:* decurremus AB decurramus VD ¦ certium B ¦ eius] *Bs;* est AB *om.* VD 7 ducis vestri] **τ**; duci uestris C ducis uestri ⟨scilicet⟩ D ¦ 8 finibit AB finio] *R. Wachsmuth;* in O 9 finiit *Bs* ¦ genus] D²; genius AB cenius *(litt. mai.)* V *om.* D ¦ 10 certius B ¦ echo] *Schott;* hoc hoc O ¦ desinente *(vel finiente) R. Wachsmuth* ¦ exclamabat *corr. ex* exclamauit V, exclamarat *Vsener* ¦ 11 ἱμερτὴν] *Vsener, Gz;* ΜΕΡ ΤΗΝ C ὑπὲρ τὴν *man. rec. in* T, ἀφεὶς τὴν *Bs*, καὶ σὺ (*sc.* cave) τὴν *R. Wachsmuth*, μισῶ τὴν *Linde*, μὴ τὴν *Trabandt de min. quae sub nom. Quint. feruntur decl. (Gryphisw. 1883) thes. 5* ut] et *Otto cf. suas. 1* ¦ delicebat AB ¦ 12 quousque] **τ**; quoque O inuictae AB inuicta VD ¦ 13 hac ipsa] *Otto;* ipsa O, ista *Bs* desiit VD 14 certius B *Hom. I 97* ¦ ΑΗΞΩΧ ΣΕΟ ΜΡΞΟΜΑΙ C altera V, alter *vg* 15 uictoris AB ¦ novissime] D**τ**; nouistime C ¦ 16 *verba* quousque . . . autem *(v. 17) om.* A certius B 17 autem] etiam *Otto; cf.* E oto C 18 dixit] D**τ**; duxit C *interim] enim O, enimvero *Gz* 19 arceret] *Rom;* ui(ur VD)geret O, diiungeret *Kss*, abigeret *Konitzer*, averteret *Novák*

et exoneraret verecundiam suam, id dixisse, quo audito festinarent. itaque di||xisse illum non 'caveant proditionem', sed 'cavete', quasi ipsis legatis esset periculum, ne proderentur.

## VIII.

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias *optet*.

*Rapta producta nuptias* optavit. qui dicebatur raptor, negavit se rapuisse. iudicio victus vult ducere; illa optionem *repetit*.

Albvci Sili. Praeterquam quod in omni discrimine periculosa 1
libertas est, meruit puella, ut taceremus: misericors in nos, etiam antequam rogaremus, fuit. inhumana libertas est, si vincimus adversus iudicem. non oportet tibi amplius quam semel licere optare. omnis nimia potentia saluberrime in brevitatem constringetur. qui potest condemnare, possit semel; qui potest occidere, possit semel; aut, si qua iteratio recipi potest, in paenitentiam mortis recipienda est. proponite vobis illam supplici invisam faciem, carnificem, securim: hoc semel licere nimium est. 'exorata sum, condo gladium; irata sum, repeto optionem'. at non semel mori satius est? occides

**CD** 1 et exoneraret] *Herv;* ex eo narraret **O** | dixisset **A** || 3 proderent **BV** || 5 *cf. Quint. decl. 309* | *ante* rapta **V**² **D**² *in marg. add.* thema | *verba* optet . . . nuptias *(v. 6) add.* **E** || 6 obtauit (b *corr. ex* p) **B** opta . ut **VD** || debatur **A** | 7 illam (m *del.*) **D** || 8 *repetit] *Otto, Gz;* petit **O**; *cf. v. 18 et p. 342, 12. 17. 20* || 9 preterquam (quam *corr. ex* quod) **V** || omnia **AB** || 10 ut] **Dτ**; et **C** || 13 saluberrimae **C** || breuitate **VD** || constringetur] *Schg;* constringerentur **C** constringeretur **Dτ**, constringitur *vg* || 15 qua *corr. ex* quit **A** || penitentieam **A** || 16 illam] iam **D** || invisam] *Thomas;* causam **O** *om.* **E**, infaustam *Heinrich, fort.* crudam *Gz* || faciem] **E**; faciam **O** || securim] **E**; sic uitam **C** si cui tamen **Dτ**, securim . alicui *vg,* securim: iam *Kss,* securim: etiam *Novák; cf. Quint. decl. 309:* 'bis optare vis, quod etiam semel licere multum est' || 17 licere nimium] *cf.* **E**; licerent (-ret **VDτ**) meum **Oτ** || exoratam **AB** exorta **D**¹ || condo] *Bs, Ml;* conde **O** || 18 repete **O** | at] *Otto;* et **O** || occides] *Kss;* occide **O**, occidet *Gz; cf. p. 340, 17*

2 iam non vitiatorem, sed virum. Porci Latronis. Periculosius est negare raptum quam commisisse? in hanc perturbationem adulescens perductus erat, ut ignoraret, quid fecisset. non refugiebat tamen puellae nuptias; favebat tantum sibi, ut innocens duceret. itaque nihil aliud petit quam liber tatem, ut honestius duceret. ita apud vos, iudices, tutius est peccare quam erubescere? dignior poena erat, si id peccasset, quod meminisse posset. exsurge adulescens et sine ullo respectu pudoris ad pedes te puellae demitte; accedite et vos, amici propinquique, et tu mater ac pater. quid est, puella? ecquid te horum lacrimae movent? non, inquit; ad illum magistratus veniat. non dissimulo: metuo te, puella, si nusquam rogari vis, nisi ubi occidere potes. gravius punior nunc, cum me peccasse pudet, quam cum peccavi. quae post iniuriam
3 ignoscit, post misericordiam *irascitur*. Cesti Pii. Venit ad vos vestro beneficio retenturus puellae beneficium. optavit nuptias; neque adhuc sciebat, quam verecundum maritum esset habitura. vitiatorem dimisisti; virum occides? aiebat iudex: quid habes, quod tam pertinaciter neges? nuptias optat. minus est ergo quod vitiavit quam quod negavit? Q. Hateri. 'Non sum' inquit 'optatura mortem, sed volo mihi licere et mortem optare'. quam potestas ista delectat, crudelis est. Blandi. Ergo nos iniuriam periculo-
4 sius negavimus quam fecimus? Ivni Gallionis. Quadam nocte — quid dicam? iam *non negare pudet, nox, vinum, error — quid irasceris puella? iam* negare non audeo. non diligenter causa

CD 1 vitiatorem] Dτ; uitiatus C | 2 commisse D¹ || *post* adulescens *in* D *haec verba addita sunt:* et sine ullo respectu pudoris *(cf. v. 8), del.* D¹ || 3 erat] ⟨est⟩ erat (est *del.*) D || 4 tantum] D; tam C | 5 petiit *Schg* | diceret AB | 7 meminisset AB | possit C || exurgo AD || 8 illo A || ad penestae AB || dimitte A || 9 propinque A || ac] et D || est] te VD || 10 ecquid] Dτ; haecquid C | 11 magistratus] *Mg;* magistratum O || veniat *om.* VD | 12 potest AB || 14 perost (per *comp. scr.*) V perdit Dτ || irascitur *add. Bs;* ⟨caedere volt⟩ *Gz* || certi B | 15 benefitio V || recenturus A || benefitio V || 17 dimisti A | 18 obtat B | 19 uitauit B || Q.] q; A | aterii D || 23 iam non negare pudet] *R. Wachsmuth;* iam O non negare iam non pudet E, iam negare non pudet *Otto* || *verba* nox . . . iam *(v. 24) add.* E || *cf. Ter. Ad. 470*

mea acta est: dum nihil timetis, facilius me puellae credidistis.
confitendum est vitium nostrum: nos nuptiis moram fecimus. sive
adhuc non esset vitiata, sive esset, visa digna matrimonio quae
hominem non posset occidere. tibi consulebam, ne dicereris
vitiatori nupta. si per te licuisset, honestiorem maritum habuisses.
tu negasti? o hominem inpudentem! ita tu non ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamitasti: 'ego
virginem rapui'? neminem habere tam obsequentem maritum
potes: hic iam nihil negabit. VARI GEMINI. Exponam vobis rerum 5
ordinem sic, tamquam ab eo didicerim, qui quid fecerit nescit.
VIBI GALLI. Vbi estis, qui dicebatis: 'nihil interest tua, confitere'?
confitetur, quia honestius putasti raptori nubere. 'sit' inquit 'mihi
heres, si quis intra decem menses natus fuerit'. numquid negat?
surge adulescens, dic: 'rapui, vitiavi'; incipe scire quod nescis:
miraris, si tibi non credit? multum est, de quo timet.

Pars altera. P. ASPRENATIS. Nescio, utro iudicio adversarius 6
fuerit inprobior. priore id egit, ne quam omnino poenam stupri
penderet; hoc id agit, ut ipse optet, ex duobus a lege constitutis
suppliciis utrum velit pendere; fatetur enim se inpune habere
maluisse quam ducere uxorem, uxorem ducere malle quam mori.
antea legem vitiationis evertere conatus est, nunc transferre volt:
advocatos rogat, iudices rogat, omnis potius quam vitiatam. utinam
non hoc illum liberaret metu, quod iudicis suae clementiam novit.

CD 1 acta] *fort.* audita *Gz; cf. p. 344, 10* ‖ 2 nos nuptiis] non nullis (-li **A** -lus **V**) **O** non nuptiis $D^{2}\tau$, nobis inutilem *Gz* ‖ 3 adhoc **AB**, ab hoc *Bs* ‖ non esset vitiata, sive] *Schg;* esset uitiata siue non **O** ‖ *fort.* *sive esset vitiata, sive adhuc non esset ‖ visa] **Dτ** *(Bs);* uis **C** ‖ <est in>digna **Dτ** ‖ 6 negesti **A** ‖ o *om.* **B** 9 negabit] *amicus quidam Gruteri;* negauit **O** ‖ 10 quid quid **AB** quicquid **VD** ‖ 11 ubi **B** 12 putat *Gr* ‖ 13 eres **A** ‖ quid . . . natum *Ml* ‖ 15 tib **A** 16 *verba* pars altera p. asprenatis *bis scr.* **C** ‖ 17 inprobor **V** ‖ strupi **AB** 18 hoc] nunc **τ** ‖ optat $D^{1}$ ‖ a lege] *Petreius (cf. 9, 1, 1);* alia lege **O**, ab lege *Schg* ‖ 19 supplicis **AB** ‖ uellit **C** ‖ 20 maluissem *(post.* m *del.)* **V** ducere malle] ducerem in alle **B** 21 uult **AVD** ‖ 22 uiatiatam *(prim.* a *del.)* **V** 23 hic $D^{2}\tau$ ‖ metu] **E**; metus **O** ‖ clementiam (am *corr. ex* ae) **A** novit] **E**; nobis **O**

clamabat se innocentem esse: si quid peccasset, mori non recusare. aderat raptori populus nec quicquam magis suspectam faciebat vitiatae causam quam lenitas optionis. si iam tibi de stupro tuo liquet, est quaedam proxima inno||centiae verecundia, praebere se legibus; tu vero nunc quidem meruisti mortem illa infitiatione. ignorasti, an peccasses? innocens esse voluisti? causam habes: revertere ad parentes, puella, quoniam quidem totiens iam rogas, quae rogari ipsa debueras.

7 LATRO tres fecit quaestiones: an illa, interrogavit, optio iusta fuerit. non fuit, inquit, iusta; non enim constabat te raptorem esse. nihil refert, inquit, an negaverit. erat enim raptor, etiamsi negabat, et ita iusta fuit optio. an, si iniusta optio fuit, revocari possit. optio, inquit, semel puellae datur; immutabilis est, simul emissa est. iudex quam tulit de reo tabellam revocare non potest; quaesitor non mutabit pronuntiationem suam. nihil tam civile est, tam utile est, quam brevem potestatem esse, quae magna est. si volet et alteram optionem suam revocare et deinde tertiam, numquam constabit, quid futurum sit, cum illa quod optaverit possit sequenti semper optione rescindere. tertiam fecit quaestionem: an, si potest revocari aliquando optio, nunc debeat. hic defensio adulescentis,
8 qui negavit se vitiasse. FVSCVS et ordinem mutavit quaestionum

**CD** 1 damabat **B** clamabant **V** | se] si **V** esse] eciam **τ** || 2 quicquam *corr. ex* quaquam **V** 3 uiatiatae **V** | si iam] suam **BV** | 4 uerecundiam **A** | 5 *post* vero *nonnulla verba excidisse susp. Bs; fort. verba* negasti . . . rapui *(p. 341, 6—8) huc transp. esse cens. Kss* || nunc quidem meruisti] *Gz;* ne meruisti quidem **O**, *fort.* * nunc meruisti ⟨, quam ne metuisti⟩ quidem, | illa] **τ**; illam **O** | infitiationis **A** infinitiatione **V** 6 *fort.* ⟨immo⟩ innocens esse voluisti . *Gz* | 7 partes **BVD** | quo **V** qn̄ **Dτ** 9 tres *bis scr.* **A¹B** *post. del.* **A²** | questiones **A** interrogavit, optio] *Schg;* interrogatio **O**, interrogatio ⟨et optio⟩ *Mg* | 10 te] ⟨ei⟩ te (ei *del.* **D²**) **D** || 11 refert] res est **D** negaberit **AB** | 12 ⟨fuit⟩ optio fuit *(prius* fuit *del.)* **A** | 13 semael **A** || simul emissa] *Bs;* simile missa **AB** semel emissa **VD** | 14 qūū **A** possit **D¹** 15 mutauit **O** mutat **E** | est *om.* **BVDE** | 16 *prius* est *om.* **E** esse *om.* **A** 17 sua **A** 18 constabat **AB** | posse **AB** 19 ratione **O** | possit **D** || 20 haec **D** | 21 qui] **D**; quia **C** ordine **C** | *quae(que* **A**)stionem **O** *corr.* **D²**

et numerum auxit; fecit enim primam quaestionem: an rapta non possit amplius optare quam semel. potest, inquit; lex enim non adicit, quotiens optet, sed ex quibus: 'aut hoc' inquit 'aut illud'; non adicit 'ne amplius quam semel'. contra ait: lex te iubet alterutrum optare; tu hodie si mortem optabis, facies quod numquam factum est, et mortem optabis et nuptias: utrumque optaveris. etiamsi non licet, inquit, amplius quam semel, ego nondum optavi; optio est enim quae legitime fit: illa non est facta legitime. si praetor defuisset, numquid optionem vocares? si raptor defuisset? raptor defuit: non est ista optio; sermo est. an proximo iudicio confirmata sit optio. raptor ait: agebatur apud iudices, utrum deberet rata esse optio *an* non: iudicata est rata esse debere: rata sit. non, inquit puella; quaesitum est enim, an ego in raptorem ius haberem: iudicatum est habere me: uti debeo. non possum ante legem habere quam raptorem. novissimam quaestionem fecit aequitatis: an rata debeat esse optio. Passienvs hanc 9
ultimam partem sic dividebat: an, si adulescens malo adversus puellam animo infitiatus est raptum, ut nuptias effugeret, dignus sit, qui iterum fortunam subeat optionis recusatae. deinde: an malo animo fecerit. Varivs Geminvs ultimae quaestioni vel parti, in qua, quid debeat fieri, quaeritur, duo haec adiciebat, quae per se *posse*

**CD** 1 auxit] **Dτ**: ausit **C** 2 adoptare (ad *del.*) **D** 3 adiecit **D** quoties (s *corr. ex* n **V**) **C** 4 ne] neque **D** 5 odie **B** *optabis] optaris **O** factes **A** *fort.* optaris, feceris *Gz* 6 *verba* *et mortem . . . nuptias, *quae in* **O** *post* quam semel (*v. 7*) *leguntur, huc transp.; del. Bs* | 7 *post* semel *in* **O** *sequuntur nonnulla, quae in v. 6 transposita sunt* 8 legi(-git **B**)timae **BV** sit **A** 9 legitimae **AV** praecor **AB**, raptor *Gr* uocaret **O** 10 *fort.* ⟨num magis,⟩ si *Gz, fort.* *⟨quid,⟩ si rapta **O** defuisset *corr. ex* n̄ fuisset **A** defuit] *Bs;* fuit **AB** non fuit **VD** 11 rapta **Dτ** aiebatur **AB** 12 rata] *Gr;* rapta **AB** raptae **VD** esset (t *del.*) **V** an *add. Gr* rata] *Gr;* rapta **O** 13 rapta **VD** 14 raptore **AB** mae **A** 15 *verba* non possum . . . raptorem *in v. 10 post* sermo est *transp. Gz* 16 aquitatis **B** rata] *Bs;* rapta **AB** raptae **VD** 19 quod **D** furtunam **A** recusate **A** an malo *bis scr. (prius del.* **A**[1]*)* **A** animalo *bis scr.* **B** 20 ultime **A** ultimo **B** ultimi **V** questioni **A** 21 in qua quid] in quam quid **AB** inquit **V** inquit quid **D** quid **τ** queritur **C** *per se posse] per se **O**, posse *Kss*

quaeri putabat: an, si puella pro certo adulescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio tam crudeliter usurae sua potestate; deinde: an mortem optatura sit. quid est, inquit, quare velis optare, nisi quod nuptias non vis? *an vis?* hoc non tantum patimur sed rogamus.

10 Color pro adulescente introductus est a LATRONE talis, ut diceret se ebrium fuisse et ignorare, quid fecerit: hodie quoque magis credere de facto suo quam scire; recusasse autem non ne duceret uxorem, sed ut sua voluntate duceret; et iudices non audisse sollicitos: faciles fuisse, quasi de nuptiis ageretur. VARIVS GEMINVS raptum confessus est et dixit nihil esse tam contrarium adulescenti quam etiamnunc negare: non tantum raptam, sed iudicem offendet. CESTIVS nec Latronem secutus est dicentem nescisse se hodieque nescire nec Varium Geminum confitentem, sed [non] rapuisse apertius negavit. verum, inquit, inveniri non poterat; iudices illam sententiam secuti sunt: si rapuit, indignum est puellam inultam esse; si non rapuit, non est indignum fieri illum maritum. SILO POMPEIVS dixit adulescentem verecundum natura et rustici pudoris non sustinuisse confessionem. non placebat Latroni *hic* color: minus, inquit, ignoscetur illi, si scit se rapuisse et sciens mentitus est. contradicebat Silo *non* posse ulli
11 fidem fieri aliquem nescire, an rapuerit. HISPANVS CORNELIVS:

CD 1 queri **AB** 2 illa permittit **AB** | opto tam **AB** optatam **V** credeliter **V** | usura **O** *corr.* **D**² 3 aptatura **V** adooptatura (ad *del.*) **D** 4 quo onuptias **AB** | an vis? hoc] *Thomas;* hoc **O**, has *Schg* non *om.* **A** | 7 se] sc **A** | fuisse *om.* **B** quod **V** | odie **AB** hoc die **D** | quoque magis] *Ml;* magis quoque **O**, magis *vg* | 8 facto *corr. ex* focto (?) **B** | cusasse **A** | 10 sollicite, sed faciles *Schg* nuptis **C** || aiecretur **B** | 12 adulescenti (i *corr. ex* e) **V** | nec **T** <ne> non **D** nec <non> **τ** | raptum **V** || sed <etiam> **Dτ** | 13 offendat **D** | certius **B** | dicente **V** | 14 hodiequae **B** | necscire **C** 15 non *del. Fb (qui confitentem se rapuisse scr.);* nunc *Gz* | rapuisse <se> *Gz* | nirum **VD** || inuenire **D** 16 illam] tertiam **D** | *verba* secuti . . . inultam *(v. 17) om.* **A** | 17 puella **B** | inultam] **τ**; inuita **B** inuitam **V** inuitam raptam **D** nonne est **D** | 18 adulencentem **B** || 20 hic *add. Gz* | scit se] scisse **V**, *fort.* scivit *se Gz* . *21 non add. Kss* | illi **D**

non subducere illi, inquit, maritum volui, sed honestiorem dare. digna est, inquit, tam misericors puella, quae non videatur nupsisse raptori. Hispo Romanivs ait illos sodales, qui illum nocte inpulerant, circumstetisse et dixisse: non est quam rapuisti; alia fuit. timuit, ne illi, quam rapuerat, faceret iniuriam. Argentarivs dixit: vellem mortem optasses: non esset hic raptor iudicatus. non causa tua illum premit, sed optio, dum unusquisque iudex dicit: 'quid habet, quod tantopere re‖cuset? putes de capite agi; et ipse ait se non nolle ducere uxorem, sed titulum recusare. nempe victus ducet uxorem. non est sollicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum est'. Silo hoc colore usus est: confusum adulescentem subito et tanto tumultu parum sibi constitisse; et negasse, quia perturbatus erat, *et* perseverasse, quia negaverat. ‖

CD 1 honestiorem (em *corr. ex* es) V ‖ 2 digne AB ‖ inquam *Bs, fort. recte* ‖ misecors A ‖ uidetur D[1] ‖ 3 romanus VD ‖ illos] illo B ‖ noctem AB, noctu *Bs* 4 est <haec> D ‖ aliam A ‖ 5 fuit] *Bs;* mit AB mitti VD ‖ quam] qui eam D ‖ 6 vellem] Dτ; uelle C ‖ optasse A ‖ iudicatis A ‖ 7 premit *om.* C *add.* Dτ; <vicit> *Mg, fort. recte* ‖ q̄sque A ‖ 8 quod] quātū (?) A[1] qūa A[2] ‖ putes] *Bs;* pute AB puta VD ‖ 9 non nolle] non uelle O non nole τ, velle *Mg* ‖ 10 uxore B sollicite (*post.* i *corr. ex* e) B ‖ 11 *prius* est *om.* VD ‖ solo B ‖ 12 constitisset (*ult.* t *del.*) V ‖ 13 *post.* et *add. He* ‖ 14 necauerat B ‖ lannei senecae sententiarum lib . IIII . explicit feliciter . incipit . V . feliciter . A lannei senecae sententiarum liber . IIII . explicit feliciter incipit liber . V . B . l . annei senecae sententiarum liber . IIII (quartus D) explicit . incipit liber . quintus VD

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI SEPTIMI.⟩

### I.

### AB ARCHIPIRATA FILIO DIMISSVS.

Duobus filiis quidam superduxit novercam. alterum domi parricidii damnavit; tradidit fratri puniendum: ille eum exarmato navigio inposuit. delatus adulescens ad piratas, archipirata factus peregrinantem patrem cepit et remisit. reversus pater abdicat filium.

Tanta tempestate confusus dispicere nil potui; nec satis memineram, tale ministerium mihi pater an noverca mandasset, ministerium an poenam esse voluisset, vindictam parricidii an parricidium. insui fratrem culleo iubes? non possum. non ignoscis? an non credis? ego contendo ne te quidem posse. nemo repertus est naufragii comes; omnia instrumenta circumcisa sunt, adminiculum spei nullum. patri sum excusandus an fratri? 'hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam, licuisse mihi per fratrem aliter quam parricidae mori'. vivit, inquit, frater; non credo. servavit, inquit, me; fecisti, ut crederem. in domo, in qua tam

**MP** 6 filius **M**[1] *corr.* **M**[3] | 8 exarmato▨ **M** | adolescens *(sup.* o *littera* n *eras.)* **M** | 11 despicere **O** | potuit **M** | 12 an] a **P** | nouercam **M**[1] *corr.* **M**[3] | mandas sed **M** | 13 penam **M** | esse] et **P** | uoluissed *corr. ex* uoluisses **M** | an parricidium *in marg. scr.* **M**[1] | 14 iubis **M**[1] *corr.* **M**[2] | 15 nec **M**[3]**P** | quidem *corr. ex* quidam **M** | 16 admiraculum **P** | 17 an *(sup.* n *virgula eras.)* **M** | 18 feros **M**[1] *corr.* **M**[3] | 20 ut *om.* **P**ϱ | quam **P** | tam] *αβγϱ*; ▨▨tam̄ *(2 litterae erasae sunt, quarum posterior* i *fuit)* **M** tamen **P**

facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. descriptio tempestatis: emicabant densis undique nubibus fulmina et tempestates horridae absconderant diem; intumuerat mare iustis quoque navigiis horrendum. habes, inquam, frater, si innocens es, navigium, si nocens, culleum. non potui facere parricidium — quam facile erramus omnes! — et factum putavi. frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies. iacebat in litore navigium, quod etiam integrum infeliciter vexerat. credam parricidam, si tibi proficiscenti navigium suum reddidit. subito mihi cum animo pariter excidit ferrum, et nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. intellexi, quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperasset pater. ita mihi, quae sola miseros in domo nostra respicit, Fortuna succurrat. profectus pater tranquillo mari, auspicato itinere, integra navi. quid hoc est? felicius navigavit damnatus quam qui damnaverat. utrum vobis videtur innocentiam apud piratas didicisse, an ne apud piratas quidem perdidisse? perieras, pater, nisi in parricidam incidisses. scissa quoque vela fecerant sinus et instructas classes naufraga praecesserat navis. scires navigare qui servaturus esset patrem. erat navigium, immo fuerat. o crudelis et pertinax noverca! nihilominus saevit. maria iam quiescunt, praedones miserentur, irati parcunt. veni ad vos, ut probem me parricidam. ‖ multas rerum natura mortis vias aperuit et

**MP** 2 descriptio tempestatis: emicabant] *Bs;* emicabant descripti (-pte **P**) tem(ten **P**)pestatis **MPϱ** emicabant *αβ* ‖ utique **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 3 flumina **P** ‖ abscoderant **P** ‖ intumaerat **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 4 uestis **M**[1] *corr.* **M**[3] istis **Pϱ** habet **P** ‖ 5 *verba* si innocens es navigium *om.* **M**[1] *in marg. add.* **M**[3] ‖ nocens] *αβν*; ░░nocens (in *eras.*) **M** innocens **Pϱ** ‖ 6 omnes] homines *Seneca; cf. p. 275, 19* ‖ 7 in domo ⟨in⟩ *(post.* in *del.)* **M** ‖ iacebat *corr. ex* incebat **M** ‖ 8 uixerat **M**[1] *corr.* **M**[3] retexat **P** ‖ 9 proficiscenti] *αβν*; *corr. ex* proficiscenta **M** profi(-fe *ϱ*)-cissent **Pϱ** ‖ 10 et] quia **P** ‖ quo **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 14 auspucato **P** ‖ 17 dedicisse **P** ‖ piratus **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ perieras *corr. ex* perierat **M** ‖ 19 instructas *corr. ex* instructis **M** ‖ naufraga] *β*[2]; naufragia **M**[1] naufragio **M**[3]**P***αϱ* naufra *β*[1] naufragi *ν* ‖ praecessat **P**[1] ‖ naues **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 21 nihilominus] **M**[3]*αβ*; nihilo minis **M**[1] nichil animus **Pϱ** ‖ quiescunt *corr. ex* quiescum **M** ‖ 23 apperuit **P**

multis itineribus fata decurrunt. o maria iustiora iudiciis! o mitiores procellae patre! non putatis misericordem qui quem damnavit puniendum fratri dedit? centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere, Mithridaten, dii boni, quam non dubium parricidam! gaude, pater: neuter ex filiis tuis parricidium fecit. narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimissus. 'nocens est iste'; sed mihi frater est. naturae iura sacra sunt etiam apud piratas. dixisses, inquit, te non posse. ita tu nesciebas? non licuit, non debui, non potui.

Pars altera. Nega nunc parricidam fuisse quem scis esse piratam. dimisit me in patrocinium suum, ut, quia non occiderat, videretur nec ante voluisse. quis porro me uno miserior est? vitam parricidae debeo.

Extra. Magna novorum rhetorum manus in hanc partem transiit, ut aliquid dici debuerit in novercam; fuerunt et illi, qui non quidem palam dicerent, sed per suspicionem et figuras; quod Passienus non probabat adserens minus verecundum esse aut tolerabile infamare novercam quam accusare. quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, post ablati sunt impetu. excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire. Hispanus, duro colore usus, hoc se tamquam gravius elegisse dixit supplicii genus. qui color prudentibus displicebat; quam enim spem habet absolutionis, si nec paruit nec pepercit? ‖

**MP** 1 itinibus **P** ¦ 2 non] num *Pincianus* ¦ quem] que **P** 3 puniendem **M**¹ *corr.* **M**³ ¦ luculli *del.* **M**³ *om.* **P**ϱ mith(mit **P**)ridatem **MP** ¦ 4 mitridatem **P** ¦ 8 tu] ut **P**¹ 10 neca **P**¹ //esso (s *eras.*) **M** ¦ 11 paratam **M**¹ *corr.* **M**² ¦ patrocinium *corr. ex* patrodicim **M** ¦ 12 ante] autem **P** 13 parricido **M**¹ *corr.* **M**³ ¦ 14 novorum] *Gr (cf. p. 283, 20);* bonorum **O** ¦ //retorum **M**³ rethorum **P** ¦ //in (h *eras.*) **M** ‖ 15 debuerit dici **P** nouerca **P** ¦ 16 per *sup. v.* **M**¹ ¦ suspitionem **P** ¦ 19 excusatus **P**¹ ¦ 21 duro *corr. ex* duco **M** se] αβνϱ; set **M**¹**P** sed **M**² eligisse **M**¹ *corr.* **M**³ ¦ 22 displicebat *corr. ex* displicebit **M** ¦ 23 habet] αϱ; *rad. corr. ex* habeat **M** *om.* **Pv** habuit β . peperit **P**

## II.

### POPILIVS CICERONIS INTERFECTOR.

De moribus sit actio.

Popilium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. proscriptum Tullium ab Antonio missus occidit; caput ad Antonium rettulit. accusatur de moribus.

Occidit Ciceronem Popilius. iamne creditis occisum ab isto patrem? occisurus Ciceronem debuit incipere a patre. Antonius, inquit, iussit. non te pudet, Popili? imperator tuus te credidit posse parricidium facere. abscidit caput, amputavit manum. minus in illo crimen est, quod Ciceronem occidit. pro dii boni! occisum Ciceronem malos mores voco. hoc unum feliciter, quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. facilius pro parricida Cicero iudicem movit quam pro se clientem. ad vos hoc, patroni, spectat exemplum: nullos magis odit Popilius quam quibus plurimum debet. abscidit cervices. parce iam, Popili: nihil tibi nisi occidendum mandavit Antonius. pudeat te, Popili: accusator tuus vivit. non credidisset Popilium facturum Antonius, nisi parricidium fecisse meminisset. dii manes Popili senis et inultae patris umbrae te, Cicero, persecuntur, ut quem negasti sentias parricidam. non hausit Minturnensis palus exulem Marium; Cimber etiam in capto vidit imperantem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor

**MP** 3 accio **M** ‖ 4 defendit *om.* **P** ‖ absoluit **P** ‖ 5 missum $M^1$ missus *(ult.* s *in ras.)* $M^3$ ‖ 6 accusatur *corr. ex* ac sutor **M** ‖ moribus *rad. corr. ex* monibus **M** ‖ 7 occidit ⟨cidit⟩ (*post.* cidit *del.* $M^3$) **M** ‖ cre⫽ditis (d *eras.*) **M** ‖ occissum **P** ‖ 9 non te *corr. ex* nondte **M** ‖ popili *rad. corr. ex* populi **M** populi **P** ‖ 10 paricidium **M**; *cf. ad p. 246, 19* ‖ 11 crimen (n *corr. ex* m) **P** ‖ cyceronem **M** ‖ 12 ciceronem *corr. ex* cieronem **M** ‖ feliciter ⟨fecisti⟩ *Seneca; cf. p. 290, 7* ‖ 13 parricid⫽a (i *eras.*) **M** ‖ 14 dicentem **P** ‖ 15 ⫽odit (h *eras.*) **M** ‖ plurimum *om.* **P** ‖ 16 abscidit] *αβν*; abscidet **MPϱ** ‖ popi⫽li **M**; *cf. ad v. 9* ‖ 17 popili *rad. corr. ex* populi **M** ‖ 18 antonius *corr. ex* antenius **M** ‖ 19 meminisset (t *renov.* $M^3$) **M** ‖ dii mane spoli senes sed $M^1$ *del.* $M^3$ dii (dū *α*) manes poli senes set (et *α* sed *ϱ*) **Pαϱ** ‖ nulte $M^1$ *corr.* $M^3$ ‖ 21 ausit $M^1$ *corr.* $M^3$ ‖ miturnensis **P** ‖ palus *corr. ex* pulus **M** ‖ 22 uidit ⟨uidit⟩ (*post.* uidit *del.* $M^3$) **M**

libenter se Hortensi clientem professus est; et Hortensius bona Pompei, non Pompeium defenderat. ita tu, Popili, si Antonius iussisset, et patrem occidisses?

Pars altera. Si illa tempora in crimen vocas, dicis non de hominis, sed de rei publicae moribus. ¦ miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori? Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere. iussit imperator, iussit victor: ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat res publica?

Extra. Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque non parricidii reum a Cicerone defensum, sed in privato iudicio.

## III.

### TER ABDICATVS VENENVM TERENS.

Ter abdicatus, ter absolutus conprehensus est in secreta domus parte a patre medicamentum terens; interrogatus, quid esset, ait venenum: velle se mori; et effudit. accusatur parricidii.

Dic, quid commiserim: certe nec secreta *te* fallunt. ut intervenit pater, in has cogitationes abii: quisquamne tam infelix fuit? quisquamne me magis odit quam ego? misereri mei coepi. ter

**MP** 1 Hortensi] *αϱ*; horterisi *corr. ex* hocterisi **M**$^1$ horterisii **M**$^3$ hortensii **Pβν** 2 Pompei] ponpeū **P** popili *rad. corr. ex* populi **M** ¦ 3 iussiset **P** ¦ 4 si illa] nulla **P** ¦ 5 roi **M**$^1$ rep̄ **M**$^2$ ¦ 6 populi **M**$^1$ popilio (*prius* i *rad. corr. ex* u) **M**$^3$ ¦ Ciceroni] *rad. corr. ex* cicerone **M** ciceronem **Pαβνϱ** 10 ettra **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ¦ paucis (s *del.*) **P** ¦ 11 hi *corr. ex* ni **M** hii **P** ¦ a] ac **M** 14 abdicandus **M** ¦ tenens *ν (Bs)* ¦ 16 *verba* parte a *om.* **P** patre *corr. ex* parte **P** medicamemtum **M** ¦ terrens **M** tenons *ν (Bs)* ¦ 17 ait *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^3$ ¦ 18 accusator **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ 19 dic] sic **P** cerite **P** ¦ *secreta te] *cf. p. 298, 6;* secreta *corr. ex* socreto **M** secreta **P** secreta ⟨quidem⟩ *β* ⟨te⟩ nec secreta *Bs* ¦ 20 cogitationes *corr. ex* cogitittiones **M** ¦ quisquamne/// (e *eras.*) **M** ¦ *verba* tam . . . quisquamne *(v. 21) om.* **P** ¦ 21 quisquamne me *corr. ex* quisquamnemo **M**

causam dixi; accessit ad haec supplicia mea venenum; vivam, si nec hoc tibi satis est. habuit venenum Mithridates, habuit Demosthenes.

Pars altera. Cum se mori velle dicat, vitam rogat. teneo parricidam etiam in suam mortem paratum. quantum est quod negas, cum tantum sit quod fateris? venenum quaesisti, venenum emisti, venenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. indica, quis vendiderit; dicetur illi: tu vendebas cuiquam venenum? tu abdicato? nesciebas, cui daturus esset? quaeritis, cui venenum ‖ paraverit? non bibit. quod negat, parricidium est, quod confitetur, veneficium. mihi, inquit, paravi; ne quis dubitet, an alium possit occidere. tam invisum tibi fuisse patrem dico, ut occidere volueris: tam invisum ipse confiteris, ut mori volueris.

Extra. Coniectura duplex a persona una: an sibi paraverit, an patri. Laberium divus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri ordini reddidit. quem cum iussisset ire sessum, omnes equites ita se coartaverunt, ut venientem non reciperent. multos tunc in senatum legerat Caesar, et ut repleret exhaustum bello civili ordinem et ut his, qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus mandavit Laberio transeunti: recepissem te, nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronem remisit: 'atqui soles duabus sellis sedere', quia

**MP** 1 causam *corr. ex* cansam **M** suplici **P** ‖ vivam] bibam **αβν** *(Bs); cf. p. 299, 7* ‖ 2 Mithridates] **ανϱ**; mithridatis **M** mitridatis **P** metridates **β** ‖ 3 Demosthenes] **αβνϱ**; demostenis **MP** ‖ 4 mori velle] **Mβ**; uelle mori **Pανϱ** ‖ 5 in *om.* **M**[1] *add.* **M**[3] ‖ 7 eam] am **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ 9 abdicato *rad. corr. ex* abdicatio **M** ‖ *post.* cui] cum **P** ‖ 10 parricidium] **αβνϱ**; paricidium **M** *(cf. p. 349, 10)* parricidum **P** ‖ 11 ueneficum **P** ‖ alium] illum **P** ‖ 12 tam] cum **P**[1] tum **P**[2] ‖ pater rem **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 14 a] in *Seneca; cf. p. 301, 6* ‖ parauit **P** ‖ 16 reddidit] **αβϱ**; reddit **MPν** ‖ uidisset ire sensum **P** ‖ 17 corartauerunt **M** ‖ reciperet **P** ‖ 18 exaustum **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 19 ut his] uerbis **P** ‖ qu **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ de departibus **M** ‖ *post* meruerant *3 litterae erasae sunt in* **M** ‖ 20 refer▨ret (i *eras.*) **M** ‖ 21 ▨▨nisi (ni *eras.*) **M** ‖ auguste▨ (m *eras.*) **M** ‖ sederem] **Mαβν**; sederent **Pϱ** ‖ 22 ciceronem remisit *rad. corr. ex* cicero nemine misit **M**

Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adulator.

## IIII.

### MATER CAECA FILIVM RETINENS.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

Quidam habens uxorem et filium profectus in piratas incidit. scripsit utrique de redemptione. uxor flendo caeca facta est. filium euntem ad redemptionem alimenta poscit; non remanentem alligari vult.

Navigaturus uxori filium reliquit; nec adhuc caeca erat. non est, quod mulieris affectum lege aestimetis, qua minatur; omnia facit, ne filius alligetur. quotiens duobus est communio, potestas eius fit tota, qui praesens est.

Pars altera. Vnius vinculis duos alligat. victo mater catenas denuntiat, victori ad piratas eundum est. filius familiae nulli possum servire nisi patri. petis ab eo alimenta, quem pater peregre mittat. primae partes patris sunt, secundae matris. ille peregre est, tu domi; ille captus, tu libera; ille inter piratas, tu inter cives; ille alligatus, tu soluta. at tu caeca es: infelicior ille, quod videt catenas suas et caedes et vulnera et cruces eorum, qui non redimuntur. at periculosum est. quam multi nihil pro patribus periculosum putarunt! non, inquit, vindictam, sed misericordiam quaerit. ita quisquam exigit pietatem, ut impediat?

**MP** 1 tertus **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 2 dolator **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 6 *post* quidam *vel* m *vel* in *eras. in* **M** ‖ habens *corr. ex* habent **M** ‖ *cf. p. 304, 12* ‖ in *om.* **M** ‖ 7 utriusque **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 8 redeptione (d *corr. ex* p) **P** ‖ 9 non] **M**$^1$***βν***; ne **M**$^2$ nec **M**$^3$**P*ϱ*** ‖ re▨▨manentem (re *eras.*) **M** ‖ alligari] *Seneca (cf. p. 304, 16)*; alligare **O** ‖ 11 mulieris *corr. ex* muiieris **M** ‖ quia **O** *om.* ***α*** ‖ 13 eius ⟨eius⟩ (*prius* eius *del.* **M**$^3$) **M** ‖ fit] *Kss*; sit **O** ‖ quae **P*ϱ*** ‖ praesus **M** ‖ *post* est *16 litterae erasae sunt in* **M** ‖ 14 unius] ***β*** *(cf. p. 305, 10)*; unus **MP*νϱ*** anus ***α*** ‖ cathenas **P** ‖ 15 eundem **P** ‖ 16 seruire *corr. ex* ueruire **M** ‖ quem *om.* **P** ‖ 17 mittit **M**$^3$**P*αβνϱ*** ‖ partes *corr. ex* partis **M** ‖ 19 absoluta **P** ‖ 20 cathenas **P** ‖ *verba* et cruces *om.* **P** ‖ 21 ad **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 22 putarunt *corr. ex* putarant **M**

Extra. Calvus, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiae principatu habuit, usque eo concitatus actor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus: rogo vos, iudices: num, si iste disertus est, ideo me damnari oportet?

## V.

### QVINQVENNIS TESTIS IN PROCVRATOREM.

Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: sustulit ex ea filium. habebat speciosum procuratorem. cum saepe iurgarent noverca et privignus, iussit eum semigrare: ille trans parietem habitationem conduxit. rumor erat de adulterio matris et procuratoris. quodam tempore pater in cubiculo suo occisus inventus est, uxor vulnerata, communis paries perfossus; placuit propinquis quaeri a filio quinquenni, qui una dormierat, quem percussorem cognosceret; ille procuratorem digito monstravit. accusat filius procuratorem caedis, ille eum parricidii.

Vt audivi clamorem, si qua fides est, deprehensos adulteros credidi. *aliquis uno teste contentus est:* da puerum. aliquis non est uno teste contentus: da populum. obicit privigno parricidium, filio mendacium. dic, puer, quis occiderit patrem, dic audaciter: eundem nominas, quem populus. nox placet sceleri, adulterii

**MP** 1 com **M**¹ *corr.* **M**² || ciceronem iniquissimum **M**¹ *corr.* **M**³ || dum eloquio **P** || 3 orationis **M**¹ oratione▨ (s *eras.*) **M**³ || eius *om.* **P** || exclama▨▨▨ret (bat *eras.*) **M** || uacinius **M**¹ *corr.* **M**³ uotinius **P** || 4 num] non **MP**ϱ *om.* α nunc β numquid ν; *cf. p. 308, 13* || dissertus **M** || est *om.* **P**ϱ || 9 iurgarent] αβν; iugarent **M**¹ obiurgarent **M**³**P**ϱ || 15 percusorem **P** || 18 ut] tt **P** || 19 *verba* aliquis uno teste contentus est *add. Bs; cf. p. 312, 3* || da] do *Bs*, dabo *Seneca; cf. p. 312, 4* || 19 conteptus **P** || da] do *Bs; cf. p. 312, 4* || populum *corr. ex* pupulum **M** || obicite **MP**ϱ obice αβν || 21 mendatium **MP** || *post* mendatium **M**³ *in marg. et* ϱ *add.* pars altera || audaeter **M**¹ *corr.* **M**¹ vel **M**² || 22 eundem] αβνϱ; *eumdem* **M** *erundem* **P** || *scaeleri* **M** || adulteria **M**¹ corr. **M**²

tempus. o magna in contrarium perversitas saeculi! inventus est qui patrem posset occidere, non posset novercam. ostende istud non volnus, sed argumentum. ostende volnus: percussor ille quam timuit, ne occideret! tam leviter te vulneravit illa dextera, cui nec paries obstitit nec pater? nihil est puero teste certius; nam et ad eos annos pervenit, ut intellegat, et non ad eos, quibus fingat.

Extra. Vinicius, exactissimi vir ingenii, nec dicere res ineptas nec ferre poterat.

## VI.

### DEMENS QVI SERVO FILIAM IVNXIT.

Tyrannus permisit servis dominas suas rapere. profugerunt principes civitatis et simul qui filium habebat et filiam. cum omnes servi dominas vitiassent, servus eius virginem servavit. occiso tyranno reversi sunt principes; in crucem servos sustulerunt; ille manu misso filiam iunxit. reus est a filio dementiae. ||

Haberemus solacium, si has nuptias tyrannus fecisset, non pater. sanum putatis esse qui imitari tyrannum maluit quam servum? fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. plus permisit servo dominus quam tyrannus. quisquis has nuptias facit, aut insanus est aut tyrannus. egregius gener, cui nihil est gloriosius quam quod inter cruciarios non est! virginitatem sub patre perdidit, quam servaverat sub tyranno. itane est nuptiis di-

**MP** 1 *post* tempus *'partem alteram' incipere significat* $\beta$ | 2 nouerca **P** || 3 *utroque loco* uulnus **M**$^3$ || ille] me **P** | 5 obstrat *vel* obstuit **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ | tercius **M**$^1$ cercius **M**$^3$ || 6 non] nondum *Seneca; cf. p. 316, 17* || 8 Vinicius] $\varrho$; q̃. uinicius **M**$^1$ q. uinicius **M**$^3$ iiinicius **P** uicinius $\alpha\nu$ uinucius $\beta$ || 12 servis] servis ⟨dominis interemptis⟩ *Seneca; cf. p. 318, 15* | 17 a *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^3$ || 18 fecisses **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 20 cruciariis] **M**$^3\alpha\beta\varrho$; cruciaris **M**$^1$**P**$\nu$ || 22 fecit **P** || 23 cruciarios] **M**$^3\alpha\beta\nu\varrho$; crucarius **M**$^1$ crutiarios **P** || 24 tiranno **M** || dignus ⟨*est*⟩ (*est del. lineolis* **M**$^2$, *punctis* **M**$^3$) **M**

gnus, quia indignus est cruce? melior condicio vitiatarum quam virginis est: illis mutare nuptias contigit. propitius pater ita conlocavit filiam suam, ut iratus tyrannus alienas. cum sanus esset pater, ne has videret nuptias, fugit. miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannum desideras. non est illi praemium, unum spectare omnium cruces? dominam non stupravit. auge beneficia: nec dominum occidit nec venenum dedit. non est beneficium scelere abstinere. quod aliae in tyrannide passae sunt, haec in libertate; ceterae absentibus suis, haec praesentibus; in aliis stuprum vocatur, in hac matrimonium. timuit ille supplicium; scivit rem publicam liberandam, daturos poenas qui contaminassent; et adventare tyrannidi tempus ultimum vidit. convenite servuli, convenite liberti, empta cognatio.

Pars altera. Si quis tyranno indicasset, solus hic in cruce pependisset. licet cui volo filiam conlocare. Marcus Cato coloni sui filiam duxit uxorem. filia non mariti petulantiam timebit, non verborum contumeliam, non paelicem, non repudium. neminem natura liberum fecit, neminem servum; inposuit haec fortuna postea singulis nomina. nuper et nos servi fuimus. servus rex fuit. ||

## VII.

### CAVETE PRODITOREM.

Pater et filius imperium petebant; praelatus est filius. commisso bello captus est. missi sunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus occurrit pater; dixit sero se aurum ad redemptionem tulisse, filium crucifixum esse. illi pervenerunt; quibus imperator ex cruce dixit: 'cavete proditorem'. reus fit pater proditionis.

**MP** 1 qui **M**[1] *corr.* **M**[2] || conditio (*corr. ex* condicio **M**) **MP** || uiciatorum **M**[1] *corr.* **M**[3] || 5 *fort.* illud *Bs* || 6 stuprauit *corr. ex* strupauit **M** || 7 beneficium **P**ϱ || 11 scuiit **M**[1] *corr.* **M**[3] || re publica liberata *Mg, fort. recte; cf. p. 326, 2* || penas **P** || 16 sui filiam] suam **P** || 19 servus] **M**[1]αβν; seruius **M**[3]**P**ϱ; *cf. p. 327, 16* || 22 praeliatus **P** || 23 decem] *cf. p. 330, 10;* . XL . **O** || 27 sit **M**[1] *corr.* **M**[3] || prodicionis **M**

Imperator supplicium tulit, proditor pretium. tristiorem istum vidimus, cum filius imperator renuntiatus est, quam cum captus. quemadmodum redisti tutus, senex solus cum auro, cum etiam imperatores capiantur? plus accepit auri, quam quod posset abscondi. nolite mirari: et imperatorem et filium vendiderat. 'cavete proditorem': iam comitiis cavimus. abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. 'cavete proditorem' indicium fuit morientis breve, filii verecundum. cur dimissus es? si nihil aliud, et ducem genuisti et dux esse voluisti. candidatus processit contra patrem: iam tunc nobis verecunde indicavit. filius tuus tibi credere rem publicam noluit. legati nostri aurum ferebant, pater auferebat. non immobilis deriguisti, non illic quasi et ipse affixus haesisti? quid tam cito recedis? adhuc et vivit et loquitur. voce proditionem indicavit, silentio proditorem. optimus imperator curare rem publicam ne in cruce quidem desiit. tibi non dixit: 'cave proditionem'. nec imperator potuit tacere proditionem nec loqui filius proditorem. expecta, dum mittantur legati. dicis: affectus non sus|tinet moram. ergo si redimere non potes vivum, saltim mortuum redime. numquam tam durus hostis fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur. 'cavete proditionem'; id est: ne quis insciis custodibus exeat, ne quis ignorante re publica ad hostem perveniat, ne quis ex hostium castris gravis auro revertatur. indicio nihil deest: de proditione vobis dicit imperator, de proditore legati. sublata quaestio est. quaeritis, quem dixerit? videte, cui nihil dixerit.

**MP** 4 acepit **P** ‖ 6 comitem **P** ‖ 7 nisi] non **P** ‖ braeue **M** ‖ 8 dimissis **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ ‖ 9 praecessit **P** ‖ 10 uerecundae **M** ‖ tuus *om.* **P**$\varrho$ ‖ crede **P**, credi *Seneca; cf. p. 332, 1* ‖ 11 ĩr̄ **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ ‖ auferebat] *cf. p. 331, 16;* afferebat **O** ‖ 12 diriguisti **M**$^{3}$**P**$\alpha\beta\nu\varrho$ ‖ 14 curare (-ret $\nu$) rem publicam] $\beta\nu$; *om.* **MP** curare $\alpha$, rei publicae curam agere *Seneca; cf. p. 332, 15* ‖ 15 ne] **M**$^{1}\beta$; nec **M**$^{3}$**P**$\alpha\nu\varrho$ ‖ 16 protionem **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ proditorem **P** ‖ filius loqui $\beta$ *(vg); cf. p. 333, 1* ‖ 18 potes *rad. corr. ex* potest **M** ‖ moriturus **P** ‖ 19 durus] **M**$\alpha\beta\nu$; diu **P**$\varrho$ ‖ 20 flecterentur **P** ‖ id est] idem **P** ‖ 21 rep. **M** ‖ ostem **M** ‖ perueniit **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ ‖ 22 deest] $\alpha\beta\nu$; est **MP**$\varrho$, *in* **M** *sup.* ē *aliquid eras. est* (*fort.* de) ‖ 23 legati *rad. corr. ex* legatum **M** ‖ 24 quaerito que **P** ‖ * dixerit] *cf. p. 335, 14;* di(du **M**)xit **O** ‖ cui *rad. corr. ex cum* **M** *cum* $\alpha\beta$ ‖ nihil *corr. ex* nibil **M** ‖ dixerit] **M**$^{3}\alpha\beta\nu\varrho$; duxerit **M**$^{1}$ dixit **P**

Pars altera. In comitiis filio meo cessi. decretum non expectavi, sed amens et attonitus protinus cucurri. ad summam, festinavi nec occurri. sciebam hostes patrum lacrimis saepe flecti.

Extra. Latro non curavit dicere nullam factam esse proditionem, sed se proditorem non esse. suspectus est, inquit, iudici qui plus quam se defendit. Cestius posita suasoria 'deliberat Alexander, an Oceanum naviget, cum exaudita vox esset: quousque, invicte?' describenti discipulo late Alexandri victorias gentesque perdomitas addentique: 'quousque post ista?' exclamavit: 'et tu quousque?'

## VIII.

### MVTANDA OPTIO RAPTORE CONVICTO.

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet.

Rapta producta nuptias optavit. iuvenis raptorem se negavit. convictus est; illa mortem petit. raptor contradicit.

Optare tibi non amplius quam semel licuit. proponite supplicii faciem, carnificem, securim: hoc || semel licere nimium est. in hanc perturbationem deductus sum, ut ignorarem, quid fecissem. gravius punior, cum me peccasse pudet, quam cum peccavi. optavit nuptias; nec adhuc sciebat, quam verecundum maritum esset habitura. raptorem dimisisti; virum occides? minus est ergo

**MP** 1 comitiis *ex corr.* comitis **M** conutiis **P** | meo] meo▨ (fi *eras.*) **M** *om.* **P** || 2 amens et (set **P** sed **ϱ**) att(at **P**)onitus] **M**³**P***αβνϱ*; adm setat tonitus **M**¹ | 3 flecti *corr. ex* fleti **M** || 4 facta **M**¹ *corr.* **M**³ | 7 alexandrinam an **P** | 8 describenti] *αβν*; dessibenti *vel* desfibenti **M** deficienti **Pϱ** | 9 quousque *om.* **P** | 12 opcio **M**¹ *corr.* **M**² || 13 raptoris] *αβνϱ*; *om.* **MP** | aut raptoris *α* | dotatas **Pϱ** | 14 praedictas **P** || optaui **Pϱ** | 15 conuicus **M**¹ *corr.* **M**³ conuinctus **P** || illa *rad. corr. ex* illā **M** || cɒ **M** || 17 tibi *corr. ex* ibi **M** || licuit] liceat *Bs* || 18 liceret **MP** || 19 hanc] *αβν*; hac **MPϱ** || perturbationem] *αβν*; perturbatione (*rad. corr. ex* perturbationē **M**) **MPϱ**; *cf. p. 340, 2* || 21 uerecundum *corr. ex* uerecuntum **M** || maritum *corr. ex* mariam **M** || 22 demisisti **M**¹ *corr.* **M**³ || est *om.* **Pαϱ**

quod vitiavit quam quod negavit? ergo nos iniuriam periculosius negavimus quam fecimus? quadam nocte — quid dicam? non negare iam non pudet, nox, vinum, error — quid irasceris, puella? iam non negat. iudex tabellam revocare, quam tulit, non potest; quaesitor non mutat pronuntiationem. nihil tam civile, tam utile, quam brevem potestatem esse, quae magna est. si mortem optaveris hodie, facies quod numquam factum est: utrumque optaveris.

Pars altera. Id egit priore iudicio, ne quam omnino poenam stupri penderet; hoc id agit, ut ipse optet. utinam non illum liberaret metu quod iudicis sui clementiam novit. est quaedam proxima innocentiae verecundia, praebere se legibus. lex non adicit, quotiens optet, sed ex quibus: aut hoc, inquit, aut illud; non adicit: ne amplius quam semel. ¦

**MP** 1 uiciauit *corr. ex* niciauit **M** ‖ negauit *corr. ex* negat **M** ‖ 2 nauigamus **P** ‖ 4 iudex *om.* **P** ‖ *tabellam] da(*corr. ex* ta **M** dat $\beta\nu$) tabellam **O**, datam tabellam *vg*, de <reo> tabellam *Bs coll. p. 342, 14* ‖ reuocare *corr. ex* reciocare **M** ‖ potest] post *(comp. scr.)* **P** ‖ 5 utile] ui ille **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 6 quae] quam **M**[1] que **M**[2] ‖ optaveris *om.* **P** ‖ 8 id egit] degit **P** ‖ paenam **M** ‖ 9 apenderet **P** ‖ id] **M**[1]$\beta\nu$; *del.* **M**[3] *om.* **P**$\varrho$ ad(egit) $\alpha$ ‖ 10 iud **M**[1] *corr.* **M**[3] mouit (u **P**[1] *sup. ras.*, it **P**[2] *scr.*) **P** ‖ 11 ignocentie **P** ‖ 13 explicit liber . VII . incipit liber VIII . **M**

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI OCTAVI.⟩

### I.

### ORBATA POST LAQVEVM SACRILEGA.

Magistratus de confessa sumat supplicium.

Amisso quaedam viro et duobus liberis suspendit se. incidit ei laqueum tertius filius. illa, cum sacrilegio facto sacrilegus quaereretur, dixit magistratui se fecisse sacrilegium. vult magistratus tamquam de confessa supplicium sumere; filius contradicit.

Facio, iudices, in foro quod domi feci: matrem mori prohibeo. quomodo, inquit, fecisti? quo loco quae sustuleras condidisti? haerebat nec quicquam sacrilegi nisi poenam noverat. amissis duobus liberis sacrilega sibi videbatur, quod vivebat. non adfuturus veni, sed servaturus. alii pro reis rogant, ego rogabo ream. nullum habet accusator nisi in subselliis meis

**MPαbβνϱ** b = *codex Bambergensis 420 saec. X, cuius fol. 63 fragmentum exc. VIII 1 continet; librum contulit M. Zink.* ϱ = *codex Reginensis (bibl. Vat.) 1637 saec. XIII; librum contulit B. Kübler* ‖ 6 magistratus (u *corr. ex* a) **M** 7 amissa ϱ et] cum ν *(vg)* su//spendit (i *eras.*) **P** 8 laqucum ei α 9 quereretur **M**[1] *corr.* **M**[2] querentur **P** magistratu **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ 10 vult] ultra **P** ‖ 11 c̄d **M** c. d. α 12 racio **P** iudices] β; iūd **M** iur **P** iudicium αν uide ϱ ‖ quod] *hinc incipit* b ‖ fecit λ prohibo **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ 13 condisti **P** 14 habebat α sacrilegii **P**αβλνϱ 15 uidebatur *corr. ex* uedebatur **M** 16 obfuturus λ ‖ eis α reiis b ‖ 17 reum **M**[1] *corr.* **M**[3] nullam α ‖ in *om.* **P** subselliis *rad. corr. ex* subsellius **M** ‖ meis *om.* α

testem. non est confessio nisi cum accusator eruit, negat rea, tortor expressit. fertur quaedam viso contra spem filio expirasse. si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? mater, habes non mediocre solacium: vides aliquid et deos perdere. magis deos miseri quam | beati colunt. non fecit sacrilegium mulier, non fecit anus, non fecit orbata, non fecit quae custoditur, non fecit quae confitetur. irata, inquit, dis sacrilegium potuit committere. frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas damnat et hoc condicio humana vel pessimum habet, quod Fortuna quos miseros fecit etiam superstitiosos facit. diligentius dii coluntur irati. quis ergo fecit? unde scire possum qui matrem custodii? ago causam legum, ne carnificem, quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant. deos ita coluit, ut quae pro tam multis timeret.

Pars altera. Confessio conscientiae vox est. confessio coacti et quae fecit agnoscentis verbum est. omnium vox erat: 'sacrilegium latere non poterit; quisquis est, non ipse bonum exitum faciet, non quisquam suorum; etsi nemo fuerit accusator, ipse narrabit'. concita processit, velut diis ipsis persequentibus; 'feci' inquit. supplicium de ea vel nunc exigamus homines, de qua dii olim exigere coeperunt. violatorum numinum maiestate con-

**MPαbβνϱ** 1 cum *corr. ex* com **M** *om.* **λ**$^1$, quam *vg* || rea *rad. corr. ex* nea (?) **M** || 2 torta **ϱ** || 3 morem **P** | matres] **β**; matrís **O** | quod **b** || 4 non *om.* **b** | medicare **P**$^1$ *om.* **b** | aliud et **λ** | prodere **α** || 5 ueati (?) **M**$^1$ beati (b *in ras.*) **M**$^3$ || 6 facit anus **Pϱ** || orba **α** || 7 diis **Pαb** *om.* **λ** | 8 potui▨ (t *eras.*) **α** potui **λ**$^1$ | ammittere **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ admittere **λ** | frangatur **b** | calamitosus **M**$^3$**λ** | et] est **P** || 9 conditio **Pα** | 10 fecit] facit **λϱ** | 11 quid **ϱ** | facit **λ**$^1$ | 12 custodit **M**$^3$**Pϱ** custodio **αbβλν** || causam] carmen **P** | quam **α** || 13 adhibeant *corr. ex* adiibeant **M** adhibeam **α** || uoluit **Pϱ** || ut *om.* **b** | 14 tam pro multis **ν** *(vg) om.* **β** || 15 *verba* pars altera *hoc loco add. Gr; in* **Mαbνϱ** *haec verba post* est *(v. 16) leguntur (in* **Pβ** *desunt)* | *verba* conscientiae . . . confessio *om.* **P** || 16 agnoscentes **ϱ**$^1$ || uerbum est ⟨confessio conscientie uox est⟩ omnium **P** || uox *om.* **Pϱ** || 17 quisquis] quis cuius **P** | 18 etsi] et si *vg; cf. p. 193,8* | fuerit] merit (?) **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ | 19 concita] **M**$^1$**ϱ**; concitata **M**$^3$**Pαbβλν** || velut] uel non **P** || 20 suplicium **b** | 21 olim dii **α** | ceperunt **O** | numinum *corr. ex* nominum **M** nominum **b** || magestate **b**

pulsa est, ut mori et vellet et deberet et non posset. incisus est ei laqueus. ita putabas te, sacrilega, secreto mori posse? omnia fecit, ut taceret, quae, ne confiteretur, etiam mori voluit. si crimen quaeritis, factum est sacrilegium, si sacrilegum, fatetur. facti quaeritis causam? si priusquam amitteret liberos, avara *fuit;* si postquam amisit, irata. ||

## II.

### PHIDIAS AMISSIS MANIBVS.

Sacrilego manus praecidantur.

Elii ab Atheniensibus Phidian acceperunt, ut his Iovem Olympium faceret, pacto interposito, ut aut Phidian aut centum talenta redderent. perfecto Iove Elii Phidian aurum rapuisse dixerunt et manus tamquam sacrilego praeciderunt, truncatum Atheniensibus reddunt. petunt Athenienses centum talenta. contradicunt.

Iam Phidian commodare non possumus. tunc demum illa maiestas exprimi potest, cum animus opera prospexit, manus duxit. ante sibi quam operi Iovem fecit. sacrilegi vos estis, qui praecidistis consecratas manus. primum sanguinem deus sui vidit artificis. testor Iovem, proprium iam Phidiae deum. ars alios in miseria sustinet, te miserrimum fecit. paciscendum Phidian manus

**MPαβνϱ** 1 ut] non **P** || *primum* et *om.* **ϱ** || 2 ei] **βν**; *om.* **O** . n . **λ** || secreta **α** || 3 nec **α** || etiam *om.* **α** || aoluit (?) **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 4 sacrilegum] *Bs;* sacrilegium **O** || 5 priusqua **ϱ** || ammitteret **M** amiteret **P** || *fuit *add.* **λ**$^2$; ⟨est⟩ *Gz* || 6 amiserit **α** || 8 fidias truncatus. **α** || 10 athenibus **ϱ** || fidian **M** fidiam **Pαϱ** (*sic semper* f *pro* ph **MPαϱ**, *semper* phy *pro* phi **βλ**) || is **α** eis **λ** || 11 ut] non **P** || fidiam **O** || 13 fidiam **α** || aurum fidiam **P** || rapuisse *om.* **P** || 14 reddunt *corr. ex* recidunt (?) **M** || 15 a░thenienses (t *vid. eras.*) **M** || cD̄ **M**$^1$ contradicitur **M**$^3$**λ**$^2$ contradicit **P** contradicuntur **α** *om.* **λ**$^1$ || 16 fidian commodare *corr. ex* fidiamommodare **M** || fidiam **Pαϱ** || possumus] **αβλν** *(Kss);* possum **MPϱ** || 18 sibi duxit ante **P** || operi] **fort.* vobis || *verba* sacrilegi . . . fecit *(v. 21) om.* **α** || 19 praeciditis **P** praescidistis **ϱ** || su; **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 21 pasciscendum *(prius* s *del.)* **Pλ** || fidiam **O**

fecerant. sine eo Phidian nos recepturos putatis, sine quo vos accepturi non fuistis? commodavimus qui facere posset deos, recepimus qui ne adorare quidem possit. non pudet vos Iovem debere sacrilego? superest homo, sed artifex periit. poenam nobis Phidiae, non Phidian redditis. manus, quae solebant deos facere, nunc ne homines quidem rogare possunt. talem fecit Iovem, ut hoc eius opus Elii esse ultimum vellent. manus commodavimus, manus reposcimus. Elius est testis, Elius accusator, Elius iudex, Atheniensis tantum reus. invoco deos et illos, quos fecit Phidias, et illos, quos facere potuit. recepimus Phidian: confiteor, si possumus commodare.

Pars altera. Habuimus aurum olim sacrum, ha||buimus ebur; sacrae materiae artificem quaesivimus. disposueramus quidem, ut aliis quoque templis simulacra Phidias faceret, sed non erat tam necesse ornare deos quam vindicare.

## III.

### INFAMIS IN NVRVM.

Duorum iuvenum pater uni uxorem dedit, quo peregre profecto infamari coepit socer in nurum. maritus reversus abduxit ancillam uxoris et torsit. illa in tormentis periit. maritus incerto, quid quaesierit, se suspendit. imperat alteri filio pater, ut eandem ducat; nolentem abdicat.

**MPαβνϱ** 1 fidiam **O** || 2 acceptam non fuisti **P** || commendauimus **α** 3 nec **M**[3]**Pϱ** || adorari **α** || posset **λ** || 4 debere] adorare **P** || perut **M**[1] *corr.* **M**[3] || 5 Phidian] fidian *rad. corr. ex* fidiam **M** fidiam **Pα** || 6 nec **α** || homines *corr. ex* hemines *(sup.* o *aliquid eras.)* **M** || facit **ϱ** || at **M**[1] (*corr.* **M**[3]) **Pϱ** || 7 cius **P** || dii **α** || 8 elius <est> accusator **Pϱ** || elius <est> iudex **ϱ** || 9 athenienses **M**[1] *corr.* **M**[3] || quo **M**[1] ques **M**[2] *corr.* **M**[3] || 10 fidiam **Pα** || 11 commendare **P** || 12 *priore loco* habimus **P** || 13 quidam **P** || 15 iudicare **Pϱ** || 17 nuru *Gz* || 19 coepit] **ν**; cepit (c *sup. ras. scr.* **M**) **O** || socer *om.* **Pϱ** || uirum **P**, nuru *Gz* || 20 reuersurus ***M***[1] *corr.* ***M***[3] || uxorem **α** || 21 incertus **λ** || 22 ut] ite **P** || eandem] eam **λ**

Duc, inquit, fratris uxorem. si hoc fieri potest, adulterum frater invenit. haec est mihi causa abdicationis, quae fratri mortis fuit. duc, inquit, fratris uxorem. temptari me, si qua est fides, credidi. mulier, si nubere lugenti potes, facis, ut de te omnia credantur. cogor eam ducere, quae mihi abdicationis est causa, populo rumoris, viro mortis. legi iam uxorem, quae, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari velit, quae, si viro aliquid acciderit, nubere alii nolit. qui me abdicari audiunt, putant fratrem de me aliquid suspicatum.

Pars altera. Obiecisti mihi ultimum nefas et quod qui tantum suspicatus est noluit vivere. inpulsu tuo frater torsit ancillam et, quia nihil repperit, falsas suspiciones morte expiavit. ||

## IIII.

### HOMICIDA INSEPVLTVS.

Homicida insepultus abiciatur.

Quidam se occidit; petitur, ut insepultus abiciatur. contradicitur.

Adferre sibi coactus est manus assiduis malis. summam infelicitatum suarum in hoc removit, quod existimabat licere misero

**MPαβνϱ** 1 duc *corr. ex* dux **α** | fratrs **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || *post* uxorem *scriptum erat* temptari me si qua *(cf. v. 3) in* **M**, *del.* **M**$^1$ | adulter//um (i *eras.*) **P** adulterium **αλ** || 4 nubere (b *corr. ex* u) **M** | ut] non **P** || 5 credentur **λ**$^1$ || 6 uxorem iam **α** | peregrinato **P**$^1$ || 7 velit] ⟨mecum⟩ uelit **α** | aliquid *om.* **Pϱ** | inciderit **λ** | 8 uelit **λ**$^1$ || abdicari (d *corr. ex* b) **P** | audient, putabunt *Ml* | 10 tantum qui **ϱ** || tantum ⟨mihi⟩ suspicatus **α** || 11 torsit *corr. ex* torsis **P** | 12 quia *corr. ex* quidam **M** | reperit **αλ** || falsas] fas est **ϱ** || suspitiones **O** | piauit **λ** | 14 *insepultus] *Gz;* in se **Mαϱ** | *titulum* HOMICIDA IN SE *(sic* **Mαϱ** [*vg*] *om.* **P** declamatio quarta de homicida insepulto **βλν**) *ut ex dittographia ortum fort. delendum esse censet Thomas* || 15 insepultus] in⟨se in⟩sepultus **M**$^2$**αϱ** in⟨se⟩ sepultus **P** | abiciatur] **αβνϱ**; abitiatur **MP** || 16 occidit se **P** || ut ⟨&⟩ (& *del.* **M**$^2$ *et* **M**$^3$) **M** || insepultus (n *in ras.* **M**$^3$) **M** || abitiatur **M** | 17 $\overline{\text{CD}}$ **M**$^1$ (*corr. in marg.* **M**$^3$) contradicit **P** c. d. **α** || 18 id ferre sibi ⟨fere⟩ coactus **P** | 19 in] *fort.* uno *Gz* | misero *om.* **Pϱ**

mori. infelicissime adulescens, cum te prohiberi etiam sepultura video, mirari desino, quod peristi. tales inimicos habes, ut *te* etiam mortuum persequantur. facilius miserum quam sceleratum Fortuna vincit. sumpsisti hoc ferrum, Cato, et quam invidiosum, quod Catonem occideris? Curti, perdideras sepulturam, nisi in morte repperisses. quid est in vita miserius quam mori velle? quid in morte quam non posse sepeliri? quis miretur eum mori voluisse, quem fugientem quoque Fortuna persequitur? omnibus natura sepulturam dedit: naufragos idem fluctus, qui expulit, *sepelit;* suffixorum corpora *a* crucibus in sepulturam suam defluunt; eos, qui vivi uruntur, poena funerat. irascere interfectori, sed miserere interfecti. homicida, inquit, est, quia se occidit. huic irasceris, pro quo irasceris? non aliud Scaevolae Mucio cognomen dedit et capto contra Porsennam regem libertatem reliquit quam vilitas sui. non aliud Codrum illum ceteris imperatoribus exemplum dedit, quam quod positis imperatoris insignibus ad mortem cucurrit, nec ullo maior dux fuit, quam quod se ducem non esse mentitus est. non postulo, ut gloriosum mori, sed *ut* tutum sit. non magis crudeles sunt qui volentes vivere occidunt quam qui volentes mori non sinunt. Curtius deiciendo se in praecipitem

**MP**$\alpha\beta\nu\varrho$ 1 adolescens (*sup.* o *eras. est* u) **M** || ⟨pro⟩ te **P** || prohiberi *corr. ex* prohibere **M** || sepultura] sepulture *in marg.* **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 2 te *add. Gz* || 3 mortuum] mor uestra **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ mortui $\alpha$ || 4 sump//sti (si *eras.*) $\alpha$ || 5 quod catonem *bis scr.* $\alpha$ || curti] **M**$^3$**P**$^2\lambda\nu$; curte **M**$^1$ cur **P**$^1$ cum $\alpha$ curci $\beta$ cur tu $\varrho$; **M**$^3$ *lineam duxit sub* curti *et vocabulum aliquod superscripsit; hoc deinde eras.* 6 reperisses **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ reperisset $\alpha\lambda$ || quid est] quid e// (in *eras.*) **M** quidem **P** || 7 sepeliri *corr. ex* sepeiiri **M** || eum *om.* **P** || 8 figientem **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || quoquo *Schott* || prosequitur $\alpha$ || 9 natura *om.* **P** || sepultum **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || naufragorum $\alpha$ naufrago al' naufragis $\lambda$ || sepelit *om.* **O** || 10 suffisorum **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || *a *add.;* ⟨de⟩ *Ml* || 11 uruntur **M**, *sed prim.* u *in ras. scr.* **M**$^3$ || funatur **P**$^1$ funeratur **P**$^2$ || 12 misere **P** || est inquit $\alpha$ || 13 mutio **O** || cognomem **P** || 14 porsennam *corr. ex* prrsennam **M** || legem **O** (*om.* $\beta\lambda\nu$) || 15 utilitas $\alpha$ || sui] fuit $\varrho$ || codrus $\alpha\lambda$ || illum] *Gz;* illud **O** (*om.* **P**$\alpha\lambda$) || ceteris] cetum **P** caeteris $\alpha$ || dedit exemplum **P**$\lambda$ || 16 imperatoribus **P**, imperatoriis *Ml* || 17 illo **P** || 18 *post.* ut *add.* $\nu$ *(Ml)* *cf. Sen. Phoen.* 98 *seq.* || 19 nom **M** || 20 sinunt] si non **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || deiciende **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$

locum fatum sepulturae miscuit; celebratur Cato: huic miserrimo, quod aliquid non ignave de spiritu suo statuit, tantum inpune sit. etiam vulnera infelicis in crimen scrutantur. aestimate, an vivere licuerit, cui ne mori quidem licuit.

Pars altera. Facinus indignum, si inveniuntur manus, quae sepeliant eum, quem occiderunt suae. sumpsit gladium, video ardentes oculos — in quem, nescio; quod solum scio, scelus cogitat. nescio cuius sibi criminis conscius confugit ad mortem, cuius inter scelera etiam hoc est, quod damnari non potest. contra hos inventum est, ut aliquid post mortem timerent *qui* non timent mortem. nihil non ausurus fuit qui se potuit occidere.

## V.

### FORTIS NOLENS AD PATREM FORTEM REDIRE.

Abdicavit quidam filium; ille tacuit. fortiter fecit; petit praemio ad patrem reditum; pater contradixit. postea pater fortiter fecit; petit ad se filii reditum; filius contradicit.

Ego fortior sum: post tuam pugnam pugnavimus, post meam vicimus. revertere, dignam te domum feci. isti oculi mei sunt, istae manus meae sunt, ista contumacia mea est. si mereor praemium, mihi date, si non mereor, isti suum reddite. 'ego' inquit 'eadem lege praemium non accepi'. hoc est, unde abdicatus es,

**MPαβνϱ** 1 fatum] *βλν;* factum **O** ‖ sepultura emicuit **α** ‖ celebratur] *Gz;* celebretur **O** ‖ 2 innaue **ϱ** ‖ suo] sancto **P** ‖ 3 infelices **ϱ** ‖ scruptantur **ϱ** ‖ estimarem (-re **ϱ**) **Pϱ** ‖ 4 nec **M**$^3$**Pϱ** ‖ 5 inueniantur **αλ** ‖ 7 *verba* quod solum scio *om.* **αλ** ‖ solum] scelus **Pϱ** ‖ 10 aliquit **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ tremerent **ε** ‖ qui *add. Herv* ‖ non] ne **Pϱ**, nec *Herv* ‖ timen **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ timerent **αβ** tremerent **ε** ‖ 11 assurus **α** ‖ 13 ⟨filius⟩ fortis *Gz, fort.* *⟨vir⟩ fortis ‖ fortem *om.* **α** ‖ 15 petiit *Bs* ‖ ⟨pro⟩ praemio *vg; cf. thema contr. 10, 2* ‖ redit **α** ‖ 16 fortiter fecit pater **P** ‖ petiit **α** ‖ 17 c̄d **M** c. d. **α** ‖ 18 pugnauimus pugnam **P** ‖ 19 iuimus **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ domum ⟨tuam⟩ **ϱ** ‖ mei *om.* **Pϱ** ‖ 20 contumatia **MPβε** ‖ 21 reddite (i *corr. ex* a) **P** ‖ inquid **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 22 non *om.* **α** ‖ es] est **M**$^1$**α** *corr.* **M**$^2$

quod putas nihil inter te et ‖ patrem interesse. post tam similia opera, si tantum commilito esses, patrem me adoptare debueras. admoneo te, iuvenis: hoc praemium qui recusaverat petit. 'timeo, ne me iterum abdices'. commissurum me putas, ut iterum rogem? bello graviore pugnavi, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerunt etiam qui priore bello fuerant. ille annos suos exercuit, ego vici meos. tu fregisti bellum, ego sustuli. quanta adhortatio iuvenum fui senex fortis! utrique nostrum praemium reddite. militavi senex, militavi exanguis, militavi qui iam vicarium dederam. uterque nostrum cum rogatur fastidit, cum relinquitur rogat. quid nos suspicari cogis, quod non vis in paternam domum venire nisi tuo praemio? turpe erat virum fortem nisi a patre coacto non recipi.

Pars altera. Quid me captivum ex libero cupis? quid ignominiae subicis virum fortem? quid efficis, ut possit abdicari? 'meus' inquit 'es filius'. quid opus est praemio, si tuus sum?

## VI.

### PAVPER NAVFRAGVS DIVITIS SOCER.

Vitiata vitiatoris aut mortem aut indotatas nuptias petat.

Dives pauperem de nuptiis filiae interpellavit tertio; ter pauper negavit. profectus cum filia naufragio ex-

**MP**$\alpha\beta\nu\varrho$ 1 quod putas] *Bs;* cum patas **M**[1] cum paras **M**[3]$\alpha\varrho$ comparas **P** cum (quod $\varepsilon$) pateat $\beta\varepsilon\lambda$ cum putas $\nu$ ‖ postea in similia $\alpha$ ‖ 2 tanto **P**$\varrho$ ‖ patrem *bis scr. et* me *om.* **P** ‖ 3 ammoneo **M** ‖ qui▨ (te *eras.*) $\alpha$ ‖ 4 abdicis **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ putes $\varepsilon$ ‖ *post* rogem *5 litterae erasae sunt in* **M** ‖ 5 grauiorae **M** grauore **P**[1] ‖ quod $\varrho$ ‖ 7 animos $\alpha$ ‖ vici meos] uicim **M**[1] *corr.* **M**[2] uicineos **P** ‖ 8 exhortatio **P** ‖ 9 anguis **M**[1] *corr.* **M**[3] exsanguis ⟨longius⟩ $\alpha$ exsanguis $\beta\lambda^1$ anguus $\varepsilon$ al' longius $\lambda^2$ longius *'vet. libri' Schotti, fort.* languidus *Schott* ‖ 10 uicarum **P**[1] ‖ 12 nisi] $\varepsilon$ *(Gr);* sine **O** *om.* $\lambda$ ‖ 13 recepi **P** ‖ 15 possit] **M**[1]$\alpha\varepsilon\nu$; possim **M**[3]**P**$\beta\lambda\varrho$ ‖ 16 est inquit $\alpha$ inquit est $\lambda$ ‖ quod $\alpha$ ‖ tutus **P** ‖ 18 *in* naufragus *post* g *litteram* t *inseruit* **M**[3]; *haec deinde erasa* ‖ socer] soeius $\varrho$ ‖ 19 vitiata] uitia **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ petat] $\alpha\beta\varepsilon$; spectat **MP**$\varrho$ *optet* $\lambda\nu$ ‖ 21 pauper naufragauit $\alpha$ pernegauit $\lambda$

pulsus est in divitis fundum; appellavit illum dives de nuptiis filiae; pauper tacuit et flevit. dives nuptias fecit. redierunt in urbem; vult pauper educere puellam ad magistratus. dives contradicit. ‖

Educatur ad magistratus puella. quid times? certe uxor est tua. queri nec de morte poteris, si hanc puella maluerit. nemo umquam raptor serius perit. ut litus agnovi, naufragus in altum natavi. quid times, si exorasti? accessit ad me primum; 'filiam tuam ducere volo' inquit 'uxorem'. non flevi; tunc enim licuit negare. nuptias filiae tamquam naufragium meum flevi. naufragus plus de litore queror. inter naufragium [quidem] et nuptias ne una quidem nox interfuit. differ nuptias, dum flere socer desinat. putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic se needum committat uxori. lacrimis inter verba manantibus venio: talis et filiae nuptiis fui. si rapta est, cur optionem recusas? si uxor est, cur times? loquor, ubi primum licet. procul a conspectu reliqueram patriam, nondum tamen possessionem divitis praeterieram. subito fluctibus inhorruit mare ac discordes in perniciem nostram flavere venti; demissa nox caelo est et tantum fulminibus dies redditus; inter caelum terramque dubii pependimus. adhuc tamen bene, iudices, navigamus; naufragium maius restat in litore. erat in

**MPαβνϱ** 1 eum **α** ‖ dives *om.* **Pϱ** ‖ 2 cacuit **P** ‖ 3 adducere **P** ‖ 4 magistratus] **βλν**; magḡ **$M^1$α** magistratum (*in marg.* **$M^3$**) **$M^3$Pεϱ** ‖ cᴅ **M** c. d. **α** ‖ 5 aducatur **P** ‖ magistratum *Kss* ‖ qui **ϱ** ‖ tua est **Pλ** ‖ 6 nunc **ϱ** ‖ puellam **$M^1$** *corr.* **$M^3$** ‖ 7 seruus **Pα** ‖ periit **ν** *(vg)* ‖ littus **P** ‖ 8 putaui **P** ‖ exorasti] **αβεν**; xorasti **$M^1$** &xorasti **$M^2$** ecorasti **P** equorasti **ϱ** ‖ a me **P** ‖ 9 inquid **$M^1$** *corr.* **$M^3$** ‖ uxorem *om.* **αλ** ‖ 11 *[quidem] *Gz; om.* **O** *praeter* **M** ‖ *fort.* naufragii diem et *Gz* ‖ 12 ne] **βελ**; de **$M^1$** nec **$M^3$Pανϱ** ‖ differ] **$λ^1$** *(Bs)*; differt (differat **ν**) **O** ‖ sacer **$M^1$** *corr.* **$M^3$** ‖ 13 desinat (a *corr. ex* i) **M** ‖ commississe **M** commisse **P** ‖ necdum se **α** nondum **λ** nedum **ϱ** ‖ 14 comitat **P** ‖ minantibus **P** ‖ 15 rapta] nupta **α** ‖ adoptionem **Pϱ** ‖ uxor est] uxorem **P** ‖ 16 loquor] torqueor **Pϱ** ‖ ubi] ut **P**; *cf. Sander quaest. synt. 11* ‖ liqueram **α** ‖ 17 diuitis possessionem **α** ‖ 18 pernitiem **MPβ** ‖ 19 demissa] **βελν**; dimissa **MPϱ** dimisso **α** ‖ nox **α** ‖ est caelo et tamen **ϱ** ‖ fluminibus **P** ‖ dies *corr. ex* ties (?) **M** ‖ redditus] **Mβ**; redditur **Pαελνϱ** ‖ 20 terramque] et terram **α** ‖ ben **$M^1$** *corr.* **$M^3$** ‖ 21 magis **Pϱ** ‖ littore **Pα**

summis montium iugis ardua divitis specula: illic iste naufragiorum reliquias conputabat, illic vectigal infelix et quantum sibi iratum redderet mare. interrogor de nuptiis filiae, cum adhuc pulsaret aures meas fluctus; feci quod debui: et captus et naufragus inimico stuprum lacrimis negavi. delicatus dives, qui amare etiam inter naufragia potest! matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abscondis; ibi facis nuptias, quo nemo nisi naufragus venit. lacrima semper indicium est inoptatae rei; lacrimae pignora sunt nolentium et repugnantis animi ‖ vultus index. nemo umquam quod cupit deflet. lacrimae coacti doloris intra praecordia et intolerabilis silentii eruptio. sic ille, qui super cinerem deflet patrimonium, odit incendium; sic qui naufragium deflet, maria detestatur. fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est. tuae nunc sunt partes, puella; discedo et, quod prius etiam feci, taceo. si nupta es, habes quod optes, si vitiata, quod imperes.

Pars altera. Naufragum duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium et adfinitas: alterum praestiti, alterum etiam rogavi. oblatas conciliante Fortuna nuptias, quod erat amantis, saepius rogavi, quod festinantis, non distuli. quid hic raptoris est, nisi quod indotatam duxi? errat socer, qui putat mihi cariorem futuram puellam, si me potuerit occidere. quid enim superest? preces meae, quas totiens adhibui, an istius lacrimae, quas movi? nihil

**MP***αβνϱ* 1 mantium **P** ‖ magis *α* iugis *corr. ex* magis *ϱ* ‖ specula diuitis *α* ‖ 2 relliquias computabas **P** ‖ quantum] tanquam *ϱ* ‖ 3 redderet iratum **P***ϱ* ‖ interrogor] *βελν*; interrogo **M**$^1$ interrogat **M**$^3$**P** interrogatus *α* interrogaret *ϱ* ‖ 5 negaui lacrimis **P** ‖ quia *α* ‖ 6 inter *om.* **P***ϱ* naufragium **P** ‖ 7 facis *corr. ex* facias *vel* facilis **M** fecit *λ*$^1$ ‖ nisi *om.* **MP** ‖ naufrag▨us (i *vid. eras.*) **M** ‖ 8 lacrimas **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ lacrime *ε*; *cf. v. 10* ‖ semper *om.* *α* ‖ inditium **MP***β* ‖ est] ▨ē (e *eras.*) **M** *om.* *ελ* ‖ est indicium *α* ‖ 9 animae *α* 10 cupiit *Ml* ‖ 11 sic] sicut **P***λ* ‖ deflet (le *sup. ras.* **M**$^2$) **M** ‖ 12 sic *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ si *α* ‖ qui⟨qui⟩ *α* ‖ testatur **P** ‖ 13 uerecondia **P** ‖ 14 nunc *corr. ex* nonc **M** puellae *α* ‖ discendo **P** ‖ etiam⟨iam⟩ **P***ϱ* ‖ 16 nafragum **P** naufragium *αλ*$^1$*νϱ* ‖ sacratissime **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ exceperunt *αελ* ‖ 17 hospitum **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ *post.* alterum] *fort.* alteram *Bs* ‖ etiam] quae *ε* ‖ 18 erat *om.* **P** ‖ 19 est *om.* **P***ϱ* ‖ 20 indotatum **P** ‖ erat **P** ‖ mihi *om.* *ϱ* ‖ 21 superest] superem **P***ϱ* frater est *α* ‖ 22 *post* totiens *3 litterae erasae sunt in* **M** ‖ quos **M** ‖ noui **P***ϱ*

mihi inimicus obicere praeter matrimonium potest. magnus est amor, qui ex misericordia venit. fundebamus lacrimas ex paenitentia discidii prioris, nec plura aut me proloqui aut istum respondere passae sunt mentes gaudiis occupatae. nulla integritas tantum sibi etiam explorata confidit, ut causam velit dicere. si interrogaveris filiam, partem legis inputaturus es; si non interrogaveris, legem. si genero vitam daturus esset, etiam innocentiam reliquisset. quaeritis, quid dum fleret fecerit? non negavit; et solebat negare, si nollet. mortem optaturus est; non enim potest eas partes legis desiderare, quas habet. ||

**MPαβνϱ** 1 praeter matrimonium obicere **α** | magnus *corr. ex* magnum **M** || 4 gladiis $P^1$ || 5 causam] cam $P^1$ qam $P^2$ || 6 non *om.* **P** || 7 ignocentiam **P** || 8 faceret **λ** fecit **ϱ** || negare *corr. ex* nerare **M** || 9 obtaturus *corr. ex* optaturus **M** occupaturus **λ**, optatura *Gr* || 10 explicit liber . VIII incipit liber . VIIII . **M** explicit . liber . octauus . incipit . nonus . **α**

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBER NONVS.⟩

Seneca Novato, *Senecae,* Melae filiis salutem.

1 Iam videbar promissum meum implesse; circumspiciebam tamen, num quid me praeterisset. ultro Votieni Montani mentionem intulistis; et velim vos subinde aliqua nomina mihi offerre, quibus evocetur memoria mea, quae quomodo senilis per se marcet, *ita* admonita et aliquando lacessita facile se colliget. MONTANVS VOTIENVS adeo numquam ostentationis declamavit causa, ut ne exercitationis quidem declamaverit. rationem quaerenti mihi ait: 1 utram vis? honestam an veram? si honestam, . . ., *si veram,* ne male adsuescam. qui declamationem parat, scribit non ut vincat, sed ut placeat. omnia itaque lenocinia [ita] conquirit; argumentationes, quia molestae sunt et minimum habent floris, relinquit;

**CD** 3 Senecae *add. Kss* || malae **A** || filis **AB** filio **VD** || 5 praeterisset] *Ml;* prae(pre **AB**)teriret **O** || 6 nominamus offerre **A** | 7 evocetur] *Schg;* uocetur **O** || memoria mea] *Bs;* memoriam (-ria **D**) et **O** || que **AB** || quomodo] quando **D** || 8 ita *add. O. Jahn* | quae quo⟨dam⟩ modo . . . marcet, admonita *Usener* || 9 declamavit] **Dτ**; clamauit **C** || *cf. p. 317, 4* || 10 exercitationis] *Fb;* exercitatis **AB** exercitatus **VD** || querenti **AB** || 11 *lacunam significavit (fort. sic explendam:* quia huic rei me non natum puto) *et* si veram *add. Thomas fort.* *honestam, ne ⟨. . ., si veram, ne⟩ || 12 malae **AV** || scripsit **O** || 13 altaque(-quae **B**) **AB** || laenocinia **O** || ita *del. He, Bs;* vilia *vel* ingenii *Ml* || 14 moleste **BV** || mininum **VD**

sententiis, explicationibus audientis delinire contentus est. cupit enim se approbare, non causam. sequitur autem hoc usque in 2
forum declamatores vitium, ut necessaria deserant, dum speciosa sectantur. accedit etiam illud, quod adversarios quamvis fatuos fingunt: respondent illis et quae volunt et cum volunt. praeterea nihil est, quod errorem aliquo damno castiget; stultitia eorum gratuita est. vix itaque in foro futurus periculosus stupor discuti potest, qui crevit, dum tutus est. quid, quod laudationibus crebris sustinentur et memoria illorum adsuevit certis intervallis quiescere? cum ventum est in forum et desiit illos ad omnem gestum plausus excipere, aut deficiunt aut labant. adice nunc, quod ani- 3
mus illis nullius interventu excutitur: nemo ridet, nemo ex industria obloquitur, familiares sunt omnium vultus. in foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat. hoc, quod vulgo narratur, an verum sit, tu melius potes scire: Latronem Porcium, declamatoriae virtutis unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio, propinquo suo, diceret, usque eo esse confusum, ut a soloecismo inciperet, nec ante potuisse confirmari *tectum* ac parietem desiderantem, quam impetravit, ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus 4
delicate nutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, caelum deni-

**CD** 1 explicationibusque **D** || audienti **V** || deliniri **O** || contemptus **AB** || 2 aprobare **AB** huc **VD** || inferorum **VD** || 3 necessaria *corr. ex* necesseria **V** || 5 fingant **O** || respondeant **BVD** || 6 stitia **A** || 7 futuris **τ** || scriptor **D**[1] || 9 adsuevit] **Dτ**; adsuebit **C** || 10 forum *corr. ex* forom **V** || 11 deificiunt **B** defitiunt **V** || adice] **Dτ**; adici **C** || nunc] in hanc **A** in hunc **BVD**, *fort.* huc *Bs, quod probaverim* || animus illis] *Ml, Mg;* abillis **C** ab aliis **D**, cavilli (excutiuntur) *Bs coll. Paul. Diac. p. 46, 10 M.*, bilis *Kss*, bilis illic *Novák*, *fort.* pax illis *Gz, fort.* *aequabilis ⟨animus illis⟩ || 12 interuentum **A** || discutitur **D**[1] || 13 alloquitur **D** || 14 aliut **B** || 15 portium **BVD** || dedamatoriae **A** *om.* **D** || 16 virtutis *om.* **D** || exemplum] **Dτ**; templum **C** || 17 portior **AB** portio **V** || sola(-lo **B**)cismo **AB** || 18 negante **C** negantem **D** || tectum *om.* **O**, ⟨atria⟩ *Kss* || hac **B** || paretem **D**[1] || 19 qua **V** || inpetrauit **B**, impetrarit *Mg* *cf. Quint. 10, 5, 18* || basilica **A** || 20 eo *om.* **AB** || exertitationibus **V** || 21 delicata enutriuntur **O** || clamarem **AB**

que pati nesciant. non est autem utilis exercitatio, nisi quae operi simillima est, in quod exercet; itaque durior solet esse vero certamine. gladiatores gravioribus armis discunt quam pugnant; ‖ diutius illos magister armatos quam adversarius retinet. athletae binos simul ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistant. cursores, quom intra exiguum spatium de velocitate eorum iudicetur, id saepe in exercitationem decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine. multiplicatur ex industria labor, quo condiscimus, ut
5 levetur, quo decernimus. in scholasticis declamationibus contra *e*venit: omnia molliora et solutiora sunt. in foro partem accipiunt, in schola eligunt; illic iudici blandiuntur, hic inperant; illic inter fremitum consonantis turbae intendendus animus est, vox ad aures iudicis perferenda, hic ex vultu dicentis pendent omnium vultus. itaque velut ex umbroso et obscuro prodeuntes loco clarae lucis fulgor obcaecat, sic istos e scholis in forum transeuntes omnia tamquam nova et invisitata perturbant, nec ante in oratorem conroborantur, quam multis perdomiti contumeliis puerilem animum scholasticis deliciis languidum vero labore durarunt. Lepidvs, vir egregius et qui declamatorio non studio . . .

**CD** 1 utilis] **Dτ**; utillis **C** ‖ ex(exs **B**)ecratio **AB** ‖ que **AB** ‖ operis millima **A** ‖ 2 in quo **B** illi quod **VD** ‖ exerceat **VD** ‖ vero] ⟨at⟩ uero **VD** ‖ certamne **AB** certamen **VD** ‖ 3 diutqus **A** ‖ 4 aduersarios **AB** *(Mg)* ‖ retinet] *Bs;* tetiunet **AB** sustinet **VD** ‖ athletae] *Bs;* athe(hate **A**)nas **AB** iunctathenas **VD**, luctantes *vg, fort.* luctantes athletas *Kss*, arena; *Mg* ‖ 5 cursorem **D** ‖ 6 quom] *Kss, Mg;* quod **O**, quo *Bs, fort.* *quod (iudicatur) ‖ bellocitate **AB** ‖ 7 ercitationem **A** ‖ in certamine *bis scr.* **B** ‖ 8 quo discimus *Vsener, Novák* ‖ 9 quod cernimus **O** ‖ dedamationibus **A** ‖ 10 uenit omnino **O** ‖ solitiora **B** ‖ 11 inperant] **τ** *(Gr);* inserant **O** inseruiunt $D^2$**τ** ‖ 13 perforenda **A**, referenda *Ml* ‖ hic *bis scr.* **V** haec $D^1$ ‖ dicentis] **Dτ** *(Gr);* dicentes **C** ‖ pendunt **C** ‖ omnia **V** ‖ 14 velut] uel **AB** uult $D^1$, ut *Sander; cf. Reisig Vorl. § 242* ‖ umbros **A** ‖ dare **AB** ‖ 15 istos e scholis] **τ**; instos inscis **AB** stos insocius **V** istos a scholis **D**, scholasticos *Bs* ‖ in] *om.* **A** i **B** ‖ forum *corr. ex* forom **V** ‖ 16 etinoua (eti *del.*) **V** ‖ *invisitata] *Gz;* inusitata **O**; *cf. 10 pr. § 5; Sen. dial. 5, 17, 3 (Gruter, Bentley class. journ. 1828, 7); Hertz ad Gell. 3, 9, 3; Georges[7] s. v.* ‖ *negant* ⟨et⟩ in **AB** ‖ 18 delictis **AB** ‖ lauguidum **C** ‖ lapidus **A**

## I.

Adulterum cum adultera qui deprenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit.
Ingrati sit actio.

Miltiades, peculatus damnatus, in car||cere alligatus decessit; Cimon, filius eius, ut eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias dives sordide natus redemit eum a re publica et pecuniam solvit; filiam ei suam collocavit, quam ille deprensam in adulterio deprecante patre occidit. ingrati reus est.

Albuci Sili. Non movet me periculum meum: semper nos 1
in malis nostris non fortunam, sed causam spectavimus. non dubito, quin Callias redempturus fuerit Miltiaden, si iam habuisset filiam nubilem. Musae. Alius aliud pati non potest. mihi adulterium carcer est. Arelli Fusci patris. Nihil, inquit, filiae plus possum dare quam Cimonem virum. quando mihi ex eo contingent nepotes! ferrum a lege mihi traditum ad vindictam pudicitiae proiciam? perdidisti pecuniam, Callia, si tales solvisti manus. damnatus peculatus nihil aliud heredi suo reliquit quam se patrem.
Cesti Pii. Non potest generosus animus contumeliam pati. merito 2
tu ex Cimone habere nepotes concupisti. quid magis in me probasti quam carcerem? non sum innocentior quam pater, ne *in-*

**CD** 2 adulterium **A** <thema> adulterum **D²** || deprehenderit **D** || 3 interficeat **B** || 5 militiades **AB** miliciades **V** || alligatur **B** || 6 gimon **C** timon **D** || *cf. Nep. Cim. 1, 3; Plut. Cim. 4* || 7 sordidae **AB** || 8 paruam **D¹** || solvit *om.* **A** || 9 illi **AB** || dpraēsam **B** deprehensam **D** || depre(-prae **A**)cantem **AB** || 10 ingratu **B** || 12 ⫽spectauimus *(1 litt. eras.)* **V** || 13 Callias] **Dτ**; callius **C** || fuerit *om.* **VD** || militi(-ci **V**)aden (-em **B**) **C** || 14 nobilem **O** || 15 carcer est] carcerē **A** || filia **O** || 16 gimonem **V** || virum] **τ**; utrum **O** || *sententiarum ordinem mutandum esse cens. O. Gruppe quaest. Ann. 18* || <o> quando *Gz* || 17 a] ex **D** || ad] <an> ad **VD** || pudititiae **C** || proiciamus **VD** || 18 gallias **AV** gallia **B** callias **D** || damnatos **AB** || 19 petulatus **V** || reliquit] **D** *(He)*; relinquit **C** || 20 certi **B** || 21 gimone **V** || 22 ne infelicior] *lemma apud Schottum (Schg)*; ne licior **AB** nec licior <quam licior> **V** nec liceor <qua liceor> **D**, ne felicior vg

*fel*icior quidem; hoc unum interest inter parentis et fili fortunam, quod illius calamitatium exitus fuit carcer, mearum initium. exponam vobis, quam in neminem meorum ingratus sim. unus Miltiadis census inventus est Cimon filius; ne hic quidem quicquam habuit, quod daret pro patre, praeter se. poteram in Cynaegiri domo sperare nuptias, poteram in Callimachi, nec verebar, ¦ ne Cynaegirus suas pluris aestimaret manus. redemptus Cimon redemp-
3 toris felicitas est. VOTIENI MONTANI. Facis iam, ut dicam: non accepi beneficium aut reddidi. certius reddam, cum tam honeste desideraris quam dedisti. ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si *adhuc* alligatas haberem manus? egit me attonitum dolor. non mehercules me exorasset Miltiades pater. nihil Calliae debeo nisi *quod* liber sum. est vir egregius Callias, est misericors; sed utinam tantum adversus bonos! maior iniuria est, si nunc manus Cimonis alligantur, quam fuit beneficium, quod tunc solutae sunt. non iste iniquiore animo filiam amisit quam ego uxorem, sed aequiore animo inpudicam pati voluit. vis tu divitias tuas abscondere, cum in eos incideris, qui mendicitate censentur? nihil habet domus nostra melius quod ostendat quam paupertatem. da pecuniam Miltiadi, qua damnationem luat: nocens erit; da

**CD** 2 calamitatum **D** ¦ exitus] **VDE**; exitum **AB**, exitium *Kss* ¦ carcerem arum **AB** ¦ 3 quantum in **D** ¦ ingratus (u *corr. ex* i) **A** ¦ sim *corr. ex* sum **D** ¦ militiadis **C** ¦ 4 gimon **V** ¦ nec **VD** ¦ 5 daret] *Bs;* dare **O** ¦ se] serpm **D** ¦ poterat **V** posset **D** ¦ cunegiri **AB** sunegiri **V** cynegyri **D** ¦ 6 Callimachi . . .] **Dτ**; challi (*sic* **τ** *quoque*) machin (-chi **V**) haec uerebar nec sine girus **C** ¦ 7 cynegi- (-gy **D**)rus **O** ¦ omon **B** ¦ 8 infelicitas *Herv* ¦ est *om.* **B** ¦ motani **AB** ¦ facis iam, ut] *Kss;* faciamus **AB** faciam **VD**$^1$ faciat **D**$^2$, facis, ut *Gr* ¦ dicam] *Gr;* dicat **O** ¦ 9 benefitium **V** ¦ aut reddidi] *Gr;* alter reddidit **O**, ante reddidi . *Petreius*, aut et reddidi . *Schg* ¦ *fort.* aut reddidi certe . *Kss*, aliter reddendi certus . *Mg* ¦ honestum **E** ¦ 10 desideraueris **E** ¦ qua **B** ¦ 11 adhuc *add.* **E** ¦ manibus **B** ¦ 12 meercules (-esi **V**) **C** mehercule sic **D**, mehercule hic *Schg* ¦ militiades **C** ¦ casliae **C** ¦ 13 *quod liber sum] libertum **O**, liber sum *vg*, *fort.* *libertatem ¦ 14 utrum **D** ¦ tandum **AB** ¦ 15 gimonis **V** ¦ ⟨tum⟩ fuit **D** ¦ benefitium quo **V** ¦ 17 aequiorae **V** ¦ voluit] **Dτ**; noluit **C** ¦ 18 incideris] *Gz;* inciderit **C** inciderint **A**$^2$**Dτ** ¦ mendicitatem **A** mendacitate **V** ¦ 20 *prius* da] *de* **AB** ¦ *militiandi* **AB** miliciadi **V**

Cimoni, qua patrem redimat: pius non erit. VIBI GALLI. Nullo 4
mihi felicior videor, quam quod Miltiadis pretium fui. alligatus
iacebat Persicae potentiae vindex, libertatis publicae adsertor,
alligatus iacebat crimen ingratae civitatis. adulteram dimittam?
patiar adulteram qui non tam glorior, quod filius sum Miltiadis,
quam quod vicarius? quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari?
si adulterum solum occidero, exulandum est. quid faciam?
occi||dam? plus quam praestitisti exigis: pro carcere exilium.
non occidam? plus quam praestitisti exigis: unum beneficium
dedisti, duo petis. [uterque magnum beneficium dedistis et statim,
dum datis, recepistis: Cimon quod Miltiadem redemit, tu quod
Cimonem.] videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba
fremere dicentium: ubi sunt illae manus, quae solvere Miltiadem?
non mihi occurrit indulgentia uxoris, non Callias socer, non ullius
aut rei aut benefici memoria; feci quod soleo, nihil aliud respexi
quam patrem. MENTONIS. Cogita adulteros esse pro quibus rogas, 5
cogita, qualium misereri soleas: turpe est ab eodem dimitti et
adulteros et Cimonem. ego sum, qui referre gratiam ne mortuis
quidem desino: ita mihi veros habere liberos contingat; quod
quantum esset, Miltiades expertus est. PORCI LATRONIS. Ego ad- 6
ulteros dimittam? ardet cupiditate vindictae animus. has manus

CD 1 gimoni V ¦ dedimat AB ¦ non nerit A || calli C callii D || nulli VD[1] nullibi D[2] || 2 militi(-ci V)adis C || 3 perfice A | impotentiae *Gr* || uindet A || adsertos AB || 4 alligatus *om.* D || adulterum *Konitzer; at cf. p. 379, 17* || 5 patiar| τ *(Konitzer)*; patri (ri *del.* V) O, patri? ⟨ego⟩ *Otto* || adulteram *del.* A[2], *fort.* adulterium *Gz* || patri? adulteram ⟨mihi⟩ *Novák* | qui] *Gruter;* cui O || sim D || militi(-ci V)adis C || 6 quod V | militiade C || 7 occidero] *Rom;* occidere AB occiderem V dimitterem D, occidero mihi *Schg* || exulendum AB || est *om.* D[1] || 9 non] neutrum *vg* || beneficium (u *corr. ex* a) B benefitium V || 10 *verba* uterque . . . Cimonem *(v. 12) del. He; cf.* E *et Konitzer Beitr. 6* || mag benefitium V || dedisti (-ieti B) statim dum AB dedistis tantundem VD, *fort.* dedistis: tantundem, dum *Gr* || 11 recipistis C || gimon V | militiadem C || 12 cimonest A gimonem V || magorum (u *corr. ex* e) B || 13 militiadem C || 14 nullius AB || 15 benefitii V || perspexi D || 17 mitti D || 18 gimonem V || 19 contingut A || 20 qua tum A | militi(-ci B)ades C

continere non posset Miltiades, quas alligare potuit. si in hoc solutus sum, redde me carceri. ille Graeciae servator et vindex Persarum orientisque domitor, cui modo tam insignem triumphum Fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc videlicet ipsum, ut innocentia eius, quae alioqui latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur. damnatus est innocens. quis*quis* in civitate misericors est, nunc occasio misericordiae ei venit: Miltiades redimendus est. redemi corpus tuum, Miltiade, ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipsum impenderam. misereor accusatoris mei, non quia perdidit filiam, sed ‖ quia habuit. dignus erat Callias tales habere, quales redemit. quodsi me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerem praefero. honestius patri alligor quam adultero solvor. ut audivi esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in civitate nostra quemquam, qui Cimonem redimere quam Miltiaden maluisset. ego ne patrem
7 quidem meum, nisi innocens fuisset, redemissem. BLANDI. Obiciat licet vincula, numquam tamen efficiet, ut non magis carcere glorier quam matrimonio. diversi sunt hominum adfectus: tu fortasse, Callia, vincula non potes ferre; ego adulteram uxorem. effugient ergo adulteri tamquam alligatas Cimonis manus? ARGENTARI. Redemptum me protinus appellare coepit de filiae nuptiis. 'statim' inquam 'Callias experitur, an gratus sim'. † habes in Callias sine Cimone. pro una rogat, duos eripit. FVLVI SPARSI.

**CD** 1 continerem **B** ‖ militiades **C** ‖ 2 solutus sum] **D**²**τ**; solutus **O**, solvisti *Kss* ‖ carceri (i *corr. ex* e) **B** ‖ illae **BV** ‖ gretiae **B** gratiae **V** ‖ 4 oste **B** ‖ ab **B** ‖ 5 innocentiam **O** *rad. corr. in* **D** ‖ qui **D**¹ ‖ 6 *quisquis] quis **O**, <si> quis *Kss* ‖ ciuitatem **O** ‖ 7 *ei venit] inuenit **C** uenit **Dτ** *(vg)*, illi venit *Gz* ‖ occasionem misericordiae invenit *Bs (Kss)* ‖ militiades **C** ‖ 8 redemi (*post.* e *corr. ex* i) **A** ‖ militiade **C** ‖ funeri (i *corr. ex* e) **A** ‖ 10 dignus] **Dτ**; dignum **C** ‖ 11 gallias **C** ‖ haberet **V** ‖ 12 redimisti **C** ‖ praefera **B** ‖ 13 *fort.* adulterio *Mg* ‖ 14 muneraret **V** ‖ fuis **B** ‖ qui *om.* **B** ‖ 15 gimonem **V** ‖ militiaden **C** miltiadem **D** ‖ 16 quidem] quid est **AB** ‖ redemisset **B** ‖ obiceat **C** ‖ 18 glorior **BV** ‖ hominum] **D**² *(Herv)*; omnium **O** ‖ 19 gallia **C** callias **D** ‖ potest **AB** ‖ 20 gimonis **V** ‖ 21 cepit **B** ‖ nuptis **C** ‖ 22 gallias **C** ‖ 23 gallias **A** *gallian* **BV** *calliam* **D** ‖ cimonem **B** gimone **V** ‖ habes filiam (en Callian *Schott)* sine

Dic nunc: 'ego te carceri exemi', dum ego respondeam: 'ego me carceri tradidi'. numquam effici poterit, ut melius actum putem, quod a Callia redemptus sum, quam quod pro Miltiade alligatus. filia tua abstulit tibi generum Cimonem. ductus est pater meus in carcerem etiamnunc captivis suis plenum. Ivni Gallionis. 8 Beneficium, inquit, tibi dedi, quod filiam tibi collocavi. nunc vere, Miltiade, graviorem fortunam carcere sustines: Callias tecum *nepotes* communicare dignatus est. ego me redemptum putabam; filiae istius emptus sum. steterunt ante oculos meos maiorum imagines emissusque sede || sua Miltiades maiestate imperatoria refulsit et iterum meas invocavit manus. Ivli Bassi. Calliae filiam uxorem duxi: hanc tibi, pater, iniuriam feci, dum ingratus esse nolo. placeas tibi licet et istas iactes divitias: tantidem tamen redemi patrem, quanti a te redemptus sum.

Divisio. Latro in has quaestiones divisit: an non quisquis 9 gratiam non rettulit, cum posset, ingrati teneatur. multa, inquit, interveniunt, propter quae non debeam facere, etiamsi possum. si non tenetur quisquis non rettulit gratiam, cum posset, an hic teneatur. hoc in haec divisit: an possit ob id damnari, quod lege fecit; deinde: an facere debuerit; novissume: an, si adfectu et indignatione ablatus non fuit in sua potestate, ignoscendum illi

Cimone *vg, Schott,* ⟨gratum⟩ habes: sine, Callia, sine Cimonem *Schg,* habes in Calliam, sine ⟨in⟩ Cimonem *Mg,* dives non est Callias sine Cimone *Bs,* habes en, Callia, adfinem Cimonem *Novák, fort.* habes iam. ⟨quid⟩ Callias sine Cimone? *C. Schenkl* || una] **D**[1] *(Schott);* uno **CD**[2]; *cf. p. 379, 18* || eripitur fullui **B**

**CD** 1 dicunt ego te **B** || *sec.* ego *om.* **E** || 2 factum *Studemund* || 3 gallia **C** || sim **D** || militiade (-cle **A**) **C** || alligatis **AB** || 4 gimonem **V** || est *om.* **A** || 6 benefitium **V** || collocaui *bis scr.* **AB** *post. loco del.* **A**[2] || 7 uero **VD** || militiade **C** || 7 gallias **C** || 8 nepotes *add. Gz; cf. p. 378, 5* || te secum c. dedignatus *Schg* || 10 emisusque **B** || militiades **C** || imperia **A** imperatoriet **B** || 11 galliae **C** || 12 tibi *corr. ex* tipi **B** || 13 places **A** || diutias **BV** || 15 non *om. vg* || 16 gratia **AB** || retulit **O** || 17 inteueniant **AV** intetieniant **B** interueniant **D**[1] interim ueniant **τ** || quen **A** que non **B** || 18 retulit **AVD** redtulit **B** || 19 an] **D**; an ⟨id⟩ **C**, an ⟨non⟩ *Bs,* an ⟨hic⟩ *Ml, Gz* || 20 facēre **A** || nouissime **VD** || adfectum **AB**

sit. hoc non tamquam quaestionem, sed, ut illi mos erat, pro
10 tractatione aut loco. Montanvs Votienvs quaestionem hanc adiecit: an gratiam rettulerit Cimon Calliae. *ret*tuli, inquit: filiam tuam uxorem *duxi,* filia tua Miltiadis nurus facta est. non putas beneficium communes cum Miltiade nepotes? Gallio illam quaestionem duram movit, sed diligenter executus est, quae solet esse in ingrati controversiis prima: an beneficium acceperit. non erat, inquit, mihi poena in carcere esse: mea voluntate illo perveneram. ita putas me libentius in cubiculo meo iacuisse? nullus tunc erat locus Athenis honestior quam qui Miltiaden habuerat. deinde et illam subiunxit quaestionem: an teneatur is, qui beneficium accepit, quod non petit. non rogavi, inquit, te; dedisti istud iactationi tuae: putasti ad gloriam tuam pertinere. ita tu non ac-
11 cepisses beneficium, si tibi solvere Miltiaden contigisset? Silo Pompeivs a parte Calliae duo beneficia se dixit dedisse, quod redemisset et quod egenti filiam conlocasset. hoc, quod secundum posuit, nemo alius pro beneficio inputavit, in quo adeo non est dubium, an beneficium non dederit, ut dubium sit, an receperit. Brvtvs Brvttedivs illas praeterea quaestiones fecit: an, si sua causa fecit hoc Callias, ut redimeret, Cimoni sit beneficium. beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa praestatur,

**CD** 2 ratione aut *Schott* ‖ notienus **A** *om.* **B** ‖ questionem **V** ‖ haec **AB** ‖ 3 retulerit **O** ‖ gimon gealliae **V** rettuli] *Schg;* tuli **O** ‖ 4 duxi *add. Otto* ‖ ⟨duxi⟩ uxorem *A. Köhler* ‖ tifilia **V** filia tua uxor mea, filia *Schg* ‖ militianus **AB** militiadis **V** nutus **B** ‖ 5 benefitium **V** beneficium ⟨habere⟩ **D**² ‖ cummunes **AB** ‖ militiade **C** ‖ nonpotes **A** ‖ questionem **A** ‖ 6 nouit **V** 7 in *om.* **C** *add.* **Dτ** ‖ ingrata in **D**² controuersis **C** ‖ benefitium **V** acciperit **B** ‖ 8 paena **A** ‖ 9 ita ⟨tu⟩ *Kss.* ita⟨ne⟩ *Otto* ‖ meo *om.* **D** ‖ nulli tamen **D** ‖ 10 atthenis **BV** ‖ militiaden **C** ‖ 11 subiunexit **B** ‖ questionem **A** ‖ his **AB** ‖ benefitium **V** ‖ accipit **C** ‖ 12 petiuit **VD**, petiit *cg* ‖ rogavi] **Dτ**; rogauit **C** ‖ 13 at **B** ‖ 14 benefitium **V** ‖ militiaden **C** miltiadem **D** ‖ 15 aperte **ABD** ‖ benefitia **V** ‖ 17 benefitio **V** ‖ 18 benefitium **V** ‖ an] ac **AB** ‖ 19 brute(-tae **B**)dius **O** ‖ ⟨illis⟩ illas **O** (illis *del.* **A**²), ⟨illic⟩ illas *Schott* ‖ questiones **AB** ‖ 20 caslias **AB** ‖ *Cimoni] cimonia **AB** cimonem an **VD**, Cimoni non *Gz* ‖ beneticiam **B** benefitium **V** ‖ 21 beneficium] **DE**; *om.* **AB** benefitium **V**, ⟨datum⟩ beneficium *Gz* ‖ tutum **AB**

in quem confertur. ubi aliquis ex eo aut sperat quid aut praeparat, non est beneficium, consilium est. hoc diu executus est et argumentis et exemplis. deinde: an sua causa Callias fecerit. voluisti, inquit, opinionem sordium inlustri facto effugere; petisti ex hoc aeternam memoriam. non magis poterat ignotum esse, a quo Cimon solutus esset, quam pro quo alligatus. voluisti habere generum nobilem, pium. Hispo Romanius duram quaestionem fecit: an rettulerit gratiam hoc ipso, quod occidit. liberavi te, inquit, summo dedecore; invito tibi beneficium dedi. non est, quod mireris; nam et tu me non rogantem redemisti. hoc loco *Virginios et* illos patres, qui filias vitiatas occiderunt, qui incluserunt.

Color et Gallioni et Latroni et Montano placuit, ut nihil 12
in Callian diceretur contumeliose, et redemptorem et socerum et infelicem. Cestius multa in *Callian ut* avarum et feneratorem et mensularium et lenonem dixit, dum vult illud probare, reddidisse || se beneficium, quod talem socerum habere sustinuisset. Latro dixit: filiam tuam dimittam? quid adultero faciam? pro una rogas, duos eripis. hanc Hybreas aliter dixit sententiam: σοὶ δέ, μοιχέ, τί ποιήσω; μὴ καὶ σοῦ Καλλίας πατήρ ἐστιν; haec tota diversa sententia est a priore, etiamsi ex eadem est petita materia. illa non est similis, sed eadem, quam dixit prior Adaeus, rhetor ex Asianis non proiecti nominis, deinde Arellius Fuscus:

CD 2 benefitium V beneficium ⟨sed⟩ D𝔗 | sec. est *om.* VD || *hoc] et O, et ⟨id⟩ *Gz, fort.* *id | executus (c *corr. ex* t) B exsecutus V | 4 sordum A | industri B | facta AB || 5 a] et B || 6 gimon V | 7 romanus VD || questionem A | 8 retulerit O || 9 benefitium V || 10 tu me] *He* (*cf.* E); tamen AB me tamen VD || Virginios et *add.* E; ⟨memorauit⟩ D² || 12 gallicni A | 13 gallian A | 14 certius B || *Callian ut *add.;* ⟨eum ut⟩ *Gz* | feneratoram B || 15 reddisse B || 16 se *om.* B || benefitium V || *post* sustinuisset *fort. ex* E *inserenda:* *multa oratores, historici, poetae Romani a Graecis dicta non subripuerunt, sed provocaverunt || 18 uno B; *cf. p. 376, 23* || erisis B | hanc] D𝔗; anc C | alter A, *fort.* pater *Gz* | 19 COI a XXEIXE πI (ΠI A) πO(NO A)INCω MH (ΛΛN A ΑΑΗ V) ΚΑΙ COY ΚΑΑΑΙΑC πΥΗΡ ΕCΤΙΝ C | 20 aeadem B || materiā illā AB | 21 addeus O || 22 rethor C || proiectis AB

**BVD** 1 an] aut **τ** || est *om.* **VD** || tantum] *O. Jahn;* tamen **BVD** || a] hac **B** || 3 adhibitas **V** || ⟨refert⟩ mea *Vahlen mus. rhen. 13, 559 (at v. eundem ind. lect. Berol. 1881/82, 10 et Ml ann. phil. 1866, 492)*, ⟨ad⟩ me *Gz* || 4 oportet esse **V** || ut me ut mea sit **B** ut mea pena sit **V** || 5 si passos ut (in **D**) currit **VD** || inquum **B** || 6 ratam **D**[1] || 7 refert, inquam] *Bs;* refer(-ert **V**) quam **BVD** || 8 fuerit] *Ml;* fuit **BVD** || quot **B** || rescinditur] **Dτ**; rescingitur **BV** || 10 tum quit **B** || 12 sub] *Kss*; sum **B** cum **VD** || conditione **BV** || 13 *lacunam indic. Bs* || exponeres *cod. Augustodunensis Schotti* || exorandum] *Petreius (Fb);* exonerandum (um *corr. ex* a **B**) **BVD** || se venisse, ut] **τ**; est (se **D**) uenisset ut (ui **B**) **BVD** || quod et sponte et ad exonerandum se venisset, ut *Herv,* quod exponere ⟨tuos sustinuisti . et ait istum sponte⟩ ad exonerandum se venisse, ut *Bs,* quom exponeres ad exonerandum ⟨te⟩, si evenisset, ut *Mg, fort.* quod spondere ita ad exorandum me sustinuisti, ut *Gz* || 14 *fort.* redderetur *Gz* || 15 prae ducatore **B** || 16 herede] **Dτ**; heredem **BV** || dixi] *Gr;* dixit **BV** ⟨esse⟩ dixi **D** || 17 mihi] modo **D** || qui **V** || es] *Bs;* est **BVD** || duos **V**[1] || dicit **BV** || 18 illem **B**[1] || do] *Bs;* da **BVD** || penas **BV** || *fort.* misericordiae *Ml* || 19 sic] si **BV** || videt] Kss; uidit **BVD**

duorum liberorum patrem, nunc solitudine periclitantem, certum habeo, dicit crudelem indicem. et summisse cum adversario egit: rogavit, ut altero contentus esset; et illam sumpsit contradictionem: nescio, inquit, utrum *eligam*, et dixit: mihi crede, qui illos optume novi: utrumvis elige; ideo sic pactus sum, quia nihil in-
11 tererat. Hispo Romanivs erat natura, qui asperiorem dicendi viam sequeretur; itaque hoc colore egit, ut inveheretur tamquam in malum patrem et diceret crudeliter exponentem, perfide recipientem. in hoc, inquit, repetit, non quia habere vult, sed quia eripere; || irascitur mihi, quod educavi, quod indicavi. et cum descripsisset saevitiam exponentis, adiecit: etiamnunc mihi videtur eiusdem animi, eiusdem duritiae, quia nihil putat se debere ei, qui liberos suos educavit. durus est pater, crudelis est; nolite credere ex illa feritate tam subitam mutationem. sinite me in filio uno non experiri. dixerat *CESTIVS* in hac controversia in illa quaestione, qua dicebat se *non* [ne qua] vim adhibuisse: quid ergo? quis adhibuit vim? tu tibi. non est, quod dicat aliquis: quis sibi ipse vim adhibet? solet fieri; ecce ego ipse mihi nocui. et illud dixerat: placet mihi in inritum revocari quae gesta sunt.
12 quid do, ne indicaverim? Argentarivs dixit ex altera parte miseriorem se nunc esse, quam cum ignoraret suos; et cum tormenta

**CD** 1 sollicitudine **BV**, ⟨in⟩ solitudine ⟨et⟩ *Schg* || 2 egit] *inde ab hoc vocabulo rursus incipit* **A** || 3 esset] **Dτ**; est **C** || 4 eligam *add. Gz* || 5 optum **A** optime **D** || 6 Romanius] *Bs;* romanus **O** || naturam **AB** || 8 exponentem] **Dτ**; eaponentem **C** || recupientem **VD** || 9 qui eripere **AB** || 10 *prius* *quod] quod ⟨duos (duo **B**)⟩ **O**, *fort.* quod ⟨vos⟩ *Kss,* quod ⟨suos (*vel* eos)⟩ *Gz* || indicavi] induc̣aui **A** || 11 discripsisset **B** || seuitia **AB** seuitiam **V** || etiamnum **C** 12 anime **B** || duritiaet **A** || 14 feritatem tam subita **AB** || sinite] **Dτ**; sinitae **C** || me *om. vg (Mg)* || 15 filio uno] *(Bs);* filuminu **AB**, uno filio *vg,* infidum illum *O. Jahn,* filio illum ⟨uno⟩ *Mg* || non *om.* **VD** || experiri (*post.* i *corr. ex* e) **V** || Cestius *add. Bs; cf. p. 401, 3* || in illa questione **AB** illam (*sic* **D**[2] hanc **D**[1]) quaestionem **VD** || 16 non vim] *Novák;* nequa uim **AB** nequaquam **VD**[1] nequaquam uim **D**[2] *(vg)* uim nequaquam **τ** || 17 dicas **D** || aliquis] *Bs;* alios **A** alio **B** alium **VD**, alius *Konitzer* || 18 *priore loco* ipsi **VD** || 19 dixit **D** || gesta sunt] gestas **V** || 20 quid do, ne] *Bs;* quod done **AB** dono *quod VD* || 21 ignorares **AB**

paterni animi descripsisset, ait: etiamnunc pacisci volo. quid do, ne liberos meos recipiam? quid do, ne agnoverim? indignabatur Cestius detorqueri ab illo totiens et mutari sententias suas. quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Cesti simius est. solebat et Graece dicere: ὁ πίθηκός μου. fuerat enim Argentarius Cesti auditor et erat imitator. aiebat invicem: quid putatis esse Cestium nisi Cesti cinerem? et sic solebat iurare: 'per manes praeceptoris mei Cesti', cum Cestius viveret. omnibus autem insistebat 13
Cesti vestigiis: aeque ex tempore dicebat, aeque contumeliose multa ¦ interponebat; illud tamen optima fide praestitit, cum uterque Graecus esset, ut numquam Graece declamaret *et* illos semper admiraretur, qui non [fuerunt] contenti unius linguae eloquentia, cum Latine declamaverant, toga posita sumpto pallio quasi persona mutata rediebant et Graece declamabant; ex quibus fuit Sabinus Clodius, in quem uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta sunt. dixit Haterius quibusdam querentibus 14
pusillas mercedes eum accepisse, cum duas res doceret: numquam magnas mercedes accepisse eos, qui hermeneumata docerent. Maecenas dixit: Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη. Cassius Severus venustissimam rem ex omnibus: qui, *ab* auditione eius cum rediret, interrogatus, quomodo dixisset, respondit: male ⟨καὶ

CD 1 quid *corr. ex* quod **V** quidem **D**¹ ‖ 2 *prius* ne] *Schg;* ut **O** ‖ agnoverim] **AD²τ**; agnouerit **BVD¹** ‖ 3 certius **B** ‖ multari **AB** ‖ 4 agebat **AB** ‖ argentarius **VD** ‖ Cesti simius] *Fb;* cestissimus **A** cestissimius *(prim.* s *sup. v. scr.)* **B** certissimum ius **VD** ‖ 5 ο πιτεκος ααογ **C** ‖ 6 immitator **A** mitator **D** ‖ 9 uestigis **C** ‖ contumeliaeose **A** contumeliosae **BV** ‖ 10 illum **O** ‖ obtima **A** ‖ fidem **AB** ‖ 11 declararet **AB** ‖ *et *add. (fort.* et *om. et v.11* *admirabatur *scrib. est)* ‖ 12 admiraretur] **Dτ**; admiraret **C**, damnaret *Mg* ‖ fuerunt *del. Gz, Mg;* essent **D¹** ‖ contenti] **Dτ**; contempto **AV** contempti **B** ‖ aeloquentia **AB** ‖ 13 *fort.* ⟨qui⟩ cum *Bs,* ⟨ac⟩ cum *Kss* (*retento uterque* fuerunt *v. 12*) ‖ persona] **Dτ**; personam **C** ‖ 14 orece **AB** greco **V** ‖ dedamabant **A** ‖ 16 dictae **B** ‖ Haterius] **E**; aterrius **C** atterius **D** ‖ quaerentibus **V** ‖ 18 ermeneumatta **O** ‖ docerent] **Dτ**; doceret **C** ‖ 19 mecenas **ABD** metenas **V** ‖ *Hom. E 85* ‖ τυδ(-ι **A**)ειαcaa (-εм **V**) δ (a **A**) ουκ αν γν(ν *corr. ex* πι **A**)οινc ποτεροιcι aaετειν **C** ‖ casius **B** ‖ 20 uenuntissimam **B** ‖ ab *add.* **E** ‖ 21 verba καὶ καλῶς add. E

26

κακῶς⟩. Glycon dixit: ἂν ἀμφοτέρους μοι μὴ ἀποδῷς, ἀπολέσεις αὐτῶν τὸ δίδυμον. Gallio autem elegantissime dixit a parte patris, cum ultima per testamenti figuram tractaret: quandoque ego mortuus ero, tunc mihi heres sit: vis interrogem, uter? Triarivs dixit a parte educatoris: ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui?

## IIII.

Qui patrem pulsaverit, manus ei praecidantur.

Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis || accersit; inperavit adulescentibus, ut patrem caederent. alter ex his praecipitavit se, alter cecidit. postea in amicitiam tyranni receptus *est*. occiso tyranno praemium accepit. petuntur manus eius; pater defendit.

1 Cesti Pii. Felicior essem, si plures reos defenderem. Triari. Haec vulnera, quae in ore videtis meo, postea feci quam dimissus sum. Ivni Gallionis. Gratias ago filio, quod me non reliquit solum tyranno. quod manus illius *pass*us sum, ego iussi; itaque crimini meo adsum. 'amicus' inquit 'tyranni fuit'. age, hoc tantum filius meus in arce simulavit? procumbo ad genua vestra, iudices, ille contumax, qui cum vapularem non rogavi.

**CD** 1 clycon **C** || ΑΝ ΜΦ(ΑΑΑΦ **AB**)ΟΤΕΡΟΥϹ ΜΟΙ (ΑΑΟΙ **B**) ΜΙΙ (ΜΝ **A**) ΑΠΟΑΩϹ ΑΝΟΑ(-Λ **V**)ΕϹΕΙϹ ΑΥΤΩΝ (-ΤΑΝ **A**) ΤΟ ΔΙ(ΔΙ **A**)ΑΥΜΟΝ **C** || 3 ultima per] *Bs;* ⟨ut⟩ ultimam par (parte **B** parte *rad. corr. ex* partem **V**) **C** ⟨in⟩ ultima parte **D** ultimam per **τ** || quandocumque **τ** || ego] *om.* **A** ergo **V** || 5 educcatoris **A** || 8 ⟨thema⟩ qui $D^2$ || plus haberit manus si **AB** || 9 carcerem **A** || filis **C** || accersit] *cf.* **E**; arcersit (-siit $VD^1$) **O** arcessiit $D^2$ || 10 adulis(adoles **A**)centibus **AB** adulestibus **V** || cederent **C** || aliter **B** || 11 iis **D** || praecitauit **B** || amiti(-ci **B**)tia **C** || 12 acceptus **D** || est *add.* **E** || 13 petentur **V** || 14 triarii **A** || 15 in hore **AB** || dimissum iuni **AB** || 16 gallianis **A** || ago *corr. ex* ego **B** || 17 passus sum] *Otto;* usum $CD^2$ sunt $D^1$, ausae sunt *Schg, fort.* sensi *Kss* || manu (*fort.* manibus *Ml*) illius caesus sum *O. Jahn, Ml, fort.* manu ille usus in me ⟨*est*⟩ *Gz* || iussit **A** || 18 tyrranni (*prius* r *del.*) **V** || age] an *Petreius*

Mvsae. Occisus est tyrannus; a quo putatis nisi ab eo, qui patrem 2
pulsare [non] poterat? praecidetis tyrannicidae manus? quid hoc
est? integer tyrannus iacet. praecisas tyrannicidae manus arci
praefigite. non vindicem filium, propter quem ne a tyranno quidem
inpune vapulavi? postquam occupavit arcem, secuti sunt illum
homicidae, secuti venefici, secutus quisquis patrem pulsare po-
terat. necesse fuit patrem caedere, tam hercules quam necesse
fuit spoliare templa, virgines rapere. si talis erat filius meus,
qualem describitis, nescio, cui magis expedierit tyrannum vivere.
aiebam: fili, fortius feri; tyrannus spectat. o quantum istis de-
bemus manibus, ‖ per quas iam nihil necesse est! occidit tyran-
num: sic huius iratae manus feriunt. cum occideret tyrannum,
aiebat: 'frater te ferit, pater ferit'. sic feriunt qui volunt. tecum,
fili inconsideratae pietatis, queror: validius patrem cecidisti quam
iussit tyrannus. iratus iacenti ipsas cadaveris manus in me in-
gessi. Fvlvi Sparsi. Tales fuerunt, ex quibus posset alter ty- 3
rannum contemnere, alter occidere. Ivli Bassi. Conpressas fili
manus in os meum inpegi, caedentem consolatus sum. Porci
Latronis. 'Caede' inquit 'patrem'; dum ego neglegens sum,

CD 1 *verba* occisus . . . pulsare poterat? *(v. 2) post* vapulavi? *(v. 5) transp. Gz* ‖ tyranus **A** ‖ 2 non *del. Bs* ‖ qui **B** ‖ 3 integer tyrannus] **E**; inter tyrannos **O** ‖ praecisas] *Bs;* praecisa **O** ‖ tyrannicida **O** ‖ 4 praefigite] *Bs;* praegitae **O** praeditae *corr.* **D**¹ ‖ ne **VD** ‖ ne a] mea **AB** ‖ 5 uapulabis **AB** ‖ *verba* postquam . . . rapere *(v. 8) hoc loco del. et in § 8 post* intercessit. *(p. 407, 2) ponenda esse cens. Bs* ‖ eum **D**¹ ‖ 6 omicidae **B** ‖ sicuti **AB** ‖ venefici] **Dτ**; benefeci **C** ‖ secuti **D** ‖ 7 caedere] **E**; cederet **C** caederet **D** ‖ 8 rapere] **E**; parere **O** parcere **τ** ‖ *post* rapere *in* **O** *sequuntur verba* aiebam . . . spectat, *quae in v. 10 transposui; haec post* vivere *(v. 9) inser. R. Wachsmuth* ‖ 10 *aiebam . . .] *cf. ad v. 8* ‖ agebam **AB** ‖ filius **VD**¹ ‖ *verba* o quantum . . . necesse est! *(v. 11) ante* necesse fuit *(v. 7) inserenda esse existimat R. Wachsmuth* ‖ 12 sic huius] **Dτ**; si cuius **C** ‖ 13 te ferit] *Bs;* te fecit **AB** te interficit **VD** ‖ pater ⟨te⟩ *Ml* ‖ 14 quaeror **V** ‖ languidius *He* ‖ occidisti **AB** ‖ 15 iusit **B** ‖ iacent **B** ‖ cadaueras **A** ‖ manus *bis scr.* **O** *alterum del.* **τ**, inanimis manus *Gz* ‖ *verba* in me . . . contemnere *(v. 17) om.* **B** ‖ ingressi **AVD**¹ ‖ 16 fulbi **AV** ‖ 17 conprensas *Gr* ‖ 18 credentem **AB** cedentem **VD**

occupavit *praecipitare* se ex arce filius. hoc non est patri parcere, sed sibi. dura, fili; ad tyrannum tibi per patrem eundum est.

4 Blandi. Vt vidi tyrannicidam ex arce descendentem, nihil prius quam manus osculatus sum. tenent ecce cruentum tyranni caput; nunc illas praecidite. Pompei Silonis. Vtrum ex filiis meis *magis* probatis? alter se occidit, alter tyrannum. nemo ius habet in istas manus, meae sunt; istae etiam cum tyranno servirent mihi paruerunt. ita mihi superstite filio mori liceat, ut ego illum, qui mori maluit, parricidam vocavi. Arelli Fvsci patris. Rogo vos per securitatem publicam, per modo restitutae libertatis laetitiam, per coniuges liberosque vestros. nemo tam suppliciter audit me rogantem cum vapularem. quam languidae caedentis manus erant! non putarem illum posse tyrannicidium facere. istae mihi salutares porrexe||runt cibos, istae potiones; numquam tamen indul-

5 gentiores sensi manus, quam cum me caederent. Votieni Montani. 'Pereat' inquit 'potius'. cum sint, qui tam fortiter loquantur, vix inventus est, qui tyrannum occideret. fili, fortius, inquam, feri, ne nos colludere tyrannus intellegat. suspensas leviter admovebat manus; filius simulabat ictus, pater gemitus. si qua est fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat. necessitas magnum humanae inbecillitatis patrocinium est: haec excusat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres, sed occiderint; haec

CD 1 occupavit praecipitare] *Bs;* occupauit **O** praecipitauit **τ** *(vg),* occupavit ⟨occasionem, praecipitavit⟩ *Gz; cf.* **E** ‖ *fort.* *occupavit se ex arce ⟨praecipitare⟩ ‖ 2 meumdum **C** ‖ *post* est *in* **O** *sequuntur verba* tenent . . . praecidite, *quae in v. 4—5 transp. Bs* ‖ 3 uidit **AB** ‖ arce *corr. ex* erce **B** ‖ descendentem] **Dτ**; descendum **A** descendendum **BV** ‖ 4 tenent . . .] *cf. ad v. 2* ‖ terrent **τ** 5 nupcillas **V** ‖ precipito **B** ‖ filis **AB** ‖ magis *add. Gz* ‖ 7 mae **AB** maee **V** ‖ etiam⟨nunc⟩ (nunc *del.*) **D** ‖ tyrannum **V** ‖ 9 uocauit **C** *corr.* $V^{1}$ 10 *prius* per *om.* **AB** restituet **AB** restitute **V** ‖ laetitia **V** ‖ 11 coniuies **A** *audit] audite **AB** audiit **VD** ‖ 12 languido (-de **B**) **AB** ‖ cedentis **C** 13 putarem] *Bs;* putarent **AB** putares **VD** ‖ illam **B** illas **VD** posset **V** 15 uoti enim non tam **A** ‖ 16 pereant **D** ‖ cum] qui **V** quam **D** ‖ sit **AB** sunt **τ** ‖ *fort.* *sit, qui . . . loquatur *(Kss)* ‖ 19 ⟨oculos⟩ manus (oculos *del.*) **D** ‖ genitus **A** ‖ qua *corr. ex* que **A** ‖ 21 infelicitatis **E** 22 occiderint] $D^{2}$**E**; occiderunt **O**

excusat Romanos, quos ad servilem dilectum Cannensis ruina conpulit; quae, quidquid coegit, defendit. ille quoque mihi *non* pepercisset, si unicus fuisset. ille me fratri relinquebat: *relinqueret* hic tyranno? 'etiamnunc' inquit 'in facie tua vulnera apparent'. fili, nocet tibi, quod tam cito occidisti tyrannum. MENTONIS. Quaeritis, quis haec fecerit vulnera? ille, cuius in funere me cecidi. ita mihi libero et vivere contingat et mori, ita oculos meos fili manus operiant, ut ego inter liberos meos fortior steti.

Ex altera parte. ARELLI FVSCI patris. Tamdiu cecidit patrem, 6
donec placeret tyranno satelles. quid? tu tyrannicidium facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? 'pater' inquit 'adest'. malo; non enim tantum patrem, etiam patronum cecidisti. IVLI BASSI. Quoniam usque eo saeculum mutatum est, ut parricidae pater adsit, nos istius ‖ advocationi *non* adsumus. defendit quamvis nocentem: ecquid agnoscitis indulgentiam? illius est pater, qui maluit perire quam patrem caedere; infelix causam suam cum patre iungebat. exclamat iste: nihil illi mandavi; ego tibi et pro illo satis faciam? 'ut validius caederem, pro re publica' inquit 'feci'. vis tu pudorem habere nec inputare idem *et* rei

CD 1 romanus **AB** que **A** quae **B** ‖ canensis **C** 2 que **AB** quie (i *del.*) **V** ‖ non *add. Fb* ‖ 3 pepercisset] *Herv;* per(pe **V**)percit sed **O** fuisset] **Dτ**; fuisses **C** relinquebat: relinqueret] *R. Wachsmuth;* relinquebant (-bat **VD**) **O** reliquerat **E** ‖ 4 faci **AB** fecit **D** ‖ 5 appareront **AB** ‖ 6 ille] **D²τ**; illa **O** in⟨in⟩ **D** *corr.* **D¹** ‖ 7 cecidit (t *del.*) **V** cecidi ⟨manus⟩ **D²** ‖ 10 arellius **A** arellii **VD** ‖ 11 donec *bis scr.* **B** setelles **AB** ‖ tu *bis scr.* **O** ‖ fecere **A** ‖ 12 patricidio **V** 13 adest *corr. ex* atest **B** ‖ patre **A** ‖ cedisti **AB** occidisti **D** ‖ 14 usque *om.* **VD** ‖ scelerum **D** mutatum] *Bs;* putatum **C** peruentum **D** ‖ ut *om.* **C** *add.* **Dτ** ‖ 15 nos] *Bs;* non **O** ‖ aduocationi (ni *corr. ex* ne) **A** ‖ *non adsumus] adsum **AVD** adsumus **B**, desumus *Thomas* ‖ defendit ⟨enim⟩ **D** ‖ 16 haecquid **B** etquid **V** ‖ adnoscitis **AB** ‖ 17 est pater] frater **VD** *(vg)* ‖ cedere (-rae **B**) **C** infelix ⟨est, quod⟩ *Schg* ‖ 18 patre] *Gz;* fratre **O**, fratre ⟨non⟩ *Schg* ‖ 19 pro illos **AB** ‖ caederem] *Schg;* cederet **C** ⟨inquit⟩ caederet **D**; *cf. Vahlen mus. rhen. 13, 559* re publica] **Eτ**; rem . p̄r. **C** rp **D** ‖ 20 nec] ⟨est⟩ nec **AB** ‖ et *om.* **O** *add.* **E** ‖ rei publicae] reip̄ **C** r. p. ⟨quod⟩ **D** (vg)

publicae et tyranno? 'pater' inquit 'mihi adest'. at mehercules frater non adesset. habuisti, quod tyranno iactares: frater maluit mori. quisquis caedendus erat saevius, isti tradebatur. 'tyrannum'
7 inquit 'occidi'. at patrem quantulo minus quam occidisti? Pompei Silonis. Gaudeo in subselliis istius esse patrem. quomodo enim aliter efficere potuissem, ut vulnera eius videretis? nunc multum refert mea, ubi sit: ab hac parte crimen obicitur, ab illa ostenditur. gravior esse testis solet, qui a reo surgit. talis prorsus pater, quem nemo alius posset caedere, nisi *qui* amicus esse posset tyranni. *frater* perit, ne parricidium aut faceret aut videret: in illo praecipitio non minus, inquam, fratrem fugit quam
8 tyrannum. Corneli Hispani. Descendebat cruentus pater, vexato laceratoque ore vix agnoscendus; putares duos fuisse, qui cecidissent. fecit quod debebat qui patrem ceciderat: amicum occidit. Cesti Pii. 'Ego' inquit 'caesus sum; poenam remitto'. mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset qui mori vellet. dignus est, quem in‖vitum vindicetis. ecquid apud nos tantum crudeles patres vindicantur? 'pater' inquit 'iussit'. ergo frater tuus impius fuit, qui patri non paruit? si quando lente parebant satellites, aiebat tyrannus: non spectastis, quemadmodum patrem ceciderit? 'qui patrem ceciderit, manus eius praecidantur'. hanc legem moriens lauda-

**CD** 1 et *om.* **O** *add.* **Eτ** | 2 quod] quoque **D**$^2$ | tyranno] **D**$^1$**τ**; tyrannos (-nus **V**) **C** tyrannis **D**$^2$ ‖ iactaret **V** | 3 saevius] *Gz;* que (quae **V** quem **D**) uis ⟨quisquis⟩ **O**, *om. Rom* ‖ isti] *Rom;* iste **O** | cedebatur **τ** | 4 ad **AB** | 5 subsellis **C** 6 alitter **AB** ‖ uideritis **A** ‖ *nunc] non **O**, *fort.* ideo *Gz* 7 hac] ac **BV** | 8 grauiores (-re **A**) secestis **AB** | 9 prorsus ⟨est⟩ *Gz* qui *add. R. Wachsmuth* 10 esse] pesse (p *del.*) **V** | frater *add. Herv; cf.* **E** | periit **V** | parricididium **D** 11 illo praecipitio] *Mg;* illa prae (pre **V**) cipitia **O** | nomin **A** nominus **B** 13 laceratoque ore] *Bs;* lacerato quae (que *corr. ex* qua **A**) re (rae **A**) **AB** laceratoque corpore **VD** ‖ 14 caeciderat **C** | 15 cesus **A** cessus **V** | penam **A** poena **B** | 16 dignum **V** | quem *corr. ex* quod **V** 17 *ecquid] qui **C** quia **D** an **τ** *(Bs),* itane *vg,* quid? *Otto,* , nisi *Gz* | haput **B** uos **D** crudeles] **Dτ**; crudes **C** | 18 pater *corr. ex* frater **D** | iussit] **Dτ**; iussi **AV** iusi **B** 20 spectastis] *O. Jahn;* spectatis **O**, spectastis, ⟨iste⟩ *Gz* | ceciderit (it *corr. ex* at) **V** | *21 occiderit* **C** ‖ *fort.* *ei; *cf. p. 402, 8*

vit tyrannus. novissime inter filium et patrem tyrannus intercessit.

*DIVISIO. LATRO sic divisit:* an non, quisquis patrem ceci- 9
derit, puniatur. in lege, inquit, nihil excipitur. sed multa, quamvis non excipiantur, intelleguntur, *et scriptum legis angustum, interpretatio* diffusa est; quaedam vero tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent: nam quid interest legem excipere, ne fraudi sit ei, qui per insaniam patrem pulsavit, cum illi non supplicio, sed remedio opus sit? quid opus est caveri lege, ne puniatur infans, si pulsaverit patrem? quid opus est lege caveri, ne puniatur, si quis vi patrem sopitum et subita corporis gravitate conlapsum excitavit, cum illa non iniuria, sed medicina fuerit? nondum de propria, sed de communi causa loquor. si officiose quisquis cecidit patrem possit absolvi, pro hoc animosius agam, ut dignus sit supplicio, nisi praemio fuerit. si non, 10
quisquis patrem pulsavit, puniri debet, *an hic debeat.* hanc quaestionem in partes plures divisit: an tutus sit qui tyranno iubente fecit. cogitate, quam multa ‖ tyrannus exegerit. pro publica innocentia est non licere hoc quoque tyrannis, ut nos faciant nocentes. *hoc qui cogente* tyranno fecit, miserior fuit ipso vapulante. illa non *est inpudica, quae arcessita est a tyranno; ille non* dicitur

**CD** 2 *cf. ad p. 403, 5* ‖ 3 *verba* divisio . . . divisit *add. Schg (sed* in has quaestiones *pro* *sic *scr.)* | occiderit **A** 5 *verba* et scriptum . . . interpretatio *(v. 6) add.* **E** 6 manifestas ut **V** | 7 nam] *Bs;* quam **O**, tamquam *Novák* | quid] **E**; quis **AB** uis **VD** | interest] inte im **V** | legem] legis **D**; *cf.* **E** ‖ 8 ei *om.* **B** | pulsaverit *Gz* 10 legem (-ge **V**) cauere **C**, caveri *vg* | ne] non **B** ‖ 11 si *om.* **B** | vi] *Kss;* ut **AB** aut **VD²** *om.* **D¹** | sopiti **A** | et] aut **VD** | grauitatem **AB** | 12 excitaverit *Gz* | 14 officioso] **τ** *(Herv);* efficio si **O**, efficio, ut *Bs (Mg)* | *quisquis] quis qui **O**, quis⟨quam⟩, qui *Mg; cf. Konitzer Ztschr. f. d. GW. 1868, 967* | caeciderit **A** caecidit **B** ‖ *verba* possit . . . patrem *(v. 16) om.* **VD** | *fort.* *potest | absoluit **A** | 15 non, quisquis patrem pulsavit] *Bs;* quisquis (*post.* quis *del.* **A²**) patrem (*haec desunt in* **VD**) non pulsauit **O** | 16 *verba* an hic debeat *add. Konitzer* | questionem **AV** | 17 iubente] **Dτ**; libente **C** 18 quam multa] **D²** *(Herv);* multa quam **O** ‖ 19 tyrannus **VD** | non **O** 20 *verba* hoc qui cogente *add.* **E** tyranno ⟨iubente⟩ **D** ‖ misereor **B** | 21 *verba* est . . . non *om.* **O**; ille *add. Bs*, reliqua *add.* **E**

sacrilegus, qui deorum inmortalium dona manibus suis tulit ad tyrannum aut qui funestas tyranni imagines inter effigies deorum
11 immortalium consecravit. an tutus sit qui patre iubente fecit. non cecidit, sed paruit. et illud dixit in narratione: stabat contumax fraterno vultu; intellexi non posse cogi a tyranno. an tutus sit qui pro patria fecit; an hic pro patria fecerit, id est: an illo iam tempore cogitationem tyrannicidi habuerit et hoc animo ceciderit, ut aditum sibi faceret ad amicitiam tyranni. MONTANVS et illam quaestionem ultimam fecit: an, etiamsi quid peccatum est,
12 tanto merito redemptum sit. GALLIO illam quaestionem primam fecit: an ultio caesi patris nullius sit nisi patris. invitum, inquit, me non vindicabis. si a quolibet alieno caesus essem et nollem agere iniuriarum, nemo nomine meo ageret. atqui nihil interest: poena maior est eius, *qui cecidit, ius idem eius,* qui caesus est. contra ait omnibus actionem dari; non enim privatam iniuriam esse, sed publicam; itaque nec taxatione defungi damnatum aut iniuriarum poena, sed manus perdere; ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, ad ipsam rem publicam: tales
13 esse qui fiant tyranni, certe qui tyrannorum amici. et ‖ ultimas fecit has quaestiones: an, si pio animo fecit, non teneatur; an

CD 1 mortalium **AB** ‖ 2 effugies **A** ‖ 3 iubenter fuit **AB** ‖ 4 caecidit **B** ‖ illudixit **B** ‖ narratione] *Kss;* narrationibus **O**, narratione patris *Gz* ‖ contumax] *Gr;* contumati **A** contumaci **BVD** ‖ contumaci frater vultu *Herv* ‖ 5 intellexit *vg* ‖ a *om.* **O** *add.* **τ** ‖ 6 fecit] *Bs;* fit **AB** facit **VD** ‖ 7 caeciderit **AB** ‖ 8 sibi facere <sibi> (*post.* sibi *del.* **A**$^2$) **AB** facere sibi **V** faceret sibi **Dτ**, sic faceret <sibi> *Gz* ‖ amititiam **V** ‖ 9 questionem **A** ‖ 10 questionem **A** ‖ primam *om.* **D**$^1$ ‖ 11 nullus **AB** ‖ inuiti **VD**$^1$ inuite **D**$^2$ ‖ 12 vindicabis] *Bs;* uindicauit **O** uindicabit **τ**, vindicabitis *Kss* ‖ me nemo vindicaret *Herv, fort.* me nemo vindicabit *Schott* ‖ a *om.* **O** *add.* **Eτ** ‖ caesus] caesus <sum> **A** ‖ nullem **V** ‖ 13 iniuria mēmo **A** ‖ atque **D** ‖ 14 paena **A** ‖ *prius* eius *corr. ex* eum **B** ‖ *verba* qui . . . eius *add.* **E** ‖ 15 <Cestius> contra *R. Wachsmuth; cf. 10, 2, 8. 4, 12. 5, 16* ‖ 16 ne **B** ‖ taxationem **A** tacxatione **B** ‖ 17 pona **A** ‖ perdere] **τ**; pedere **AB** pendere **VD**$^1$ praecidere **D**$^2$, *fort.* debere *Kss* ‖ 19 esset **AB** ‖ amici *corr. ex* amice **B** ‖ 20 questiones **AV** ‖ pio] bono *R. Wachsmuth*

pio animo fecerit. et illi quaestioni Latronis, 'an tutus sit qui patre volente fecit', *occurrit:* nunc, inquit, fingis in fili patrocinium, sed tunc noluisti; et adiecit: ne dixeris idem voluisse patrem, quod tyrannum. quaeritis, utri paruerit? tyrannus illum amavit, tamquam sibi paruisset. 'pater' inquit 'voluit': ita tu non tyranno tantum sed etiam patri dignus parricidio visus es? cum descripsisset impium in fratrem, impium in patrem, adiecit: tyrannum quoque tunc, cum amare deberes, occidisti.

Montanvs partem accusatoris declamavit et hoc colore usus 14 est: indulgentissimum fuisse in liberos patrem; nimiam eius pietatem tyranno notam fuisse; itaque illum, qui quaereret pudicis dolorem ex inpudicitia, contumacibus ex servitute, piissimo patri tormentum quaesisse ex filiorum impietate; et induxit illum animose loquentem, qui iussus est prior patrem caedere: 'quid, si non cecidero?' inquit; 'quid facturus es? torquebis? occides? plus est quod imperas, quam quod minaris'. certamen erat in uno homine, utrum plus posset natura an tyrannus. 'caede' inquit: 'non caedo'; 'verbera': 'non ferio'. haec fratre audiente. et illud dixit: cum promitteret amicitiam tyrannus, magis praemium extimuit tyrannici imperi quam imperium. et cum descripsisset cicatrices pulsati patris et deformem adhuc faciem, dixit: ab utroque caesum putes. Montanus tamen aiebat nihil posse melius 15

CD 1 pio] *Schg;* bono **O** | sit] *Kss; om.* **A** est **BVD** || 2 patrem **V** || *fecit', occurrit] fecerit **O**, fecerit', ⟨occurrit⟩ *Mg* || fingit **O** *(Kss, Gz)* | pacinium **B** | 3 *verba* sed tunc uoluisti *(sic) bis scr.* **B** | uoluisti **C**, noluit *Kss,* noluit iste *Gz* || dixeris] *Herv;* dixerit **O** || 4 paruerat (*corr. ex* paruerunt **V**) **AV** paruerat **B** || 6 dignus *om.* **D** *(Kss)* || visus es] **Eτ**; dignus est **C** dignus es **D** *(Kss)* || 7 in patrem] patrem **AB** in patre **V** || 8 quaque **AB** | 10 partrem *(prius* r *del.)* **V** || 11 natam **A** || 12 dolorem] **τ**; colorem **O** || inpudititia **V** | contumatibus **A** | 13 et dixit **O** || animus eloquentem **A** || 14 ius est **V** | priori **AB** || 15 caecidero **B** || quid *om.* **A** || facturus extorquebis **AB** | 17 tyrannis **AB** | caede] **Dτ**; crede **C** | 18 cedo **AV** || 19 amititiam **V** || 20 extinuit **A** || 21 et formaē **V** et (haec **D**[2]) forma est **D** || faciei **D** || 22 ⟨hoc⟩ Montanus *Mg* || tamen *om.* **B** | nihil] non **D**[1] | nihil ⟨hoc⟩ posse Schg, ⟨ut⟩ nihil posset *Bs*

dici *quam quod Marcellus Marcius dixit:* ex hac ‖ parte tyran-
nus iubet, ex altera lex vetat: morieris, si cecideris; morere, ne
caedas. Cestivs dixit: tyrannus imperat, ut patrem caedas: non
est novum. noluisti facere: laudaturum me putas? ego vero non
laudo; alterius ista gloria est: tu fratrem imitatus es*ses!* Argen-
tarivs dixit: tu patrem cecidisti, cum et legem nosses et fratrem.
Montanvs dixit: parricida, violasti patris corpus, polluisti fratris
16 beneficium. ab altera parte hoc colore omnes declamaverunt,
tamquam patre iubente fecisset. Triarivs dixit: in fili mei manus
incucurri. Bassvs Ivlivs dixit: ego me fili mei manibus cecidi.
Haterivs dixit: ago gratias tyranno, quod alterum filium meum
custodiri iussit, ne mori posset. Cestivs ait in narratione: tyran-
nus iubet caedere, exposita tormenta sunt, quid faciat? moriatur,
inquis. hoc dicis: ne caedat patrem, occidat. Fvscvs Arellivs
dixit: conplecti volo istas manus optume de me etiam ante ty-
rannicidium meritas. Gallio dixit: viderit, quantum tibi se putet
debere, res publica; ego plus me quam illam debere tibi iudico:
difficilius est quod me iubente fecisti. Montanvs Votienvs dixit
in narratione: si perseveras, fili, fratrem sequar: videris, utrum
17 caedere patrem malis an occidere. hanc controversiam et ab
Asilio Sabino bene declamari memini. describe, inquit, describe
tyrannum occisum et te cum ingenti gloria ex arce deductum.

**CD** 1 *verba* quam . . . dixit *add. Gz*; *cf. ad p. 419, 21* ‖ 2 si] ni *Fb*, ⟨ni⟩si *C. Schenkl* ‖ caecideris **A** ‖ *fort.* *morieris, ⟨si non cecideris, morieris,⟩ ‖ ne] non **A** ‖ 4 noluistis **A** ‖ 5 lauda **AB** ‖ vero laudo; ⟨at⟩ *Bs* ‖ esses] *Mg;* es **O** ‖ ⟨non⟩ imitatus es *Bs* ‖ 6 caecidisti **AB** ‖ nosse sed **B** ‖ 7 *polluisti] *cf. p. 41, 10;* uoluisti **C**, *sed hoc vocabulum ante* uiolasti *in cod. legitur, unde* parricida ⟨esse⟩ uoluisti **Dτ**; *ut dittographiam del. Bs* ‖ 8 benefitium **V** ‖ 10 incurri **VD** ‖ caecidi **C** ‖ 11 haterrius **B** aterius **D** ‖ 12 custori **AB** ‖ narratione (ne *corr. ex* nis) **V** ‖ 13 faciet **AB** ‖ 14 caedat] **Dτ**; cae(ce **V**)das **C** ‖ 15 optime **D** ‖ 16 tibi] **τ**; sibi **O** ‖ 17 tibi] **τ**; sibi **O** ‖ 18 difficius **C** ‖ iubente] **Dτ**; iuben-tem **C** ‖ 20 ab Asilio] *Kss;* ab tullio eta **ABD**$^{1}$ ab tulliceta **V** ab iulio et a **D**, a Clodio *Schott*, ab Iulio *vg; cf. Kss ann. phil. 1871, 646* ‖ 21 dedamari (i *corr. ex* e **A**) **AB** ‖ *utroque loco* describere **VD**$^{1}$ *corr.* **D**$^{2}$ ‖ 22 occisum (um *corr. ex us*) **V** ‖ te *om.* **D** ‖ ex] et **V**

o te parricidam, nisi post tyrannicidium quoque intellegis, quanto frater tuus honestius perierit, quam tu occideris. illud non probavi, quod multa in re severa temptavit salse dicere. erat ‖ autem urbanissimus homo, ut vobis saepe narravi, ut, quidquid in eloquentia illi deerat, urbanitate pensaret. memini illum, cum Syriacus 18 Vallius, homo disertus, accusaret et videretur laturus calumniam, tristem circa coronam iudici obversari et totiens occurrere eunti Syriaco et quaerere, quid haberet spei, deinde post iudicium, cum Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curam sui egisset: at mehercules, inquit, timebam, ne uno rhetore plus haberemus. et testis productus cum interrogatus esset, 'an accepisset a patre . . . sestertia', dixit accepisse; 'an haberet': negavit; deinde interrogatus, 'an calumniam haberet', ipse, inquit, neglegentiam meam nosti: an habeam, nescio, accepisse me scio. et in Domitium, nobilissimum virum, in consulatu cum thermas prospicientis viam Sacram aedificasset *et* coepisset deinde rhetores circumire et declamare: ego, inquit, sciebam hoc te facturum et matri tuae querenti de tua desidia dixeram: πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα. duas eius urbanas res praeterire non possum. secutus erat 19 in provinciam Cretam Occium Flammam proconsulem. Graeci coeperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratum gereret. mos autem est barbam *et* capillum magistratui Creten-

CD 1 quanto ⟨melius⟩ **D**² 2 honestius] benefitius **V** beneficio **D** ‖ quantu occiderit **AB** 4 urbanissimum **AB** ‖ *post.* ut] et **C** | 5 meminus **V** meminimus **D** ‖ illum, cum] *R. Wachsmuth;* illum **AB** cum illum **VD**, cum *Mg* syricus **B** | 6 ualius **O** *corr.* **D**² ‖ uideret **AVD** ‖ laturus] *Ml, Mg;* latinus **O** latinum **D**² ‖ calumnia **VD** 7 testem **VD** ‖ 9 gratias *bis scr.* **V** ‖ tantum **AB** | suo **AB** sui (*corr. ex* sub **V**) **VD**² ei **D**¹ ‖ 11 cum] ⟨et⟩ cum **AB** 12 *lacunam indicavit* (*fort.* ⟨. xx .⟩) *Mg* ‖ sestertia *bis scr.* **AB** | accepisset **AB** ⟨quod⟩ accepisset (t *del.* **V**) **VD**, ⟨quot⟩ accepisset *vg*, accepisse ⟨se⟩ *Bs* | 13 ipsi . . . nostis *Kss* 14 nestio **A** nescio ⟨an⟩ (an *del.*) **B** ‖ sci **A** ‖ domitum **D**¹ ‖ 16 et *add. Kss* ‖ coeperat **D**¹ rhethores (*post.* h *del.*) **B** rhetoras **D** ‖ 18 quaerenti **V** | tu **B** | ΚΟΛΥΜΒΑΝ **B** | ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΔΕ **C** ‖ ΓΡΑΜΜΑ **B** ‖ 20 prouintiam **AV** prouintia **B** ‖ Occium] *haec huius nominis forma inscriptionibus confirmatur; cf.* **E** ‖ proconsulem] rhetorem **D**¹ ‖ 21 ceperunt **AV** thatro **A** 22 est om. **A** \ et *add.* **E**; ⟨ac⟩ *Bs* (*Kss*) | capillumque **D** (*vg*)

sium summittere. surrexit Sabinus et silentium manu fecit; deinde ait: hunc magistratum ego Romae bis gessi. bis *enim reus* causam dixerat. Graeci non intellexerunt, sed bene precati ‖ Caesari pete-
20 bant, ut *illum* honorem Sabinus et tertio gereret. postea deinde offendit illos tota comitum cohors: oppressi sunt in templo ab omni multitudine, quae postulabat, ut Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur. erat inter infames maxime et invisos homines Turdus. cum Turdus promitteret iturum se, ut inde posset exire, Sabinus silentio facto ait: ego ad Caesarem non sum iturus cum mattea. postea hoc Sabino, cum causam diceret, obiectum est. multa illum diserte dixisse memini, cum introductus esset ex carcere in senatum postulaturus, ut diaria acciperet. tunc dixit de fame questus: nihil onerosum a vobis peto, sed ut me aut mori velitis aut vivere. et illud dixit: nolite, inquam, superbe audire hominem calamitosum:

saepe qui misereri potuit misericordiam rogat.

21 et cum dixisset Seianianos locupletes in carcere esse: homo, inquit, adhuc indemnatus, ut possim vivere, parricidas panem rogo. cum movisset homines et flebili oratione et diserta, redit tamen ad sales: rogavit, ut *in* lautumias transferretur: non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen ipsum lautumiae; illa

CD 1 summittere] **TD**; summitte (-mite **V**) **C** ‖ resurrexit **V** *corr.* **τ** ‖ et *corr. ex* ut **V** ‖ 2 Romae bis] romaeius *vel* romaeuis **AB** ‖ *verba* enim reus *add.* **E** ‖ 3 praedicati **B** interpretati **D** ‖ ⟨a⟩ caesare **D** ‖ petebant] **DEτ**; pebant **C** ‖ 4 illum *add.* **E** ‖ deinde *om.* **$B^1$** ‖ postera dein die *Schg* ‖ 5 ⟨et⟩ oppressi *Schg* ‖ 6 rumam **AB** ‖ 8 iturum *corr. ex* iterum **V** ‖ 11 illum ⟨et tunc⟩ . . . memini. *Bs* ‖ esset] **$D^1$** *(Gz)*; est **$CD^2$** ‖ 12 saenatum **C** ‖ diariam **VD** ‖ 13 quaestus **BVD** ‖ honerosum **AV** onerosum (*post.* o *corr. ex* a) **B** ‖ 14 uuere **B** ‖ et] *Bs;* aut **C** atque **D** ‖ inquit **D** ‖ 15 calimitosum **B** ‖ 16 *trag. fragm. inc. inc. fab. 92 R.* ‖ miseri **B** ‖ 17 Seianianos] *Lipsius;* se anianos (-nus **D**) **O**, se . . ., alios *Mg* ‖ 18 indenatus **AB** ‖ 19 movisset] **Dτ**; uenisset **C** ‖ orationes **C** *corr.* **$V^1$** ‖ redi **A** rediit **$D^2$** *(vg)* ‖ 20 sale **AB** ‖ in *add.* **E** ‖ lautumas **D** ‖ transferetur **C** transferrent **τ** ‖ non est] nē **B** ne **VD** ‖ 21 quod *om.* **D** ‖ lautumiae] **Eτ**; *laudatumiae* (-mae **D**) **O** ‖ illa enim] **E**; ille **AV** illae **BD**

*enim* minime lauta res est. hoc rettuli, ut et ipsum hominem ex aliqua parte nossetis et illud sciretis, quam difficile esset naturam suam effugere. quomodo posset ab illo obtineri, ne in declamationibus iocaretur, qui iocabatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari cum non debuisse quis nescit, potuisse quis credit? MVRREDIVS non degeneravit in hac controversia; nam colorem 22 stultissimum induxit: voluit, inquit, et hic sequi fratris exemplum: dum retineo, dum luctor, visus est patrem cecidisse. unum ex his, quos audivi declamantis, scio MENTONEM usum non patrono patre, sed advocato; ipsum tyrannicidam induxit dicentem et *hoc* colore usus est: non iussum se a patre, quia aiebat incredibile omnibus videri patrem coram tyranno caedi se iussisse, sed inisse se parricidi consilium, ut per hoc ad amicitiam perveniret, per amicitiam ad tyrannicidium. haec eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus adferentem: nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. et illud dixit: iam tum factum esset tyrannicidium, si me frater non dereliquisset. et illud dixit: vos ego tunc respexi, templa leges rem publicam; nam si me tantum spectassem, facile tyrannidem effugissem illa, qua frater effugerat.

CD 1 est *om.* B ‖ retuli D ‖ homine AB ‖ 2 dificile V ‖ esset] *Bs;* est O ‖ 3 quomo V ‖ 4 *iocabatur] *Gz;* uocatur A iocatur BVD ‖ miseriis] D$\tau$; miserit (?) A miseris BV ‖ 7 voluit] $\tau$; uoluit O ‖ 8 lucto risus AB ‖ caecidisse O ‖ unum *om.* B ‖ 9 iis D ‖ dedammantis A declamantes V ‖ Mentonem] *aut hoc loco aut p. 405, 6 Mentonis nomen recte se habere negat R. Wachsmuth* ‖ 10 hoc *add. Thomas* ‖ 11 colorem B ‖ nec colore usus est hoc, iussum *Schg* ‖ 12 credi se A credisse B cedi se V caedi se (se *add.* D$^2$) D ‖ sed *bis scr.* B ‖ inisse se] *Fb;* in his sese AB in his esse VD ‖ 13 parricidi] *Thomas;* tyrannicidi AB tyrannicidae VD, patris caedendi *Gr* ‖ tyrannicidi consilium ⟨et patrem cecidisse⟩ *Konitzer* ‖ amititiam V ‖ peruenirent C ‖ 14 amititiam V ‖ sententiam A ‖ 15 adferentem] D$\tau$; adferente C ‖ 16 feci. et] *Gr;* faciet AB fecit VD ‖ iam tum] *Herv;* quantum C quam tum D ‖ 17 reliquisset AVD ‖ *verba* uos ego tunc respexit *bis scr.* B ‖ respexi] D$^2\tau$; respexit AB resurexi V resurrexi D ‖ 18 expectassem O ‖ 19 faci▒ (em *ceters.*) A facilem B ‖ tyrannidem] *Bs;* tyrannicidem (-dam V) C tyrannicida D$\tau$ ‖ illa] AD$\tau$; illam BV ‖ quam V *corr.* $\tau$

## V.

De vi sit actio.

Quidam duos filios sub noverca amisit: dubia cruditatis et veneni signa insecuta sunt. tertium filium eius maternus avus rapuit, qui ad visendos aegros non fuerat admissus. quaerenti *patri* per praeconem dixit apud se esse. accusatur de vi. ||

1 Ivni Gallionis. Violentus et inpotens senex hominem liberum sinu meo rapui. quod servare tibi difficile est, avo dona. quotiens, miserrume puer, audies *a* noverca: 'quis es tu? fugitive, reductus es?' habui filiam, quamvis iste unum filium *salvum* habeat, fecundam. quam indulgenter puerperia divisit! natus est filius, dixit: 'filius hic meus est'; natus est alter, dixit: 'hic patris est'; natus est tertius, dixit: 'hic avi est'. cum quaereret iste filium, erant, qui suaderent et dicerent: 'tace, meruit excludi'. Cesti Pii. Quam causam rapiendi habui inpotens senex? numquid fratres eius occideram? ignoscite mihi, si tantum filiae meae mandata narro: hanc solam ex meis morientem vidi. habui filiam: de omnibus meis habeo dicendum 'habui'. vagabatur lugubri sordidaque prae-

CD 2 diuisio *corr. ex* deuisitacio V *om.* D || 3 cruditatis] Oτ *(cf. Quint. declam. p. 252, 11 R., Calp. Flacc. declam. 31. 39)*; crudelitatis TE, *fort. recte (cf. p. 261, 16 et Quint. decl. p. 385, 25 R.; de vitio scripturae cf. p. 406, 17)* || 4 uenena B || eius *om.* D || 5 rapuit *om.* B || 6 querenti A || patri *add.* E || 7 accusatus B || 9 ⟨e⟩ sinu D || rapuit D || 10 miserrume] *Bs;* mis(mir B)eruimme AB miser(mise D)rumme VD || a *om.* O || nouercam τ || quis⟨quis⟩ *vg* || es tu] *Gz (cf. p. 417, 4)*; est O, es *vg (Bs)* || fugitiuae V, fugitivus es, *Gz* || *fort.* *tu, fugitive, ⟨qui⟩ || 11 habui] E; habuit C habeat D habeat ⟨mater⟩ τ || filium D || quemuis $D^2$τ || salvum *add. Gz; cf.* E || habeam A || fecundam] E; fecundum AB secundum $VD^1$ ⟨mater habeat⟩ secundum $D^2$ || 12 indulcenter AB || filius] filius ⟨est tertius⟩ AB filius ⟨tertius⟩ (tertius *del.* $D^1$) VD, *fort.* filius ⟨primus ex tribus⟩ *Gz* || 13 patris] *Bs;* matris O || 14 dix A || iste *om.* VD || 16 habui] *Kss;* habeo ut (ut *del.* τ) O habebat *corr.* $D^1$ *(vg)*, habebam *Mg, fort.* habuit, ⟨inquit,⟩ *Gz* || inpotest AB || 18 merientem B || 19 habeo *corr. ex habui* A || *dicendum* (u *corr. ex* a) B || habitu VD || lucubri C

texta; omnes illius miserebantur, quosdam etiam dicentis audivi:
'quid? iste puer matrem non habet? patrem non habet? avum
non habet?' Arelli Fvsci patris. Tres filios filiae meae debes, 2
unum mihi; sine apud me nutriatur. quid times? *ne* non admit-
tare, cum veneris? exposuisse hactenus iuvat; iam nunc fortuna
aut noverca narranda est. ut vidit me, haesit complexibus meis
puer; osculabar miser, interrogabam de fratribus; dum interrogo,
dum fleo, perveneram domum. rogo, ne hoc causam meam peio-
rem fecerit, quod ille, quem rapui, unicus erat. Votieni Montani. 3
Mitte sis praeconem; adice illi omnia in‖signia: 'hic puer matrem
perdidit, fratres amisit, novercam habet': adfirmo tibi, non indi-
cabit quisquis faverit. erras et vehementer erras: filios, quos per-
didisti, non quaeris, quem quaeris, non perdidisti. utra tandem
iustior querella est? pater ab avo unum repetit, avus duos a
patre. Vibi Rvfi. Raptor ille et inpotens, dum moriuntur nepotes
mei, ad ianuam steti: plus habeo quod avo, quam quod reo
timendum sit. Fvlvi Sparsi. Vnus perit, alter perit: totiens for- 4
tunam accusas, numquam novercam. facinus indignum! puer ad
supplicium indiciva patris quaeritur. ad aegrotantem nepotem
veni, non sum admissus: haec vera vis fuit. Argentari. 'Noverca
quos conscios habuit?' nescio: domi non fui. amissa filia volui

CD 1 illi **O** ‖ dicentes **V** ‖ 2 quod **V** ‖ *utroque loco* abet **A** ‖ auun **V** ‖ 4 hapud **B** ‖ ne non] **E**; non **O** ne **D**²**τ** ‖ 5 actenus **C** ‖ 7 puerum **V** ‖ osculabor **B** ‖ dum *om.* **B** ‖ 9 uotie **AB** ‖ 10 mitte sis] *Gz;* mittis **O**, mitte *Fb* ‖ illius *R. Wachsmuth* ‖ 11 indicabit] **Dτ**; indicauit **AB** iudicauit *corr. ex* iudicabit **V** ‖ 12 faverit] *Fb (cf. p. 421, 7);* fuerit **O**, sciverit *Bs*, audiverit *R. Wachsmuth* ‖ et] set **AB** ‖ 13 quem quaeris] *vg (cf. p. 421, 6); om.* **AB** quaeris quem **VD**; *cf.* **E** ‖ 14 que(quae **BV**)rela **O** ‖ ano **D**¹ ‖ 15 ubi **B** ‖ et *om.* **D** ‖ inpotest **AB** ‖ 16 *verba* auo quam quod *bis scr.* **AB** ‖ 17 timendum (dum *corr. ex* tum) **B** ‖ 18 accusans **AB** ‖ facimus **A** ‖ 19 indiciva] *Hertz, Linde;* indicaua **Cτ** indicatā **T** indicaria **D**, indicatione *Gr*, indicina *O. Jahn*, indicatura *Mg* ‖ queritur **A** ‖ egrotantem (*prius* e *corr. ex* a **B**) **AB** ‖ nopotem **B** ‖ 20 sum] **DEτ**; solum **C** ‖ admis **A** ‖ vis *om.* **C** *add.* **Eτ** ⟨res⟩ **D** ‖ fuit ⟨vis⟩ *R. Wachsmuth* ‖ noverca] *Thomas*; per **O**, pater *vg*, puer *Bs*, *fort.* *mulier ‖ *fort.* 'per quos conscios abiit?' *Gz*

aliquem adoptare ex nepotibus, sed aiebam: quid necesse est? quotiens videre volam, in domum veniam, quotiens volam, domum abducam. agamus tamquam adfines: tres habes filios, dividamus; et vide, quam non inprobam divisionem desiderem: ex tribus
5 unum posco. utinam omnis, quos perdidit, quaereret! Blandi. Cum tradere vellem puerum, nescio quis exclamavit: 'puer, nunc peristi'. nihil vobis subtraham; quidni? praeconi quoque omnia indicavi. Mentonis. Rapui nepotem, habeo; redderem, si pater quaereret.

6 Divisio. Montanvs Votienvs in has quaestiones divisit: an in re vis sit. nulla, inquit, vis || est: quae arma, quam pugnam, quae vulnera habet? volo mihi describi comitatum istius tumultus: quae turba est unus puer et unus senex? rapuisti, inquit, filium meum: immo nepotem suum sustulit, immo venientem non potuit excludere. an, si pro illo fuit fieri vim, quoi facta dicitur, non teneatur qui fecit. vis iniuriosa damnatur; solet enim esse et salutaris. cum latrones aliquem obsiderent, si perfodissem villam *et* armata manu coniugem liberos*que* eius rapuissem, accusari posset beneficium meum? et medici alligant et corporibus nostris, ut medeantur, vim adferunt. an pro illo fuerit rapi. hoc loco accusatio novercae et insectatio patris tam patienter suos
7 perdentis. Gallio et illam quaestionem fecit et prius sumendam quaestionem putavit ex persona quam ex re: an cum avo nepotis nomine agi possit; non magis, inquit, quam cum patre fili

**CD** 1 aliquem] quem **AB** || 2 in *del. Gr* || *prius* domum *corr. ex* domo **A** || in domum *del. Thomas* || quoties **AV** || ⟨in⟩ domum **VD** 3 adducam **AD** 4 non *om.* **B** || ex] ⟨et⟩ ex **O**, ⟨ecce⟩ ex *Schg* || tribunum **AB** || 5 perdidit ⟨cred⟩quereret **A** || 7 quoque *om.* **D** || 10 in h⟨in h⟩as **A** || questiones **AV** || 11 *prius* vis] **Dτ**; uisus **A** usus **B** uisu **V** || quae pugnam **Dτ**; *cf.* **E** || 12 ⟨non⟩ habet **DEτ** || ipsius **A** tumulus **AB** || 14 meum] suum **τ** || sustuli **τ**; *cf.* **E** || 15 potui **τ**; *cf.* **E** || quoi] cum **D** que **τ** || 17 latronem **A** latrone **B** || aliquid **VD** || 18 et *add. Schg* || armatam **B** || liberosque] *cf.* **E**; liberos **O** || rapuissem] **Dτ**; rapuisset **C** || ⟨an⟩ accusari *Schg* || 19 possem **D** || benefitium **V** || meum ⟨est⟩ **D** || 20 rapi] **Dτ**; rapui **C** || 21 suos] **Dτ**; uos **C** || 22 questionem **A** || 23 questionem **AV** *24 agi non possit* magis **A** || cum] pro **D**

nomine, non magis quam cum matre. habet sua iura natura, et
hoc inter avum patremque interest, quod avo suos servare licet,
patri et occidere. non potes, inquit, sic mecum agere tamquam
cum alieno, ut dicas: 'quid tibi cum illo? quis es tu?' cuius
intestati filius tuus heres futurus est, quem dementem alligaturus
est. quaedam iura non lege, sed natura nobis attributa. nepo-
tem suum avus peccantem aliquid et inter pueriles iocos petu-
lantius lascivientem feriet, nec iniuriarum quisquam cum illo
aget. et ultimam illam Gallio fecit, cum tractasset illa: 'licet 8
mihi, ut prosim, vim facere', deinde: || 'huic profuit': an avo
ignoscendum sit, cum pro nepote adfectu *ab*latus fecerit. hoc
loco tractavit, quam indignum esset damnari illum ob hoc. Latro
duas ultumas quaestiones aliter posuit et plus conplexus est:
etiamsi vim fecit, an tamen damnari non possit, si bono animo
fecerit; *deinde: an bono animo fecerit.* ait enim et de animo
fieri controversiam avo et dicere patrem: non ut nepotem ser-
varet, fecit, sed ut infamaret uxorem meam tamquam veneficam,
me tamquam veneficae emancipatum, quoi male liberi sui com-
mitterentur.

Colore ergo Latro hoc eodem usus est pro patre, ut diceret 9
ne viva quidem uxore bene sibi cum socero convenisse, mortua
vero professas inimicitias illum gessisse secum. languente puero

**CD** 2 patremquae **V** || suos] uos **V** || *verba* que interest quod auos uos *bis scr.* **AB** *post. loco del.* **A**[1] || 3 et] etiam **D**[2] || sit **V** *corr.* **τ** || 4 *post.* cum *om.* **C** *add.* **Dτ** || quis es] *Ml;* qui es **C** quis est **D**, *fort.* *quis || tu *om.* **D** || cuius *om.* **VD** || 5 est] *Schg;* sit **O** || *verba* quem dementem alligaturus est *non suo loco posita esse cens. O. Jahn* || 6 lege] **Dτ**; leges **AB** legem **V** || adtributa **AB** || 7 suus **D**[1] || 8 fieret **B** || 9 illa galldio (d *del.*) **V** || 10 ut prosim, vim] *Schg;* ut proximum **O**, etiam prosit, vim *Linde* || avo] **D**[2]**τ**; alio **C** alii **D**[1] || 11 nepotem **A** || ablatus] *Gr;* latus **O**; *cf. p. 419, 10* || 12 ob] **D**[2]**τ**; ab **O** || 13 ultimas **VD** || questiones **AV** || ⟨hoc⟩ plus *Ml* || 14 etiam suum **A** || bona **B** || 15 *deinde *add.; verba* an bono animo fecerit *add. Schg; cf. p. 119, 15. 132, 6* || 16 et *om.* **B** || 17 taquam **A** || beneficam **AB** || 18 benefice **AB** uenefice **VD** || quoi] *Schott;* quo **C** cui **D** || commu(-mi **B**)terentur **AB** || 21 ⟨priore⟩ uxore **E** || mortua] **Eτ**; tua **AB** tuas **V** suas **D** || 22 professas] **D**; professa sim **C** professus **τ** || ini-mititiam **A** || languente] **Dτ**; languentem **C** || uero ⟨genero⟩ **D**

venisse illum cum convicio, cum vociferatione, nefaria et dicentem et auspicantem: auctores amicos *fuisse*, ne admitteret hominem non ad officium nepotum, sed ad invidiam et contumeliam generi venientem, qui ad sanos nepotes numquam dignatus esset accedere; medicos vero suasisse, ne veniret et puerum confun-
10 deret et impleret suspicionibus. Silonis Pompei color fuit, ut Latroni videbatur, qui controversiae repugnaret; dixit enim venisse avum ad inbecillum puerum. ad aegros non semper admitti, utique ad eos, qui graviter aegrotent; saepe et patrem non admissum; sic avo quoque intempestive venienti dictum: 'nunc non potes'; statim cum convicio abisse. in altero idem fecisse. Latro aiebat ‖ hunc colorem optumum esse, si res ita esset, sed recipi non posse, quia ponatur: 'non est admissus'; sub hoc themate intellegere nos non hoc illi dictum: 'nunc non
11 potes', sed 'ex toto non potes'. Gallio utrumque miscuit et hoc colore, qui videri potest alioqui thema evertere, paratius usus est. dictum est, inquit, illi: 'quiescit puer, paulum commorare; medici vetuerunt quemquam admitti'. scitis solere illos dicere: 'nec si pater venerit'. protinus iste clamare coepit: 'testor me non admitti' et tantum non tabellis signatis denuntiare. avum distuleram, accusatorem exclusi. iterum, inquit, venit cum convicio: 'iam unum occidistis, alterum occiditis'. nihil est miserius quam ubi aliquoi ex miseria sua invidia quaeritur. non est ad-

CD 1 nefaria] **D**$\tau$; nefariam **C** ‖ 2 ⟨habere⟩ amicos **D** ‖ fuisse] *Bs;* se **O**, habuisse *Schg* ‖ 3 oficium **A** offitium **V** ‖ uiduam **A** uidiam **B** ‖ 4 geri **C** ingeri **D**[1] ingerendam **D**[2] ‖ suos **D** ‖ 5 medico **D** ‖ 6 suspitionibus **A** superstionibus (t *corr. ex* p) **D** ‖ 7 Latroni] latro in **V** ‖ 8 ⟨proximos⟩ admitti **D**[2] ‖ 9 *aegrotent] egrotant **O**, aegrotarent *Otto* ‖ sepae **A** ‖ 11 conuiuio **AB** conuitio **VD** ‖ abissis **A** ‖ 12 obtumum **AB** ‖ res ita esset] *Bs;* recitasset **O** ‖ 13 sed] se **VD** ‖ 14 *post.* non *om.* **B** ‖ 15 miscui **AB** ‖ 16 uidere **AB** uidere (-ri **D**[2]) ⟨non⟩ **VD** ‖ thema evertere] **D**$\tau$; the (thae **A**) meae uertere **C** ‖ *paratius] *cf. 10 pr. § 16;* partius **C** pertius **D**, parcius *vg,* apertius *Kss,* aptius *Novák,* peritius *Gz* ‖ 19 cepit **A** ‖ 20 *post.* non] nunc **D**[2] ‖ 21 ⟨veni -⟩ venit ⟨; sed⟩ *Schg* ‖ conuitio **AD** conuiuio **V** ‖ 22 alterum *om.* **A** ‖ occiditis] *om.* **A** occidistis **BVD** ‖ *mirerius* **B** ‖ 23 aliquoi] *Bs;* aliquo **C** alicui **D** ‖ queritur **A**

missus, cum diceret se nepotem suum non videre velle, sed in-
spicere. **sic egit: veni, non ut istum accusarem, sed ut me
defenderem. Gallio hoc colore usus est: non admisi avum, quia
dictum erat mihi hoc illum animo venire, ut raperet.
Ex altera parte colorem hunc Cestivs induxit: timuisse se 12
de puero. *nec* frustra, inquit: duos occiderat noverca. et ait:
vellem ad vos nocentior venirem reus, vellem tres rap*tos habe*-
rem. Argentarivs hoc colore usus est: rogatum a puero avum.
negabat, inquit, posse se vivere, si in illa relinqueretur domo.
Hispanvs hoc colore usus est: affectu se ablatum. sustuli, in-
quit, nepotem meum; non potui satiari osculis, non potui ab illo
tam || cito distrahi. nolite mirari: post longum tempus illum
videram. Albvcivs hoc colore usus est, ut diceret noluisse illum 13
in tam infausta domo educari, ex qua duo iam fratres eius elati
essent; *ei*, qui postea decessit, inter causas moriendi casum fratris
fuisse. et servavit hunc colorem, ne quid in novercam, ne quid
in patrem diceret; aiebat iustissimum futurum avum, si tantum
defendere se voluisset. quid ergo? quare rapuisti? amabam; huic
maxime ab initio animum meum addixeram. in domo vestra
nihil praeter ipsam domum timui. si apud me duo decessissent, ex
domo illum mea transtulissem. *MONTANVS VOTIENVS* Marcellvm 14

CD 2 *rhetoris nomen intercidisse perspex. Petreius* || sic] **D**$\tau$; se **C** || *verba* sic egit ... defenderem *(v. 3) in v. 18 post* voluisset. *inserenda esse cens. Kss* || sed] et **AB** || 3 *Gallionis nomen aut hoc loco aut p. 418, 15 mutandum esse cens. R. Wachsmuth* | Gallio ⟨et⟩ *Gz* || admissi **A** || *verba* quia ... animo *(v. 4) om.* **A** || 4 erāt **B** || 5 certius **A** || 6 nec *add. Fb;* ⟨nec vero⟩ *Fr. Kuhn* || 7 raptos haberem] *Ml, R. Heinrich;* raperem **O**, rapuissem *Schg 'aliique ante eum'*, rapere potuissem *Kss*, haberem *Fr. Kuhn, Gz* | vellem ⟨possem:⟩ tres raperem *Thomas Herm. 21, 50* || 8 *verba* rogatum ... usus est *(v. 10) om.* **A** || 10 affectu se] *Bs;* affectus ex **C** affectu esse **D**$\tau$, affectu se esse *Otto* | 11 potui ⟨inquit⟩ satiari **VD** || illo ⟨inquit⟩ tam (inquit *del.*) **V** || 13 noluisse] **D**$\tau$; uoluisse **C** | 15 ei *om.* **O** *add.* **D**² || casum] c̄u **A** casu **V** || 16 hunc] hoc **AV** *corr.* **V**¹ | *priore loco* nequit **AB** | *post. loco* nequit **BV** | 17 tutissimum *Schg* || 18 uoluisse **A** | 19 maximae **AB** | addixeram] **D**$\tau$; addixam **C** || 20 nihil *om.* **C** *add.* **D**$\tau$ (nil *ante* in domo *[v. 19] add. Gz*) | 21 meam **C** || Montanus Votienus *add. Bs, Kss; cf. p. 410, 1. 429, 17*

MARCIVM aiebat sic narrasse: puer me secutus est. non criminor vobis illum; quidquid est, *meo* potius quam illius periculo fiat: ego rapui. 'ubi est?' inquit. vivit, salvus est: veni et cum voles aspice. 'redde' inquit. non ego asper; age, monstrabo si vis, quis ante me tibi filios abstulerit. VARIVS GEMINVS eundem sensum dixit: quae est ista aut tam *sera pietas aut tam* praepostera?
15 quaerere tuos a tertio incipis. MONTANVS VOTIENVS, homo rarissumi etiamsi non emendatissimi ingeni, vitium suum, quod in orationibus non evitat, in scholasticis quoque evitare non potuit, sed in orationibus, quia laxatior est materia, minus earundem rerum adnotatur iteratio; in scholasticis si eadem sunt quae dicuntur, quia pauca sunt, notantur. memini illum pro Galla Numisia apud centumviros tirocinium ponere. ex uncia heres erat patris sui || Galla. obiciebatur illi veneficium. dixit rem disertissumam et omnibus saeculis duraturam, qua nescio an quicquam melius in eiusmodi genere causarum dictum sit: uncia nec filiae debetur nec veneficae. non fuit contentus; adiecit: in paternis tabulis filiae locus aut suus debetur aut nullus. etiamnunc
16 adiecit: relinquis nocenti nimium, innocenti parum. ne sic quidem satiare se potuit; adiecit: non potest filia tam anguste paternis tabulis adhaerere, quas aut totas possidere debet aut totas per-

**CD** 2 quitquid **B** || meo *add. Nicotius* || siat **B** || 3 veni et] uenit **AB** || 4 aspicere **VD** || reddere (*post.* re *del.*) **V** || *non] suo **C** ⟨patri⟩ suo **Dτ**, 'suis'. o *C. Schenkl* || aie **B** || ⟨patri⟩ suo ⟨, raptor .⟩ ego raptor? age ⟨modo⟩ *Schg*, Silo ⟨haec dixit:⟩ ego asper! age *R. Heinrich*, non nego, asportavi . age *Novák* || 5 tibi *om.* **D¹** || 6 aut tam] aucta **VD¹** cura **D²** || *verba* sera pietas aut tam *add.* **E** (aut *ins. Bs*) || 7 duos **D** || a] ad **B** || rarissimi **D** || 9 scolasticis **B** || 10 laxatior est materia] **τ**; laxatiorem materiam **C** laxior est materia **D** || ⟨ex⟩earundem **C** || 11 adnotatus **B** || scolasticis **BD** || 12 Numisia] *Rom;* num misi **O** || 13 untia **AB** unctia **V** || erat *om.* **D** || patri **B** || 14 Galla] **τ**; gallo **O** *corr.* **D¹** || obitiebatur **B** || veneficium] **τ**; benefitium (-cium **AD**) **O** || disertutumam **A** diseruitutumam **B** diss(dis **D**)ertissimam **VD** || 15 qua] **Dτ**; que **A** quae **BV** || 16 generae **V** || untia **A** untio **B** unctia **V** unciam **D** || 17 debe **D¹** deberi **D²** || beneficae (-ce **B**) **AB** || contemptus adgecit **B** || 18 filiae] *Herv;* fili **A** filio **BVD** || aut suus] **Dτ**; ausus **C** || etiamnunc] et nunc **O** || 19 nec **D** || sic] sit **AB** || quidest **B** || 20 se potui **AB** || angustae **V** || 21 prius totas] **Dτ**; tota **C**

dere, et plura multo, quae memoria non repeto; ex eis quaedam in orationem contulit et alia plura quam dixerat adiecit. nihil non ex eis bellum est, si solum sit; nihil non rursus ex eis alteri obstat. idem in hac declamatione fecisse eum memini. erras, inquit, pater, et vehementer erras: quos perdidisti non quaeris, quem quaeris non perdidisti. deinde: puer iste, *si* invenitur, perit. deinde: quisquis puero favet, ne inveniatur, optet. deinde: puer, nisi avum sequitur, fratres secuturus est; desine quaerere, quem, si inveneris, sic perdes, ut invenire non possis. et deinde: rapuit istum avos, ne raperet noverca. et deinde: unum tantum pater ex liberis suis quaerit, qui salvus est. Glycon 17 hunc sensum semel dixit nec genere corrupto: τοῦτο τὸ παιδίον, ὅταν εὑρεθῇ, τότε ἀπολεῖται. habet hoc Montanus vitium: sententias suas repetendo corrumpit; dum non est contentus unam rem semel bene dicere, ‖ efficit, ne bene dixerit. et propter hoc et propter alia, quibus orator potest poetae similis videri, solebat Scaurus Montanum inter oratores Ovidium vocare; nam et Ovidius nescit quod bene cessit relinquere. ne multa referam, quae Montaniana Scaurus vocabat, uno hoc contentus ero: cum Polyxene esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dicit:

cinis ipse sepulti
in genus hoc pugnat.

poterat hoc contentus esse; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

CD 2 oratione **O** ‖ pura **AB** ‖ 4 alteri (i *corr. ex* a) **A** ‖ id est **AB** ‖ hac *corr. ex* han **A** ‖ 5 *verba* non quaeris . . . perdidisti *(v. 6) om.* **A** ‖ 6 quemque iurum **B** quemque iris non **V**; *cf. p. 415, 13* ‖ si *add. Bs* ‖ inuentus **VD** ‖ 7 obtet **A**, optat *Schg* ‖ 8 securus **AB** ‖ 9 non *om.* **B** ‖ 10 *prius* et *om.* **B** ‖ rapuisti istum **A** ‖ auus **VD** ‖ 11 clicon **AB** clycon **V** ‖ 12 *nec] *Gz;* sed **O** ‖ et genere ⟨non⟩ *Schg* ‖ ΤΟΥΤΟΤ ΠΑΙΛΟΝ ΟΤΑΝ ΕΤΡΕΟΗ ΤΟΤΕ ΑΠΟΛΕΤΑΙ **C** ‖ 14 contentus (*sup.* us *scr. est* r.) **B** ‖ unum **AB** ‖ 16 quib **AB** ‖ potes potae **AB** ‖ 17 *cf. p. 289, 1* ‖ 18 necscit **C** ‖ ne] *Ml, Mg; om.* **AB** non **VD** ‖ 20 adducta **E** ‖ achilis **BV** ‖ simu(-mo **B**)laretur **AB** ‖ he(hae **B**)cubat **AB** haecuba **V** ‖ 22 *Ovid. met. 13, 503 seq.* ‖ 23 pungnat **B** saeuit cod. Ouidiani

nec hoc contentus est; adiecit:

Aeacidae fecunda fui.

aiebat autem Scaurus rem veram: non minus magnam virtutem esse scire dicere quam scire desinere.

## VI.

Venefica torqueatur, donec conscios indicet.

Quidam mortua uxore, ex qua filium habebat, duxit *alteram* uxorem et ex ea filiam sustulit. decessit adulescens; accusavit maritus novercam venefici. damnata, cum torqueretur, dixit consciam sibi filiam esse. petitur puella ad supplicium. pater defendit. ||

1 Cesti Pii. Non est, quod putetis has lacrimas aut filiae esse aut reae: fratrem *flet.* non prodesset tibi, puella, ne hoc quidem, quod te frater amavit, nisi mater odisset. hoc me occidisti, noverca, quod scisti consciam eligere. paene dixi: ante actam eius vitam excutiamus. Fvlvi Sparsi. Nefaria mulier, filiae quoque noverca, ne mori quidem potuit, nisi ut occideret. inter gladiatores quoque victoris condicio pessuma est cum moriente pugnantis. nullum magis adversarium timeas quam qui vivere non potest,

CD 1 hoc] **Eτ**; hic **O**, his *Bs* || 2 aeaccidae (-de **B**) **AB** eacidae **V** || 3 re **A** || magnum **AB** || 4 desinere *corr. ex* desinire **A** || desinere quam scire dicere *R. Wachsmuth* || 6 *cf. Calpurnii Flacci decl. 12* || beneficator que (quae **B**)ratur **AB** || consundicet **A** conscindicet **B** conscios diceret (dicat **V²D**) **VD** ⟨aliam⟩ duxit *Bs* || 8 alteram *add.* **E** || et ex] ex qua **D¹** || 9 accusabit **AB** || benefici **AB** || damnata] **Dτ**; dam (damp **V**) nati **C** || 10 torquiretur **B** || dixit sibi consciam (*corr. ex* conscientiam **D¹**) sibi (*post.* sibi *del.* **V²** *om.* **D**) **VD** || 11 supplicium (um *corr. ex* am) **V** || 13 reae] *Bs;* re **AB** me **VD** || patrem **D²τ** || flet *add. Bs;* ⟨desiderat . pater⟩ *Mg* || 14 me *om.* **B** || odisti **V** || 15 consciam meligerem **AB** conscia (-iam **D**) me eligere (eligi **D²**) **VD** || pene **AV** paenae **D**, poenae . *vg* || dixi] *Kss;* dixit **O** || eligere. in fine dixit *Novák* || 17 ut] et **E**, *fort.* *ut ⟨et⟩ || 18 conditio **BVD** || ⟨per⟩pessuma (per *extern.*) **A** *pessima* **VD** || moriante **B** || pugnatis **V** || 19 qui **A** || potes occidere ⟨non⟩ *potest (non del.)* **A**

occidere potest. Vibi Galli. Concitatissuma est in morte rabies, 2
et desperatione ultima in furorem animus impellitur. quaedam ferae tela ipsa commordent et ad mortis auctorem per vulnera sua ruunt. abscisa missione gladiator quem armatus fugerat, nudus insequitur. praecipitati non quod impulit tantum trahunt sed quod occurrit, et naturali quodam deploratae mentis adfectu morientibus gratissimum est commori. Votieni Montani. Dum 3
filium vindico, ubi gravissime mihi noceri posset, ostendi. veneficio simile mendacium! si in *noverca vix* credibile est parricidium, in sorore creditis? non timeo, ne quis hoc in sorore credat, quod ego vix probavi in noverca. natam mihi filiam quasi futuram pacis obsidem sustuli; aiebam: dum matris meminit, obliviscetur novercae. at illa, dum novercae meminit, matris oblita est. 'filia' inquit 'mihi conscia est'. post hanc vocem remissa putares tormenta: similis facta torquenti est. soror fratri venenum dedit? quamdiu luctati sumus, ut crederetur noverca privigno dedisse! noverca, quod volueras consecuta es: damnasse iam paenitet. Argentari. Facio rem, iudices, non novam: liberos 4
meos a noverca vindico; peto, ne, quia filium vindicavi, filiam perdam. nisi succurritis, noverca vicit, ego victus sum. duxi nescio peiorem uxorem an novercam. hoc mihi carior est, quod tam invisa matri fuit. Corneli Hispani. Si conscia esset, neminem

CD 1 uiui **C** || concitatissima **D** || est *om.* **VD** || morte] *Schg* (*cf.* **E**); mortem **O** || rabies, et] *Bs* (*cf.* **E**); rabie (-bies **VD**) est **O** || 3 ad] in **E** || 4 runt **AB** || abscissa **VD** || fugerat] **Dτ**; fueram **AB** fugeram **V** || 6 mortis **D**[2] || 8 noceri] *Gz;* nocere **O** possit **D** || ostendi] **τ**; ostendit (i *corr. ex* e **V**) **O**; *fort.* *ostendi . o (*cf.* **E**); *cf. p. 279, 1* || ueneficio] **E**; beneficium (-tium **V**) **O** ueneficium *corr.* **D**[1] || 9 mendatium **A** (*cf.* **E**) mendacio **B** ⟨est⟩ mendatio (-cio **D**) **VD** | si in noverca vix credibile] *Gz* (*sed* fere incredibile *pro* *vix credibile *scr.*); si incredibile **O** sic (sicine *Bs*) credibile esse *Rom, Bs* || *de Montani iterationibus cf. p. 420* 11 quod⟨am⟩ (am *del.*) **D** || 12 futuram] *Bs;* futura **AB** futurae **VD** || paci **D**[1] || meminit] **Dτ**; memini **C** || 14 filiam quid mihi **A** || vocem] **Dτ**; uocae **A** uoce **BV** || emissa **D** || 15 facta] **A**[2]**VD**; facta ⟨tormenta⟩ **A**[1]**B**, facta ⟨torta (*vel* tormentata)⟩ *Bs* 16 ut] et **AB** || prigno **A** || 17 damnasse ⟨te⟩ *Gz* || 19 peto, ne] **E**; nepote ne **O** pote ne **A**[2] || 22 inuisam **A** || mater **D**[2]

expectarem: scitis, quemadmodum veneficam oderim. instabam tormentis, aiebam: morere peius quam occidisti; non satis mihi ardere ignes videbantur, non satis insidere verbera; dixi: si quid adicere tormentis tuis possum, *faciam; possum,* puto: iubebo filiam adferri; vocet hoc aliquis! matrem quid expavisti, puella? quid ad sinus meos refugisti? quid extimuisti tamquam novercam?

5 Marvlli. Ne inter supplicia quidem desit occidere: et hanc quisquam putet non potuisse venenum sine conscia dare? puella, quae occidisse fratrem dicitur, quid ante peccavit? noverca quoque ante privignum occidit quam filiam. haec bonae spei est; quaeritis argumentum? matri suae non placet. Arelli Fvsci. Etiam cineribus tuis infesta est noverca; quod unum potest, persequitur sororem tuam. quid potest adhuc nosse nisi fratrem? prosit illi apud vos, quod illam pater laudat, et prosit, quod talis

6 mater accusat. Mentonis. Non misereris huius? miserior est quam || frater: ille habuit sine dubio novercam, *haec matrem noverca peiorem. 'conscia' inquit 'est filia'. ego torqueri coepi, noverca* torquere. consecuta es, mulier, quod voluisti: solus omnium magis sensi novercam cum perdidi. Porci Latronis. Habui filium tam bonum, ut illum amare posset etiam noverca, nisi in eam incidisset, quae posset etiam filiam odisse. hucine saecula reccide-

CD 1 expurgarem *Thomas* || benefica AB || 2 occidisti] *Gr;* odisti O || 3 nisidere A, incidere *Kss* || uerba AB || ⟨o⟩ si quid . . . possim! puto, *(v. 4) Schg* || 4 adiece A adiecere B || *faciam; possum *add.;* ⟨possim, faciam.⟩ possum *Thomas* || uidebo AD¹ || 5 adduci *Ml* || hic V huc D *(cf. ad p. 45, 16),* hanc *Fb* || aliquis ⟨ad⟩ matrem . quid *Schg* || *prius* quid] quis V || expauisci (-scis V) C expauescis τ || 6 sinos V || extimuisti ⟨matrem⟩ *(del. voc.* matrem *in v. 5) Gr* || nouerca C *corr.* A² || 7 marilli C maryllii D || desiit D *(Bs),* desinit *vg* || 8 dere A || 9 peccaui A || 10 haec] *Schg;* et O, sed *Otto* || bone *corr. ex* bene A || 11 suis O || 12 inferta B || insequitur D || 13 adhuc nosse *corruptum videtur* || nisi ⟨sororem⟩ (sororem *del.*) D || 16 *verba* haec matrem noverca peiorem *add. L. Spengel (sed* tu *pro* *haec *scr.);* ⟨hanc ipsa mater occidit⟩ *Vahlen,* ⟨huic mater noverca facta est⟩ *Gz* || 17 *verba* conscia . . . noverca *add.* E || 18 es] Dτ; est C || magis (g *corr. ex* l) B || 19 perdidisti D *corr.* D¹ || latroneis (-nes B) AB || 20 *verba* ut illum *bis scr.* A *post. loco del.* A² || 21 huc *mea D* || *saecula] Mg;* scelera O || recci (reci D) dererunt O

runt, ut parricidium puellare sit? ita si magnitudinem rei non intellegit, num est idonea parricidio? 'sed veneficae' inquit 'filia est'. si parentes inspiciuntur, cur non potius patri videatur similis, cui placet, quam matri, cui displicet? denique non recuso, quo minus in illa vel matris exigatur imitatio: illa, cum huius aetatis esset, nec noverca erat nec venefica. Albuci Sili. Duxi uxorem 7 nullis adhuc inquinatam fabulis nec miror innocentem tunc fuisse: adhuc puella erat. Blandi. Vt scelerata sit, nempe matri suae similis est, ante veneficium oportet faciat quam parricidium. 'filia' inquit 'conscia est'. di te perdant! etiam dum torqueris, occidis. servus tortus Catonem conscium furti dixit. quid agitis? utrum plus creditis tormentis an Catoni? Buteonis. Si conscius a te, puella, quaeretur, nominato patrem. quod noverca tam sero, puella tam cito? 'filia' inquit 'conscia est'. male pereas! at ego te putabam unius novercam. Triari. 'Filia' inquit 'tua conscia 8 est'. videbatur sibi post hanc vocem vicisse. amissum fratrem flevit in funere, totius populi lacrimas suis expressit; itaque illam noverca peius perire voluit quam privignum. 'filia' || inquit 'conscia est'. hoc ultumum fuit novercae veneficium. Q. Hateri. Succurrite, quaeso, ne, cum torta sit, quia filium meum occiderat, filiam etiam, dum torquetur, occiderit. liberos effero semper unius mulieris aut mendacio aut veneno. non flet quantum reae satis

CD 1 puellae (puelle **B**) re **C** puellae **D**, puellaris res *Mg* || ita] ista (. . . non est idonea parricidio .) *Schg, qui tamen alteram suam loci constitutionem praefert,* illa (. . . non est idonea parricidio .) *Bs, del. Mg* || 2 *num] non **O**, *del. Schg; cf. Otto ann. phil. 1885, 430* || benefice **C** || 3 est'. si] **τ**; isti **C** istius **D** || pati **AB** || 5 illa] *fort.* filia *Kss* || imatatio **B** || illa *om.* **B** || 6 esset] erat **D** || benefica **AB** || 7 nullis] **BDτ**; nullus **AV** || inquinatum **AB** || 8 inempe **A** mempe **B** || matris **AV** *corr.* **V**[1] || 9 beneficium (-tium **V**) **C** || 10 dum] cum **D** || occidis] *Gr;* occidisti **O** || 11 furti] fuisse **τ** || 12 catoni (i *corr. ex* e) **A** || 13 queretur **A** || quid? *Schg* || 14 *post* est *in* **D** *add. est:* hoc ultimum fuit nouercae ueneficium *(cf. v. 19), del.* **D**[1] || 15 putabam (p *corr. ex* b) **V** || 17 lacrimis **V** ⟨habitum⟩ lachrymis **D** || 18 noverca] **Dτ**; nouercam **C** || 19 ultimum **AVD** || beneficium (-tium **V**) **C** || Q.] quae **B** || aterii (c *sup.* a *superscr.*) **D** || 20 quia] *Kss;* qui **C** quae **Dτ** || 21 cum **A** || 22 mendatio **AV** || rae **A**

est. quemadmodum illi extorquebo lacrimas? adferte mihi imaginem fratris; videte subito desiderio fletus concitatos: numquid talem vultum, cum mater torqueretur, habuit?

9 Pars altera. Triari. Si odissemus te, pateremur cum eiusmodi filia vivere. quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur; venena statim radicibus pestifera sunt. quantum illi ad scelera aetatis adiecit quod illam noverca peperit? quid illa, quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum, quod et sorori conveniat et virgini.

10 Divisio. Cestivs in duas partes coniecturam divisit et primum quaesiit, an illi conscia opus fuerit; deinde: si opus est aut fuit, an hanc habuerit. non servavit autem modum; nam et illum locum diu tractavit: non posse sororem in mortem fratris impelli, et interim tam puellam voluit videri, ut nulli esset idonea ministerio. itaque elegantissime deridebat Montanvs Votienvs in hac controversia ineptias rhetorum, quod sic declamarent, tamquam haec, quae *puella* nominata est, infans esset, nec intellegerent, si talis esset, ne futuram quidem ream. itaque hoc debemus, inquit, nobis proponere: puellam eius aetatis, in qua est fortasse credibile scelus. illud qui|dem intolerabile esse aiebat, *quod* induxerat Cestius matrem dicentem filiae: 'da fratri vene-
11 num', *filiam respondentem: 'mater, quid est venenum?'* Triarivs multo rem magis ineptam, quia non invenit illam, sed conrupit;

CD 1 quemammodum **BV** ¦ 3 tale **V** ¦ 4 triaria **C** triarii **D** ‖ 6 venena] **DEτ**; uenenas **C** ¦ pestiferas (*om.* sunt) **V** ‖ 7 aetas adiciet **D** *(Schg)* noverca] **Dτ**; nouercam **C** ‖ 8 *cf. Sen. Med.* 173 ¦ sequenti **VD** ‖ patris] **E**; patri **O** ‖ spersit **D** ‖ abes **A** ¦ 9 *prius* et] in (?) **D** ¦ 10 certius **B** ‖ 11 illi] **VDτ**; ulli **A** ili **B** ¦ ⟨si⟩ deinde **AB** ‖ *verba* est aut *om.* **D** ¦ 14 et interim] *O. Jahn;* et iterum **Oτ** etenim **T**, ceterum *Fr. Kuhn* ‖ 16 quod] qd **V** ¦ 17 puella *add. Gz; fort.* ⟨conscia⟩ *Bs* ‖ 18 tales essent (n *del.* $V^2$) **V** ¦ futura **AB** ¦ 19 debemus] **Dτ**; demus **C** ‖ 20 est fortasse] *Kss, Mg;* et torta **O**, est certe *Ml* *verba* scelus . . . intolerabile *om.* **A** ‖ intollerabile **BV** ⟨sed⟩ intolerabile **D** ¦ aiebat] **Dτ**; aiebas (s *corr. ex* t **V**) **C** ¦ 21 quod *add. Bs* ¦ certius **B** cestips **V** *corr.* $V^1$ ¦ 22 *verba* filiam . . . venenum *add. Bs;* ⟨feceratque illam respondentem . . . venenum⟩ *Schg* ‖ 23 rem multo Otto ‖ conrupit] *Kss;* concupit (-piit **VD**) **O**

nam ex Cesti sententia traxit; induxerat novercam dicentem: 'da fratri venenum'; fecit illam respondentem: 'mater, et mihi da'. quid enim est tam absurdum quam matrem sic locutam cum puella: 'da fratri venenum'? non ferebat nec illam Triari sententiam, qua aliter Haterius usus est, cum ad epilogum pervenisset: hoc loco debebat reus flere; num flet puella? inveniam, quemadmodum fleat; *adferat* aliquis hoc imaginem fratris. illa enim, si tam puella est, ut dicat: 'mater, quid est venenum?', non potest tantae pietatis esse, ut eam imago fratris in lacrimas concitet. tantus autem error est in omnibus quidem studiis, *sed* maxime in eloquentia, cuius regula incerta est, ut vitia quidam
sua et intellegant et ament. Cestius pueriliter se dixisse intel- 12
legebat: 'mater, quid est venenum?'; deridebat enim Murredium qui hanc sententiam imitatus in epilogo, cum adloqui coepisset puellam et diceret: 'compone te in periclitantium habitum, profunde lacrimas, manus ad genua dimitte, rea es', fecerat respondentem puellam: pater, quid est rea? et aiebat Cestius: quod si ad deridendum me dixit, homo venustus fuit, et ego nunc scio me ineptam sententiam dicere; multa autem dico non quia
mihi placent, sed quia audien||tibus placitura sunt. et illud Rufi 13
Vibi tolerabilius aiebat esse, sed et ipsum aliqua obiurgatione dignum: dixerat in epilogo: nutrix, ream tolle. illud in Haterio, qui et promisit oratorem et praestitit, negabat se perferre, quod

**CD** 1 ex Cesti] *He, Bs;* excessis (-ssus **VD**) **O** ‖ sententiam **A**²**VD** ‖ 2 dabo *Schg* ‖ mi **AB** ‖ 3 adfurdum **A** ‖ 4 dabo *Schg* ‖ illam Cestii *Schg* ‖ 5 qua aliter] **Dτ**; qualiter **C**, quamvis aliter *Schg* ‖ atherius **C** aterius (c *sup.* a *superscr.* **D**²) **D** ‖ est *om.* **O** *add.* **τ** ‖ cum <enim> *Schg* ‖ pervenisset, <dixit> *Schg* ‖ 6 num] non **D** ‖ inveniam] *Schg;* inueniat **O**, invenit *Gr* ‖ 7 adferat *add. Bs* ‖ hoc] hoc <est> **VD** *(cf. ad p. 45, 16)*, huc <det *vel* ferte> *Schg* ‖ illam **V** ‖ 8 uenerum **AB** ‖ 9 tanta **A** ‖ in *om.* **AB** ‖ 10 quidem *om.* **D** ‖ sed *add. Ml, Gz* ‖ 11 maximae **A**, *fort.* maxime <tamen> *Gz* ‖ quidem **V** ‖ 12 certius **AB** ‖ intellegaebat **V** ‖ 14 han **A** ‖ caepisset **A** ‖ 15 cumpone **V** ‖ 16 re **AB** ‖ es] **Dτ**; est **C** ‖ 17 rea] re **AB** ‖ certius **B** ‖ quid **A** ‖ 18 ego non nescio *Schg* ‖ 21 biui **C** ‖ tollerabilius **BVD** *corr.* **D**² ‖ ipsum (u *corr. ex* e) **B** ‖ 22 atherio (h *del. et* c *sup.* a *superscr.* **D**²) **O** ‖ 23 sa **A**

dixerat: haec rea non mittenda in exilium, sed ferenda est; cum sciret, inquit, in exilium exportandos locari solere. quid enim intellegi vult hac sententia? ex toto puellam ambulare non posse, *an non posse* usque in exilium? verum est, sed nec mater
14 eius potuisset. Silo a parte patris comparationem fecit inter se matris et filiae *et* totam hac figura declamavit: non sum, inquit, vobis dicturus, qualis debeat esse venefica. operam perdam, si coepero describere debere esse aetate provectam, usu exercitatam, invisam viro, quae possit etiam filiam occidere. supervacuum est uti pluribus verbis; in hac ipsa causa habemus veneficae exemplar. comparemus inter se duas reas; nec est, quod quaeratis aliquem, qui cognitionem vestram per omnis comparationis partis ducat; ego vobis dicam, quomodo illam accusaverim. ego illi obieci ante actam vitam: vos huic potestis obicere? et
15 sic omnia circumit et comparando defendit. illam quaestiunculam, quae in prima parte tractata erat a quibusdam, 'an illi utique opus fuisset conscia', sic transcucurrit: aiebat, inquit, tota actione rea: 'dic, quam consciam habuerim'; ego negabam opus illi fuisse; aiebam: in eadem domo eras, venenum notum erat, novercae occasio facilis conviventi, non eras suspecta, nemo te timebat propter ‖ sororem. ex altera parte hoc usus est colore: novercam ideo *privigno* venenum dedisse, ut filia sua sola heres esset;

CD 1 mitenda V ‖ 2 <de>exportandos AB iocari D ‖ 3 haec C sententiam V sententia <nisi> D *(Fb)* ‖ 4 *verba* an non posse *add. Mg:* <nam si> *Fb* ‖ 5 a *om.* C <autem (*del.* D²) a> D ‖ comperationem D ‖ 6 *post.* et *add. Schg* ‖ haec V ‖ 7 benefica AB ‖ opera AB ‖ 8 discribere A ‖ esse *om.* C *add.* Dr prouecta V ‖ 9 si per uacuum A ‖ 10 ut AB beneficae C ‖ 11 exempla A comparemur AB ‖ quod quaeratis] D; quoque ratis AB quo quiaeratis (e *del.* V²) V quo quaeratis *τ* ‖ 13 dicat O ‖ 15 circūmit V circumiit D *(cg)* ‖ quae(que A · stuculam AB ‖ 16 tractanda V ‖ an] *Bs;* in AB non VD ‖ utique fuisse opus <et> D ‖ 17 trancucurrit A transcurrit D ‖ 18 rea: 'dic] *Bs;* re adhic AB rea hic V rea haec D ‖ conscia V ‖ negabā *corr. ex* negabat V ‖ ille B 19 *nontum* AB ‖ erat (*sup.* er *scr.* est u) A ‖ 20 occassio VD¹ *corr.* V²D² *conniuenti* D ‖ 22 *ideo] uideo O ‖ privigno *add.* E ‖ haeres VD

eandem illi et consciam fuisse venefici et causam. omnes decla- 16
matores aiebat voluisse aliquid novi dicere illo loco, quo nominabat noverca filiam consciam. dixit, inquit, Hybreas: τί οὖν; ἐψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός; οὔκ· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς. hanc sententiam Fuscus Arellius, cum esset ex Asia*nis*, non casu dixit, sed transtulit ad verbum quidem: quid ergo? inquit, mentita est de filia sua? immo de mea. modestius hanc sententiam vertit Haterius: quid ergo? mentita est? quidni illa mentiretur de accusatoris sui filia? Cestius dixit: nominavit privigni sui sororem. 17
Albucius dixit: quid habuit, quod dubitaret, an parceret filiae eius, a quo occidebatur, sorori eius, quem occiderat? Triarius dixit: quid ergo? mater mentita est? tolle matris nomen: post damnationem noverca est. Blandus dixit: *quid* nominabo istam, quae patri adfuit, istam, quae mortuo fratre *flevit, torta* matre non flevit? Silo Pompeius dixit: 'filia' inquit 'mihi conscia est'. post hoc eundem vultum eius notavi, quem videram moriente privigno. Montanus Votienus Marcellum Marcium, amicum suum, 18
cuius frequenter mentionem in scriptis suis facit tamquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse sententiam: invenit, quomodo damnata accusaret, moriens occideret, torta torqueret. non est hoc indicium, sed alterum novercae veneficium. Latro dixerat, cum descripsisset tormenta: instabam super caput non accusator, sed tortor; ipse ignes subicie||bam, ipse ad intendendum eculeum manus admovebam. ego non bibam sanguinem istius, non eruam

**CD** 1 benefici **AB** ueneficii **VD** et⟨et⟩ **A**[1]**B** || dedamatores **A** || 2 uoluisset **AB** || illo] eo **D** || 3 nouercae **C** || 4 ψeycato **V** || κατα⟨τα⟩ τηc ιαιαc οy (οy **A** εy **B**) τατροc οyκ αμα κατα τηc μπc **C** || 5 Asianis] *Schg;* asia **O** || 6 transttulit **A** || ⟨et⟩ ad *Schg* || 8 aterius (c *sup.* a *superscr.*) **D** || quidni . .] *Fb;* qui (quae **D**) nihil lamenti(-ta **VD**)retur **O** || 9 certius **B** || 10 habu **A** || dubitaret (ret *in ras.*) **V** || 13 quid *add. Ml; fort.* ⟨non⟩ *Gz* || istam] illam **D** || 14 flevit *add. Fb* || torta] *Gr;* a **AB** ac **VD**, accusata *Fb* || 15 oonscia **V** || 17 maucium **AB** martium **D** || 18 sus **A** || 19 clisserti **A** disserti **BV** || han **A** hano **V** || damnatam **AB** || 21 beneficium **AB** uonefitium **V** || 22 accusator (tor *in ras.*) **V** || 23 ignis **VD** || intendum **A** || oculeum (ec *corr. ex* oc) **B** || 24 uiuam **AB** biuam **V** || erua **A**

oculos? filium mihi eripuit; nisi citius illam oppressissem, et filiam abstulisset. Triarivs dixit: cum accusarem, obieci veneficium; in ultima parte inter preces meas excitavi puellam ad ultionem fratris sui: haec res maxime iudices movit, haec maxume novercam offendit. Albvcivs dixit: postquam nominavit filiam, ad me respexit: videlicet ut sciret, an satis torsisset. Nicetes egregie dixit in hoc eodem loco: συνοῖδέ μοί, φησιν, ἡ θυγάτηρ · καὶ προσέ-
19 θηκεν · ἡ τούτου. Montanvs, cum diceret illum locum: quamvis sceleratos parentes velle tamen innocentes liberos suos esse, dixit: potest ista filiam veneficam fingere, si potest facere; difficilius est liberos inquinare quam perdere. et illud: favete saeculo, iudices, cum ingentia scelera ferat, ne etiam inmatura tulerit; favete, ut nullum scelus commissum sit nisi quod solet; favete, ut potius noverca non desierit parricidium facere quam soror coeperit. damnare illam potui, effugere non potui. sero fecisti, noverca: si hoc ante dixisses, potuisti praevaricationem pacisci; *non* recte, cum damnareris, animosa eras. recte nihil potes facere. si qua est fides, accusator insidias reae timui; nusquam a sinu meo dimisi puellam, ipse omnes praegustavi cibos. incauta futuri mortalitas! postquam ad tortorem perduxi novercam, timere de filia desii. |

**CD** 1 oppressionem *eras. in* **A**, *sed litterae* op *comparent* ‖ filia **A** ‖ 2 abstulisse **AB** ‖ ⟨non⟩ obiecit *Schg*, obieci⟨ssemque⟩ *Gz* ‖ beneficium (-tium **V**) **C** 3 ultima] ultim **AB** ‖ 4 tui **AB** ‖ *priore loco* maximae **B** ‖ *post. loco* maxime **AV** 5 nominabit **AB** ‖ 6 torsissem $D^1$ ‖ egregiae **C** *corr.* $V^2$ ‖ 7 hoc *om.* **D** CYN(OYN **A**)OIΛE MOI ΦINCIN N OYTATHP RAI ΠPOCΘΘΗ(-ΘΘΗ **B** -ΘΘΗ **V**)KEN **C** ‖ 8 ἡ] *Thomas, Mg;* K **AV** KA(a *del.*) **B**; *cf. U. de Wilamowitz coniect. (Götting. 1884) 9* ‖ TOTYTOY **C** ‖ 9 sceleratos (o *corr. ex* i) **A** ‖ 10 beneficiam **AB** ‖ facilius **τ** ‖ 11 fauetae **AB** ‖ 12 scelere **V** selera **τ** ‖ feret **B** fiant **τ** ‖ 13 favete, ut] *Bs;* fauet et **AB** fauete **VD** ‖ 14 fauetae **AB** ‖ 15 illam] **τ**; illum **O** ‖ efugere **B** et fugere **τ** ‖ fero **AB** ‖ 17 non *add. Schg* ‖ animos **AB** ‖ nihil] mihi **O**, *fort.* ⟨aiebas: nihil⟩ mihi *Bs* ‖ 18 quae (qua $D^2$) fides **VD** ‖ accusatoris (*corr.* **τ**) insidias (as *corr. ex* is **V**) **V** ‖ 19 numquam **A** ‖ a sinu meo] **BDτ**; asianun eo **A** *asinu aneo* **V** ‖ puella **AB** ‖ 20 ciuos **AB** ‖ mortalistas **AB**

Omnes illo colore usi sunt, a noverca nominatam filiam in 20 dolorem patris. Gallio plura dixit: fortasse, inquit, hanc nominavit, ut veros conscios celaret, fortasse ut, quia acerrume instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis inponeret, fortasse nimio dolore tormentorum stupefacta nescit, quid loqueretur. novissume dixit: fortasse in hoc, ut, quae poenas venefici dabat, accusationis exigeret. illum sensum adiecit: ex meis hoc adfectibus aestumo: tunc cum ira, cum odio furerem, circumspiciebam omnis ultionis vias oblitus innocentiae; si proprios habuisset filios noverca, occidissem. in hanc ipsam quotiens impetum facere volui! sed propter hoc a me tuta erat, quod a matre non erat. ||

**CD** 1 nomitam **C** || 2 dolore **VD** || gallio *corr. ex* glaio **B** || 3 pueros (p *del.*) **A** || caelaret **C** || instabat] **D**τ; istauat **AB** istabat **V** || 5 *fortasse nimio] fortasse enim in (iu **B**) **O**, fortasse et nimio *Bs* || nesciit **VD** || loqueret **A** || 6 nonuisume **AB** nouisime **V** nouissimē **D** || utque poenas benefici (ueneficii **V**) **C** || 7 exigeret] **D**τ; exigerat **C** || 8 estumo **AV** estimo **B** aestimo **D** || cum] tum **D** || furerem] τ; furere **AVD**$^1$ furore **B** fureret **D**$^2$ || 9 proprior **AB** || 10 occisissem **AB** occidisset **D**$^2$ || 11 volui! sed] *Rom;* uoluisset **O** || a metu ita **AB** || 12 lannel (l . annei **V**) senecae sententiarum colores rethorum (retho ex **A** rehtorum **V**) liber . V . explicit . incipit liber sextus (. VI . **B**) feliciter . **C** l . annei senecae sententiarum et colorum rhetorum et oratorum liber quartus explicit . incipit liber sextus et ultimus feliciter **D**

# ⟨EXCERPTA⟩

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBRI NONI.⟩

### I.

#### CIMON INGRATVS CALLIAE.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque interficiat, sine fraude sit.

Ingrati sit actio.

Miltiades, peculatus damnatus, in carcere alligatus decessit; Cimon, filius eius, ut eum sepeliret, vicarium se pro patris corpore dedit. Callias dives sordide natus redemit eum a re publica et pecuniam solvit eique filiam conlocavit. ille deprehensam in adulterio deprecante patre occidit uxorem. ingrati reus est.

Adulterium mihi carcer est. ferrum mihi a lege traditum ad vindictam pudicitiae proiciam? perdidisti pecuniam, Callia, si solvisti tales manus. non potest generosus animus contumeliam pati. hoc interest inter fortunam parentis et fili, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. unus Miltiadis census inventus est Cimon filius. redemptus Cimon redemptoris

**MPε** ε = *cod. Mutinensis (bibl. Estensis XII F 19) membranaceus saec. XII. librum contulit Bruno Keil* || 5 cymon **M** || galliae **M** || 7 utrumque ⟨corpus⟩ *Seneca; cf. p. 373, 3* || 8 ingratis **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || sit *om.* **P** || 9 militiades **MPβε** melciades *(sic semper)* **ν** || dampnans **M**$^1$ dampnatus **M**$^2$ || 10 cimo **ε** || 11 corpore] cor **P** || Callias . . .] *Pincianus;* gallias sordide diues natus **O** || 12 soluerit **P** || 13 deprehendam **P** || depraecante⸗ **M** || 14 ⸗u⸗xorem (*post* u *eras. est* o) **M** || 16 gallia **MP** || 17 soluisti *corr. ex* soluistis **M** || 18 filii **M**$^3$**Pε** || 19 militia discensus **M** || militia ⟨et⟩ inuentus est discensus **P** militia inuentus *census est* **α** || 20 redemptus] **αβεν**; redemptor **M** redempto **P**

felicitas est. reddam || beneficium, cum tam honestum desideraveris quam dedisti. ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si adhuc alligatas haberem manus? quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari? magnum uterque beneficium, dum damus, recepimus: ego quod Miltiadem redemi, tu quod Cimonem. turpissimum duxi ab eodem dimitti et adulteros et Cimonem. ego sum, qui referre gratiam ne mortuis quidem desino: ita mihi veros habere liberos contingat; quod quantum sit, Miltiades expertus est. dignus erat Callias talem genuisse, qualem redemit. dic nunc: 'ego te carceri exemi', dum respondeam: 'ego me carceri tradidi'. numquam fiet, ut melius actum putem, quod a Callia redemptus sum, quam quod pro Miltiade alligatus. ego me a te redemptum putabam; emisti me filiae tuae. Calliae filiam duxi: hanc tibi, pater, dum ingratus esse nolo, iniuriam feci. non possum ob id damnari, quod lege feci. beneficium est quod totum eius causa praestatur, in quem confertur. ubi aliquis ex eo quid sperat aut praeparat, non beneficium, sed consilium est. summo te dedecore liberavi; invitus beneficium *accepisti.* redemisti me et tu non rogantem. hic Virginios et quicumque vitiatas filias vel clauserunt vel occiderunt.

Pars altera. Duo beneficia dedi: et redemi et egenti filiam collocavi. obicio tibi, quod uxorem passus es adulteram fieri, quod non custodisti, quod moratus es, dum superveniret pater

**MPε** 1 facilitas **P** || reddam *in ras. scr.* **M** || honestum] beneficium **P** honesto **ε** *(cf. p. 374, 9)* || 3 aligatas **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || quid] **αβν**; quod **MP** facere **ε** || militia (t *corr. ex* c **M**) dealligari **MPε** || 4 recipimus **P**$^1$**ε** || 5 militia (-cia **P**) dem **MPε** || tu *om.* **P** || 7 ne] **M**$^1$**ε**; nec **M**$^3$**P** || desenio **P** || veros] uos **P** || 8 contingit **P** || militia (-cia **P**) des **MPε** || dignum **O** || 9 gallias **MPε** galliam **ν** || 10 cum **MPβ**$^1$**ε** cui **β**$^2$ *(vg)*; *cf. p. 377, 1* || 11 gallia **MPε** || 12 quod *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ || oro **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || militia dealligatus **MPε** || ⟨et⟩ ego **P** || 13 emisisti **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || galliae (-ie **P**) **MP** || 14 uolo **P** || noñ **M** || 15 tantum **ε** || 17 dedecore] **α**; decore **MPβεν** || 18 accepisti *add. Bs; cf. p. 379, 9* || 19 roguntem **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || huc (huic **ε**) uirgini hos (os **α**) **Mαε** hic uirginihos **P** huic uirginios **β** huic uirgini omnes **ν**; *cf. p. 379, 10* || et *corr. ex* te **M** || quecumque **ε** || 21 *verba* pars altera *om.* **M** || 22 obitio **P** || 23 es *om.* **ε**

spectator suae calamitatis. ego non expectaveram, dum rogarer. moleste ferebas socerum tuum dici Calliam. mores puellae non tantum passus es in vitia labi sed ipse inpulisti; nactus occasionem non omisisti. ||

Extra. Color et Gallioni et Latroni et Montano placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumeliose, in redemptorem, in socerum, *in* infelicem. multa oratores, historici, poetae Romani a Graecis dicta non subripuerunt, sed provocaverunt. Thucydidis sententia est: δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα. Sallusti: res secundae mire sunt vitiis obtentui. cum sit praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Sallustius vicit et *in* suis illum castris cecidit; nam in sententia Graeca tam brevi *habes*, quae salvo sensu detrahas: deme vel συγκρύψαι vel συσκιάσαι vel ἑκάστων, constabit sensus, etiamsi non aeque comptus, aeque tamen integer. at ex Sallustii sententia nihil demi sine detrimento sensus potest. T. autem Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam et tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret Sal-

**MPε** 1 calamitatis ⟨pars altera⟩ **M** || expectaveram] *αεν*; spectaueram **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ expectabam **P***β* || rogarer] **M**$^2$*βεν*; rogaret **M**$^1$**P** rogares *α* || 2 galliae (-ie **P**) **MP** galliam *ε* || 3 es] *αβεν*; *om.* **MP** || nanctus *ε*; *cf. p. 381, 13* || 5 dolor **P** || 6 galliam **MP** || 7 in *add. Bs; cf. p. 379, 13* || oratores *corr. ex* oratiores **M** oratiore *ε* || istorici (*corr. ex* storici **M**$^1$ *vel* **M**$^2$) **MP** storici *ε* || 8 subripierunt **M**$^2$ || thucididus **M**$^1$ thucididis **M**$^3$ tubcididis **P** || 9 aeΝΑΖ ΤΑΡ ΑΙ ΕΥΤΙΡΑξΙΑΙ CΙΝΚΡΥΥΑΙ ΚΑΙ CΙΝCΚ.ΙC.ΑΙ Τ ΕΚΑΤΟΝ ΑωΑΡΤΗωΑΤΑ **M** ΑΕΝ7 ΤΑΙ eytipaτ̄.ΙΑΙ CΙΝΚΡΥ.ΥΑΙ CΙΝCΚΙCΑΙ Τ ΕΚΑΤΟΝ ΑΜΑΡΤΝΜΑΤΑ **P** ΑΕΝΑΙ ΤΑΡ ΑΙ ΕΥΤΙΡΑξΙΑΙ CΙΝΚΡΥΧΑΙ ΚΑΙ CΙΝCΚΟΑΙ ΤΑ ΕΚΑΤΟΝ ΑCΙΑΡΙΝΝΤΑ *ε* || 10 salusti **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ sallustri **M**$^3$ salustii **P** sallustiana *ε* || mirae **M** || initiis *ε* || 11 thycidide **M** thucide **P** || hac] *αβεν*; hae **MP** || cum **MPε** || sallustri **M** salustri **P** || 12 in *om.* **O**; *cf. p. 380, 11* || illum] cum *βν* || 13 habes *om.* **O**; *cf. p. 380, 12* || detraham **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 14 CΥΜ.ΚΡΥΙΑΕ **M** ΚΡΥΙΑΕ **P** CΥΜΚΡΙΑΕ *ε* || uel CΥΜΚΙΑCΑΙ uel CΚΑCΤωΝ **M** uel CΠΗΚΙΑCΑΙ uel CΚΑCΤCΥΝ **P** uel CΥΑCΑΙ uel CΚΑCΤωΝ *ε* || 15 *priore loco* aequae **M** || integerat ex **M**$^1$ integer erat ex **M**$^3$**P** || salustii **P** || 16 demi *corr. ex* deme **M** deme **P** || detrimento] termino **P** || libius **Mε** || 17 *inquus* **M** || sallustrio **M**$^3$ salustio **Pε** || 18 translatum **M** transiatum **P** || *corruptam] αβεν*; corruptum **MP** || tranfertur **M** || sallustrio **M**$^3$ salustio **P**

lustio. nec amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat quem non timet et facilius putat posse a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.

## II.

### FLAMININVS IN CENA REVM PVNIENS.

Maiestatis laesae sit actio.

Flamininus praetor inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat num||quam se vidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. accusatur laesae maiestatis.

Obicio luxuriam, histrioniam, iocos? an in convivio nihil aliud nisi occiditis? uni fortasse osculo donavit homicidium. cenaturi carnifices manus abluunt. non inquiro in totum annum: una nocte contentus sum. facilius est, ut, qui multa meretrici dederit, homicidium neget, quam ut, qui homicidium dederit, quicquam negarit. servum si verberari voluisses, extra convivium abduxisses. contactam sanguine humano mensam, strictas in triclinio secures: quis credit ista concupisse meretricem vel fecisse praetorem? virgae promuntur et ante mensam deosque crudelitatis victima trucidatur. me miserum, imperii Romani terrore lusisti. legi potius quam scorto cadat. exsurgite Bruti, Horatii, Decii

**MPε** 1 thucididis (is *in ras.* **M**$^3$) **M** || *verba* sed . . . timet *(v. 2) om.* **P** || 2 putat ⟨putat⟩ **M** || a se *om.* **P** || salustium **M**$^1$**Pε** sallustrium **M**$^3$ || 3 ante] autem **P** || thucidi de **M** || 5 flaminius **Mν** || 6 magestatis **P** || sic **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 7 flaminius **MPν** flamineus *(sic semper)* *β* || praetor] pater **P** || cena **M** || maeretrice *corr. ex* meretrice **M** meritrice **P** || 8 se *om.* **P** || 9 accusatur] (*corr. ex* accusatus *α*) *αεν*; acusator **MP** || 11 obtio **P** || iocos *om.* **P** || 12 occidistis **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ occidisti **P** || uno **M**$^3$**P** || cenaturi] *αβε*; caenaturi **Mν** centauri **P** || 14 es tu qui **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || qui *om.* **P** || 15 *verba* homicidium neget . . . dederit *om.* **P** || *post prius* homicidium *add.* caenaturi carnifices manus *(cf. v. 11)* **M**, *sed lineola transversa del.* || quisquam **M**$^2$**P** || 16 negauerit **ε** || luisset **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ uoluisset **P** || 17 contactam] *αβεν*; contactu *corr. ex* contautusan **M**$^1$ contacta **M**$^3$ contactum **P** || maensam **M** || triduo **P** || 18 $\overline{\text{pr}}$ **M**$^1$ *corr. in marg.* **M**$^3$ || 19 praemuntur **P** || 20 uutima **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || imperii *om.* **P** || terrorem **M**$^3$**P** || 21 exurgite *corr. ex* exurge **P** || bruti *corr. ex* pruti **M** || o(ho **M**)rati deci **MP**

et cetera imperii decora: vestris fascibus, securibus vestris iam puellae iocantur obscenae. in eo, quod sub praetexto publicae maiestatis agitur, quidquid peccatur, maiestatis actione vindicandum est. percussurus lictor ad praetorem respicit, praetor ad meretricem.

Pars altera. Si legatus falsa mandata affert, sic audiuntur, tamquam illa populus Romanus dederit; imperator foedus percussit, videtur populus percussisse Romanus et foedere continetur. nunc nec viribus quicquam populi detractum est nec opinioni. at ex te ceteros aestimant. et ante hunc alii fuerunt, pro quibus aestimari possent. nemo adscribit urbibus vitia singulorum. obiciunt, quod damnatus perierit meretrici, et postulant praetorem perire damnato. libido omnis intra meretricem est, cru||delitas intra carcerem. multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit: in Manlio inpotentiam, a quo et filius et victor occisus est, in Sulla crudelitatem, in Lucullo luxuriam, in multis avaritiam. non putavi ad rem pertinere, ubi aut quando periret qui perire deberet. occisus est quis? damnatus; ubi? in praetorio; quo tempore? est enim tempus, quo noxius perire non debeat?

Extra. Quaedam controversiae sunt, in quibus factum defendi potest, excusari non potest. non speramus, ut Flamininum

**MP**$\varepsilon$ 1 ceta **P** ‖ decora (a *vid. add.* **M**$^2$) **M** ‖ faecibus **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ succurribus **P** ‖ 2 obcenat **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ in eo] meo $\varepsilon$ ‖ sub praetexto] (-tu $\nu$) $\alpha\varepsilon\nu$; supretexto **M** supraetecto **P** sub protestu $\beta$ ‖ publice *corr. ex* puplice **M** ‖ 3 *verba* agitur . . . maiestatis *om.* **P** ‖ quicquid **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ peccatur *corr. ex* peccator **M** ‖ accione **M** *corr.* **M**$^1$ ‖ 4 praetor] $\overline{pr}$ **M**$^1$ *corr. in marg.* **M**$^3$ ‖ 7 ille **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ romanus populus **P** ‖ fedus **P** ‖ 8 percuss . . . . **M**$^1$ percuss . se **M**$^2$ percussisse (i *in ras.*) **M**$^3$ ‖ romanos **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ federe **M** ‖ 10 aestimant] $\nu$; exestimant **M**$^1$ existimant **M**$^2$**P** existimabant $\beta$ extimant $\varepsilon$ ‖ et] est **P**; *cf. p. 389, 1* ‖ 11 estimari $\varepsilon$ ‖ obitiunt **P** ‖ 13 *vel* & *vel* o *post* est *erasum est in* **M** ‖ 14 populus Romanus] $\alpha\beta\varepsilon\nu$; populorum **MP** ‖ insulis $\varepsilon$ ‖ 15 Manlio] $\alpha$; mallio **MP**$\beta\varepsilon\nu$ ‖ occisus (h *eras.*) **M** ‖ est] et **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ 16 sy (si **P**)lla **O** ‖ luculo **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ lucillo **P**$\beta$ ‖ luxuriam *corr. ex* luxoriam **M** ‖ 17 pertinere, ubi] pereub **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ periret] $\alpha\beta\varepsilon\nu$; *om.* **MP** ‖ qui] $\alpha\beta\varepsilon\nu$; quid **M**$^1$ quis **M**$^3$**P**; *cf. p. 390, 17* ‖ 18 damnatus *corr. ex* damnatur **M** ‖ preterio **M** ‖ 19 *noxias* **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 21 *post.* non *corr. ex* noo **M** ‖ flaminium **M** flamminum **P**

iudex probet, sed ut dimittat; itaque sic agere debemus tamquam pro facto non emendato, sed non scelerato. T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur et oratoris obscuritatem severitatem putant: tamen in his etiamsi minus est insaniae minus spei est. illi, qui tument, qui abundantia laborant, plus habent furoris, sed plus et corporis; semper ad sanitatem proclivius est quod potest detractione curari; illi succurri non potest, qui simul et insanit et deficit. Murredius dixit tetracolon: serviebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer convivio, dies nocti. novissima pars sine sensu dicta est, ut expleretur numerus; quem enim sensum habet: 'serviebat dies nocti'? hanc ideo sententiam rettuli, quia et in tricolis et in omnibus huius generis sententiis curamus, ut numerus constet, non curamus, ut sensus. omnia autem *genera* corruptarum sententiarum de industria pono, quia facilius, et quid imitandum et quid vitandum sit, docemur exemplo. ||

## III.

### EXPOSITVM REPETENS EX DVOBVS.

Per vim metumque gesta ne sint rata.
Pacta conventa legibus facta rata sint.
Expositum qui cognoverit, solutis alimentis recipiat.

**MPε** 1 ut] non **P** || dimitat **P** || 2 facto non] ***αβεν***; faeto nen **M** feronem **P** || libius **Mε** || 3 ⟨in⟩ uerba ***ε*** || *prius* et] ***β***; *om.* **MPεν** || consectantur *corr. ex* tonsectantur **M** confectantur **P** || horatoris **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 4 obscuritatem oratoris **P** || etiamsi] ***αεν***; equamsi **MP** si ***β*** || 5 tumen **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ timent **P** || habundantia **Pε** || labonant **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 7 procliuis **P** || *verba* detractione . . . non potest *(v. 8) om.* **M**$^1$ *in marg. add.* **M**$^2$, *sed* detractatione *(sic* **P** *quoque) et* succuri *scr.* || 8 *prius* et *om.* **P** || murridius **MPε** || 9 meretriculis **P** || 11 numerus] *Bs;* sensus **MPβε** *deest in* ***ν*** || 12 in tricolis] meretricolis **P**$^1$. || 13 omnibus *om.* **P** || 14 curamus (amus *in ras.* **M**$^2$) **M** || genera *om.* **MPε**; *cf. p. 394, 11; pro eo* exempla *post* sententiarum *exhibent* ***αβν*** || 15 *verba* imitandum et quid *om.* **P** || 16 docemur] ***αβεν***; docemus **MP** || 18 repetis **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || 19 metum **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || *ne] non **O** || sint (i *corr. ex* u) rapta **P** || 20 acta **P** facta ***ε*** || conuentu **P** || 21 cognouerit *corr. ex* tognouerit **M** || rapiat **P**

Quidam duos expositos sustulit, educavit. quaerenti patri naturali pollicitus est se indicaturum, ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. pactum interpositum est. reddit illi duos, repetit unum.

Cum alienis dividemus liberos, quos non dividimus cum matribus? utrumque genui, utrumque desideravi, pro utroque pactus sum. una nati sunt, una expositi, una educati;. redditi distrahuntur. distraxit illos Fortuna aliquando a parentibus, numquam ab ipsis. duos exposui, quia alterum eligere non poteram. in auctione fratres quamvis hostilis hasta non dividit; plus quiddam est geminos esse quam fratres, perdit uterque gratiam suam, nisi cum altero est. ignoscat retinenti meos, cum ipse concupiscat alienos. agnitio dividet quos iunxit etiam expositio? omnia pro filio paciscor praeter filium. pactus sum flens, tremens, tamquam cum exponerem. mihi tunc vis et necessitas erat; non enim poteram invenire filios, nisi alterum promisissem.

Pars altera. Vtrumque potestis ex hoc iudicio patrem dimittere. liberis hic carere consuevit, ego, et cum unum accepero, necesse est torquear: duobus adsuevi. vim vocas, quae te patrem fecit? ego sustuli, ego educavi, ego reddidi; iste electurus est. || in ista vi duos filios perdidi. lex arma et vincula et ultimum periculum conplectitur.

Extra. In Sabinum Clodium uno die et Graece et Latine

**MPε** 1 quaerenti *corr. ex* quaerente **M** || 3 si *om.* **M**[1] *add.* **M**[3] || 4 reddit] *βεν*; reddidit **MP** || 5 quos *corr. ex* quod **M** || 6 cenui **M**[1] *corr.* **M**[3] || 8 distruntur *(sup. prius* t *virg. eras.)* **P**, distrahantur? *Bs; cf. p. 396, 8* || parentibus ⟨meis⟩ **P** || 9 alterum *corr. ex* elterum **M** || 10 auctione] altione **M**[3]**P** aptione *ε* fratres ⟨perdito⟩ **M**[2]**P** || hostilis *om.* **P** || 11 utrumquae **M**[1] uterquae **M**[3] uterque *corr. ex* utrumque *ε* || 12 altero] altum **P** || recinendi (d *corr. ex* t) **P** || 15 cum] *α*; *om.* **MP***βεν* || erat *om.* **P** || 16 promissssem **P** || 17 iuditio **P** || demittere **M**[2] *corr.* **M**[3] || 18 care **M**[1] carem **P**[1] *corr.* **M**[3]**P**[2] || 19 assueuit **P** || 20 iste] ite **P** || 21 vi] ru **P** || perdidi⫽ (t *vid. eras.*) **M** || 22 conplectitur *corr. ex* conflectitur **M** consequitur **P** || 23 elodium **P** || *latinae* **M**

declamantem multa urbane dicta sunt. dixit Haterius quibusdam querentibus, quod pusillas mercedes acciperet, cum duas res doceret: numquam magnas mercedes accipere eos, qui hermeneumata docent. Maecenas dixit: Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη. Cassius Severus ab auditione eius rediens interrogatus, quomodo dixisset, respondit: male καὶ κακῶς.

## IIII.

### A FILIO IN ARCE PVLSATVS.

Qui patrem pulsaverit, manus ei praecidantur.

Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accersiit; imperavit adulescentibus, ut patrem caederent. alter ex his praecipitavit se, alter cecidit. post in amicitiam tyranni receptus est. occiso tyranno praemium accepit. petuntur eius manus; pater defendit.

Felicior essem, si plures reos defenderem. praecidetis tyrannicidae manus? quid hoc est? integer tyrannus iacet. tam necesse fuit patrem caedere quam spoliare templa, virgines rapere. o quantum istis debemus manibus, per quas iam nihil necesse est! tales fuerunt, ut ex his posset tyrannum alter contemnere, alter occidere. praecipitasti te, fili. hoc non est patri parcere, sed tibi. dura, fili; in tyrannum tibi per patrem eundum

**MPε** 1 de▨clamantem (mi *vid. eras.*) **M** ‖ uerba ne **P** ‖ hat▨erius (ḥ *eras.*) **M** actius **P** chaterius ⟨uel laterius⟩ ε ‖ 2 *verba* acciperet . . . mercedes *(v. 3) om.* **P** ‖ 3 doceret ⟨et⟩ ε ‖ mognas *corr. ex* magnas **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ eas **P** ‖ her▨mineumata (e *eras.*) **M** herminemata **P** herimineumata ε ‖ 4 docerent *Seneca; cf. p. 401, 18* ‖ ΤΥΔΕΙ⟨ΔΕΙ⟩ΔΗΝ ΟΙΚ ΑΝ ΤΝΟΗϹ ΙΤΟΤΕΡΟΙϹΥ ΜΗΕΙΝ **M** ΤΑΥΑ.ΕΙΑΝ.Ν ΟΙ.Κ ΝΑ Τ.ΝΟΝ.Ϲ ΙΤΟ.ΤΕ.Ρ.ΔΙϹΥ.ΜΝΕΙΝ **P** ΤΥΑΕΙΑΕΙΝΝ ΟΙΚ ΑΝ ΤΝΟϹ ΝΟΤΕΡΟΥϹΙ ΑΑΝΤΕΙΝ ε ‖ 5 casius **P** ‖ 6 καὶ] ΚΙΑ **P** ΚΑΑΙ ε ‖ ΚΑΥΥΙϹ̄ ε ‖ 9 atrem **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ ei *rad. corr. ex* eius **M** ‖ 10 arcem] carcere ε ‖ filii ε ‖ accersiit *corr. ex* atcersiit **M** ‖ 12 precipitauit (*prim.* i *rad. corr. ex* u) **M** ‖ 13 occisio (*post.* i *del.*) ⟨et⟩ **P** ‖ tyranni *rad. corr. ex* tyrannus **M** ‖ 16 est *om.* **P** ‖ 19 ferunt **P** ‖ posse **M** *corr.* **M**[1] ‖ tirannus **P** ‖ contempnere *corr. ex* contemnere **M** contempnare **P** ‖ 21 ty.rannum **M**

est. utrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. suspensas leviter admovebat manus; filius simulabat ictus, pater gemitus. necessitas magnum humanae infelicitatis patrocinium: haec excusat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres, sed occiderint. si *unicus fuisset,* nec iste cecidisset. ille me fratri reliquerat, hic tyranno. in lege, inquit, nihil excipitur. sed multa, licet non excipiantur, intelleguntur, et scriptum legis angustum, interpretatio diffusa est. quid interest legem excipere, ne fraudi sit ei, qui per insaniam patrem pulsavit, cum illi non supplicio, sed remedio opus sit? ne puniatur infans, si pulsaverit patrem? hoc qui cogente tyranno fecit, ipso fuit miserior vapulante. non est inpudica, quae accersita est a tyranno; non est sacrilegus sacerdos, qui deorum inmortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannum. patre iubente fecit nec cecidit iste, sed paruit. ultio caesi patris nullius est nisi patris. si a quolibet alieno caesus essem et iniuriarum agere nollem, nemo nomine meo ageret. nunc nihil interest; poena maior est eius, qui cecidit, ius idem eius, qui caesus est.

Pars altera. Tamdiu cecidit patrem, donec placeret tyranno satelles. 'pro re publica feci'. idem et rei publicae inputas et tyranno. habuisti, quod iactares tyranno: frater maluit mori; perit, ne parricidium faceret aut videret. caesus, inquit, poenam remitto. mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset qui mori vellet. pater, inquit, voluit, sed frater noluit. pater, inquit, voluit: ita tu non

**MPε** 1 meis *om.* **P** || 2 mañ **M** || 3 patronomium **P** || 4 sacuntinos (sacunti *in marg. scr.*) $\mathbf{M}^1$ *corr.* $\mathbf{M}^3$ nos $\varepsilon^1$ || 5 *verba* unicus fuisset *add. Bs; cf. p. 405, 3* || 6 relinquerat **Pε** || lege] *αβεν*; legem **MP** || excipitur *om.* **P** || 8 est] *sup. ras., in qua vid. fuisse* fuit, *scriptum est in* **M** || legem] **P**; lege **O** || 11 miserior *corr. ex* misereor **M** || 12 inpudica (in *in ras.* $\mathbf{M}^3$) **M** || arcersita **M** || at $\mathbf{M}^1$ *corr.* $\mathbf{M}^3$ || 16 esse $\mathbf{M}^1$ *corr.* $\mathbf{M}^2$ || iniurias **P** || nomino ε || 18 eius *om.* $\mathbf{M}^1$ *add.* $\mathbf{M}^2$ || eius idem ⟨est⟩ qui **P** || caesus est] cecidit ε || 20 satellos **P** || re.p̄.**P** || 21 *verba* habuisti . . . tyranno *om.* **P** || periit $\mathbf{M}^3$**P***βεr* || 22 *remitto*] *αβεν*; dimitto **MP** || 23 uelle **P** || 24 *verba* pater inquit voluit *om.* **P**

tyranno tantum sed etiam patri dignus visus es parricidio? cecidisti patrem, cum et legem nosses et fratrem.

Extra. Ab Oppio proconsule, cum quo in Cretam Sabinus ierat, in theatro Graeci postulare coe||perant, ut Sabinus maximum magistratum gereret. mos autem est barbam et capillos magistratui Cretensium summittere. surrexit Sabinus et silentio manu facto 'hunc magistratum' inquit 'ego Romae bis gessi'. bis enim reus causam dixerat. Graeci non intellexerunt, sed bene precati Caesari petebant, ut illum honorem Sabinus et tertio gereret. idem, cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, 'non est' inquit '*quod* quemquam vestrum decipiat nomen ipsum lautumiae; illa enim minime lauta res est'. iocabatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit, potuisse quis credit?

## V.

### PRIVIGNVS AB AVO RAPTVS NOVERCAE.

De vi sit actio.

Quidam duos filios sub noverca amisit, dubiis signis crudelitatis et veneni. tertium filium avus maternus rapuit, qui ad visendos aegros non fuerat admissus. quaerenti patri per praeconem dixit apud se esse. accusatur de vi.

**MPε** 1 est **M**[1] *corr.* **M**[3] es ⟨uisus⟩ ε || caecidisti **M** || 2 *prius* et *om.* ε || fratrem] patrem **P** frater est ε || 3 obopio **P** ab appio *βν*; *cf. p. 411, 20* || procunsule *rad. corr. ex* procumsule **M** || 4 lexerat **P** erat ε || 6 summitere surrex **P** || 9 praecati **M** || sabnus **P** || 10 transferretur] *βε*; transferetur **MP** transferere-tur *ν*, transferreretur *Ven* || 11 inquit] *βν*; inquam **MPε** || *quod *add. (Kss); cf. p. 412, 21* || 12 enim minime] *Bs;* animo meo **O**, minime *Herv* || 13 hac **M**[1] *corr.* **M**[3] || 16 priuignus *corr. ex* preuignus **M** || rabtus **M**[1] *corr.* **M**[3] || 17 diuisit **M**[1] deuisit **M**[2] Ee ui sit **P** || 19 cruditatis ε *(Bs); cf. ad p. 414, 3* || ⟨amisit⟩ (*del.* **P**[1]) et ueneno tercius filius **P** || 20 uisendos *rad. corr. ex* uisaendos **M** || aegros] *εν*; agros **MP** egros *β* || admissus *corr. ex* admissos **M** || 21 querenti *rad. corr. ex* quaerenti **M** || pati **M**[1] *corr.* **M**[3] || 22 accusatur] **M**[3]*αβεν*; accusator **M**[1] accusatus **P**

Habui filiam, quamvis unus filius supersit, fecundam. apud me nutriatur sine. quid times? ne non admittare, cum veneris? non quaeris filios, quos perdidisti; quem non perdidisti quaeris. pater a me unum repetit, ego duos a patre. plus habeo quod avo, quam quod reo timendum sit. veni ad aegrotantes nepotes, admissus non sum: haec vera vis fuit. nulla vis est, quae arma, pugnam, vulnera non habet. describe istius comitatum tumultus: unus *puer* est et unus senex. rapuisti, inquit, filium meum: immo nepotem meum sustuli, immo venientem non potui excludere. si cuius obsessi a latronibus armata manu coniugem liberosque rapuissem, *accusari posset* beneficium meum? et medici alligant et corporibus nostris vi medentur. non potest mecum agere tamquam cum alieno. habet sua iura natura, et hoc inter avum et patrem interest, quod avo servare licet suos, patri et occidere. quae ista est tam sera pietas, tam praepostera? quaerere tuos a tertio incipis. quisquis puero favit, ne inveniretur, optavit.

Pars altera. Non ut nepotem servaret, fecit, sed ut infamaret uxorem veneficii, me veneficae emancipatum. mihi cum socero, iudices, ne viva quidem priore uxore convenit, mortua vero inimicum professus languente puero cum vociferatione atque con-

**MPε** 1 supersit filius **P** || 2 amittare **ε**$^{1}$ || utneris **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ || 3 perdaedisti **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ || perdedisti **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{2}$ || 5 quom **P** || ueniat **ε**$^{1}$ || 6 uera *corr. ex* uerti **M** || *post* quae (que **M**) *aliquid* (*fort.* arma) *eras. in* **M** || 7 describere **P** || 8 puer *add. Herv; cf. p. 416, 13* || inquit] **εν**; in//quiqui **M**$^{1}$ in//quis **M**$^{3}$ inquis **P** inquid **β**; *cf. p. 416, 13* || 9 *priore loco* inmo **M** || meam **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ *om.* **P** || 10 cius **P** || obsessi a] *Bs;* obsessa **MPβε** obsessam **ν** ⟨domo⟩ armata **β** || ⟨et⟩ liberos **β** || 11 rapuissem] *Pincianus;* rapuisset **O** || *verba* accusari posset *om.* **O**; *cf. p. 416, 18* || 12 potest] potes *Bs* || meum **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ || 13 oc **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ || 14 alio **P** || 16 inuenenetur, *superscr.* uel *(om. var. l.)*, **ε** || 18 seruarem **M**$^{1}$**ε** *corr.* **M**$^{3}$ || infamaret] **βεν**; inflammaret **MP**; *cf. p. 417, 17* || 19 me *rad. corr. ex* meạ *vel* meọ **M** || emancipatum] *cf. p. 417, 18;* mancipatum **MPβε** mancipauit **ν** || 20 viva] **βν**; uiuam **MP** uiua// **ε** || priore uxore] **β**; priorem uxorem **MPε** uxore persona **ν** || 21 professus ⟨est⟩ **ε**$^{2}$ || languetu **M**$^{1}$ *languete* **M**$^{2}$ *corr.* **M**$^{3}$ || conuitio **MPβ**

ricio auspicans, quidquid accidit, venit, qui ad sanos nepotes numquam ante venisset. non admisi; et tunc enim vidi venire rapturum.

Extra. Habet hoc Montanus vitium: sententias suas repetendo corrumpit, dum, non contentus unam rem semel bene dicere, efficit, ne bene dixerit. propter hoc solebat Scaurus Montanum inter oratores Ovidium vocare; nam et Ovidius nescit quod bene cessit relinquere. cum Polyxene esset adducta tumulo Achillis immolanda, Hecuba dixit:

cinis ipse sepulti
in genus hoc pugnat.

poterat esse contentus; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem. ||

neque hoc contentus adiecit:

Aeacidae fecunda fui.

aiebat Scaurus non minus magnam virtutem esse scire dicere quam scire desinere.

## VI.

### FILIA CONSCIA IN VENENO PRIVIGNI.

Venefica torqueatur, donec conscios indicet.

Quidam mortua uxore, ex qua filium habebat, duxit alteram et ex ea sustulit filiam. *decessit adulescens; ac-*

**MPε** 1 auscupiscans **P** || quicquid **Pε** || 2 enim] *αβεν*; erim **M** eum **P** || vidi] *αβεν;* uide **MP** || 3 rapturum *rad. corr. ex* rapturūs **M** || 4 monenus **M**[1] *corr.* **M**[3] || 5 non ⟨est⟩ *ε* || una *ε* || 6 Scaurus] *βεν*; scaurum **MP** || 7 ▨nam et (& *eras.*) **M** || 8 cessit] *β*; gessit **MPεν** || polysenecesset **M**[1] polyssene esset **M**[3] polixena **P** || 9 achillys **M**[1] achilly **M**[3] quoque **P** || immolanda *om.* **P** || haecuba **M** || 12 esse *sup. vers. add.* **M**[1] *vel* **M**[2] || contemptus **P** || adietit **M**[1] *corr.* **M**[3] || 14 contemptus **P** || 15 fecundae **M** || fui] *βεν*; fuit **MP** || 16 agebat **M** || non *rad. corr. ex* nom **M** || niminus **M**[1] *corr.* **M**[3] || uirtutē▨ **M** || 19 fla **M**[1] *corr.* **M**[2] || priuigni *corr. ex* priuieni (?) **M** || 20 torqueatur *(prius* u *in ras.)* **M** || 21 uxore *rad. corr. ex* uxorem **M** || 22 ⟨ad⟩ alteram (ad *del.* ε[2]) ε || filiam] βεν; om. M[1]P *in marg. add.* **M**[2] || *verba* decessit . . . novercam (p. 444,1) add. Bs; cf. p. 422, 8

*cusavit maritus novercam* veneficii. damnata, cum torqueretur, dixit consciam filiam. petitur ad supplicium puella. pater defendit.

Non prodesset tibi, puella, quod te amavit frater, nisi mater odisset. nefanda mulier, etiam filiae noverca, ne mori quidem potuit, nisi et occideret. in gladiatoribus quoque condicio dura victoris est cum moriente pugnantis. nullum magis adversarium timeas, quam qui vivere non potest, occidere potest. concitatissima est rabies in morte, et desperatione ultima in furorem animus inpellitur. quaedam ferae tela ipsa conmordent et in mortis auctorem per vulnera ruunt. gladiator quem armatus fugerat, nudus insequitur, et praecipitati non quod inpulit tantum trahunt sed quod occurrit. naturali quodam deploratae mentis affectu morientibus gratissimum est commori. o mendacium simile veneficio! dum novercae meminit, matris oblita est. peto, ne, quia filium vindicavi, filiam perdam. nisi succurritis, noverca vicit, ego victus sum. ne inter || supplicia quidem desivit occidere. prosit apud vos puellae quod eam pater laudat, prosit quod mater accusat. conscia, inquit, est filia. ego torqueri coepi, noverca torquere. habui filium talem, ut illum amare posset noverca, nisi in eam incidisset, quae odisse etiam filiam posset. servus tortus furti Catonem conscium dixit. utrum plus tormentis

**MPε** 1 uenefici **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || cum] *cf. p. 422, 10;* dum **O** || 2 petitur ⟨dixit⟩ **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ petitur ⟨duci⟩ **ε** || 3 pater *corr. ex* patitur **M** || 5 ne] nec **M**$^3$**P** || 6 et] ut *Seneca; cf. p. 422, 17* || conditio **P** || 7 est uuctoris **P** || 8 uiuificare **ε** || 9 desperatione (disperatione **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$) et (et ⟨in⟩ ***β***) morte **O**; *cf. p. 423, 1* || furore **M** || 10 fera& **M** || tela *rad. corr. ex* telae **M** ⟨et⟩ talia **P** || commordent **M**$^3$ conmordet **P**$^2$ || 11 gladiatorque inarmatus **P** || 12 quo **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 13 hoccurrit **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || deplorante **P** || 14 mendacium] ***αν***; mendatium **MPβε** || 15 oblita *rad. corr. ex* obluta **ε** || 16 ⟨quod⟩ nisi **ε** || succurris **P** succurristis **ε** || uincit **P** || 17 ne] nec **M**$^3$**P** || desinit **Pε** || 18 nos **ε** || puella **ε** || 21 odisset **P** || posset filiam **P** || 22 tortus furti] ***β***; furti (furo **P**) tortus **MPεν**; *cf. p. 425, 11* || catone scium **M**$^1$ catone conscium ***M***$^2$ *corr.* ***M***$^3$ || *tortus* Catonem conscium furti Ml

creditis an Catoni? quod noverca tam sero, puella tam cito? in hoc poenas veneficii dabat, ut accusationis exigeret.

Pars altera. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur; venena radicibus statim pestifera sunt. quid illa, quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum, quod et sorori conveniat et virgini. noverca in hoc privigno dedit venenum, ut filia sola heres esset; idcirco adhibuit et consciam. ||

**MPε** 1 an] *βεν*; aut **MP** || 2 paenas **M** || ut *corr. ex* ait **M** || 3 quarundem **M**¹ *corr.* **M**³ || robiae **M**¹ rabiae **M**² || 4 qua **M** || 5 moram] **M**¹*αε*; ora **M**³**P***β* || habet **P** || 6 conuenias **P** || in *om.* **M**¹ *add.* **M**² || privigno] exemplo **P** || uenemam (?) **M**¹ *corr.* **M**³ || 7 filia *corr. ex* filias **M** || ex//(p *eras.*)plicit liber VIIII . incipit liber X . **M** incipit . VI **P** explicit liber VIII . incipit VIIII . *add.* ε².

# ⟨CONTROVERSIARVM⟩

## ⟨LIBER DECIMVS.⟩

Seneca Novato, Senecae, Melae filiis salutem.

1 Quod ultra mihi molesti sitis, non est: interrogate, si qua vultis, et sinite me ab istis iuvenilibus studiis ad senectutem meam reverti. fatebor vobis, iam res taedio est. primo libenter adsilui velut optimam vitae meae partem mihi reducturus: deinde iam me pudet, tamquam diu non seriam rem agam. hoc habent scholasticorum studia: leviter tacta delectant, contrectata et propius admota fastidio sunt. sinite ergo me semel exhaurire memoriam meam et dimittite vel adactum iureiurando, quo adfirmem dixisse me quae scivi quaeque audivi quaeque ad hanc rem

**CDM** 3 mellae **D** maelae **M** ‖ filis **AB** ‖ 5 iuuenibus **AB** iuuenalibus **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$; *cf. Sander Sprachgebr. 2, 19* ‖ 6 fateor **VD**$\beta$; *cf.* ***p.*** *1, 9* ‖ taedo **V** ‖ 7 mihi *om.* **M** ‖ 8 me iam **CD** ‖ iamquam **M** ‖ hoc abent **A** *om.* **M** ‖ 9 scola **M**$^1$ *del.* **M**$^3$ *om.* **P** scolastica $\alpha$ ‖ tractata **D** ‖ proprius **AB** ‖ 10 admota] **DM**$\tau$; admodum **C** ‖ fastidio *corr. ex* factidio **M** ‖ ergo] **DM**$^3$**P**$\alpha\beta\tau$; ego **CM**$^1$ ‖ me *om.* **M** ‖ exaurire **AM** ‖ 11 dimitte **D** amittite **M** admittate **P** ‖ adactam **M** ‖ iusiurando **AB** iusiurandum **V** iusiurandi $\tau$; *cf. Caes. BC. 1, 76, 3. 2, 18, 5* ‖ quo adfirmem] *cod. Palat. Gruteri;* quod firmem (firme **D**$^1$ ferme **D**$^2\tau$) **CD**$\tau$ quod adfirmem **M** quod affirmaui **P** quod affirmem $\alpha$ affirmem $\beta$, *del. Gr* ‖ 12 dixisse] dixissem **V** dixisse ⟨memini⟩ **D** dixisse (x *scr.* **M**$^3$) **M** ‖ scivi] **DM**$^3\alpha\beta$; scii **AB** sciua **V** siui **M**$^1$ siscui **P** sciu $\tau$ ‖ *verba* audivi quaeque *om.* **BD**

pertinere iudicavi. pertinere autem ad rem non puto, quomodo 2
L. Magius, gener T. Livi, declamaverit, quamvis aliquo tempore suum populum habuerit, cum illum homines || non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri fere; nec quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamaverit: transeo istos, quorum fama cum ipsis extincta est. de SCAVRO si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui estis. non novi quemquam, cuius ingenio populus Romanus pertinacius ignoverit. dicebat neglegenter: saepe causam in ipsis subselliis, saepe dum amicitur discebat; deinde litiganti similior quam agenti cupiebat evocare aliquam vocem adversariorum et in altercationem pervenire: vires suas noverat. nihil erat illo venustius, nihil paratius: genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium gravitas, ipse voltus habitusque corporis mire ad auctoritatem oratoriam aptatus. sed 3
ex his omnibus sciri potest, non quantum oratorem praestaret ignavus Scaurus, sed quantum desereret. pleraeque actiones malae, in omnibus tamen aliquod magni neglectique ingeni vestigium

**CDM** 1 iudicavi . pertinere] **P**$\alpha\beta$; *om.* **AB** credidi pertine **VD** iudicaui pertinerere **M** || non ad rem **CD** || 2 L.] t (*corr. ex* l **M**) **MP** || magus **B** || liuii **M**$^2$**D** || alioquo **AB** || 3 habuit **M** || 4 laudarent *corr. ex* laudanent **A** || fere; nec] *Vsener;* ferrent (efferrent $\beta$) **O**, *ferrent, ⟨aut⟩, *fort.* ferrent, ⟨et⟩ *Otto,* ferrent; ⟨nec magis puto referre,⟩ *Gz* || L.] *om.* **VD** ł (= uel) **M** || aspre(-prae **AD**)nates **CD** asprena **M** || 5 senex *om.* **M**, *fort. recte* || declauerit **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || ⟨et⟩ istos *Schg* || 6 extincta ⟨sunt⟩ est (sunt *eras.*) **M** || 7 quequam **A** || 8 pertinatius **AVM** || igno..uerit (ra *eras.*) **M** || neglegenter *om.* **M** || 9 subsellis **AB** subsilliis **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ || amicitur *om.* **M** || dicebat **VDM**· || 10 euocare *rad. corr. ex* aeuocaret (?) **M** || aliquam (-em **D**) euocare **VD** || 11 vocem *om.* **VD** || aduersiorum **B** || et] set **M**$^3$ || altercatione **M** || uerueníre **AB** *om.* **M** || 12 non erant **M**$^1$ nouerant **M**$^3$**P** || *verba* nihil paratius *om.* **M** || 13 antiquum *corr. ex* antiguum **A** anticum **M**$^1$ antiqum **M**$^3$ || *verba* non ... habitusque *(v. 14) om.* **CD** || uultus **M**$^3$ || 14 corporisque mirae (-re **D**) **VD** || aptus **D**$^2$ (*Mg*) || 15 iis **CD** || scire posset (-ses $\beta$) **M**$\beta$ || praestaret ignavus Scaurus] *Bs;* praestaret ignarus (ignaris **VD**) carus (scaurus **D**) **CD** prestares caurus **M**$^1$ prestaret scaurus **M**$^3$**P**$\alpha$ praestaret $\beta$, *fort.* praestaret ipsa re Scaurus *Mg* || 16 dissereret **VD**$^1$**M** || actiones (es *corr. ex* is) **A** || 17 aliquot **A** || neclectique **ABM**$^1$ *electique* **M**$^3$ *lectique* **P** || ingeni] **BM**$^2$; ingenii **AVDM**$^3$ *om.* **M**$^1$

extabat. raro aliqua actio bona, sed quam fortunae imputares, eo illum longa, immo perpetua desidia perduxerat, ut nihil curare vellet, nihil posset. orationes septem edidit, quae deinde *ex* senatusconsulto combustae sunt. bene cum illo ignis egerat, sed extant libelli, qui cum fama eius pugnant, multo quidem solutiores ipsis actionibus; illas enim, cum destitueret cura, calor adiu‖vabat; hi caloris minus habent, neglegentiae non minus. declamantem audivimus et novissume quidem M'. Lepido ita, ut, quod
4 difficillimum erat, sibi displiceret. de T. Labieno interrogatis? declamavit non quidem populo, sed egregie. non admittebat populum, et quia nondum haec consuetudo erat inducta et quia putabat turpe ac frivolae iactationis. adfectabat enim censorium supercilium, cum alius animo esset: magnus orator, qui multa impedimenta eluctatus ad famam ingeni confitentibus magis homi-

**CDM** 1 exstabat **C** ‖ rora **A** ‖ accio **M** ‖ quam *corr. ex* quantum (*sic* **D**) **V** ‖ imputare **AB** inputarem **M** ‖ 2 eo] *Kss;* sed (set **V**) **CDM** sic *β* ‖ longa, immo] **D***αβ***τ**; longammo **AB** longam immo **V** longa im//mo (per *eras.*) **M** longua immo **P** ‖ perpetuam **AB** ‖ disidia **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 3 uellent **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ possit **B** ‖ sēptem **A** ‖ deinde quae **M** ‖ ex *add. Ml* ‖ senatuconsulto **V** *om.* **M***β*; *cf. Suet. Calig. 16* ‖ 4 ex his (iis **D**) libellis **CD**, extant hi libelli *Gz* ‖ 5 pugnant] lugent **M**, pugnent *Gz* ‖ 6 accionibus **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ di(de **P***α*)-stituerit cum **MP***α* ‖ calor] labor **CD** ‖ adiuuat **M** ‖ 7 hi] **D**; haec **O** ‖ caloris] co(ca **D**)loris sui **CD**, *fort.* caloris ut *Kss, fort.* caloris vivi *Gz* ‖ neglentiae **M** ‖ 8 et *om.* **M** ‖ nobis sum aequidem **AB** nouissime quidem **VDM** ‖ M'. Lepido] *Kss;* lepido **AVD**$^1$*α* m. lepido **BM**$^1$*β* ⟨c̄ (cū **P**)⟩ m. lepido **M**$^3$**P** lepide **TD**$^2$ labienum **τ**, tepide *Mg,* inlepide *Linde; cf. Borghesi ad Tac. ann. 3, 32* ‖ 9 difficimum **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ ibi **M** ‖ displicere **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ de T. Labieno] *He;* det labienon **C** de rabienon **D** det labi-(bi *corr. ex* be)ono **M**$^1$ de labeone **M**$^2$**P***α* de labieno *β* ‖ interrogatus **V***α* interrogatis (ti *in ras.* **M**$^3$) **M** ‖ 10 populariter *Linde, fort.* ⟨plaudente⟩ populo *Gz* ‖ egregiae **V** egreugie (?) **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ populum *corr. ex* populo **V** ‖ 11 *prius* quia] qui **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ *post.* et *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ ‖ 12 putabaturpe **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ friuolae *corr. ex* friuorae **V** friuolaet **M** ‖ act(t *corr. ex* c **M**$^2$)ionis **M** ‖ adfectabat enim] *Hadrianus Iunius;* adfectant enim **AB** adfec(affac **D**)tantem immo **VD** faciebat enim **M**, adfectavit enim *Bs* ‖ censoruum **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ 13 alias (*sic* **D**$^2$) *corr. ex* alios (?) **M** ‖ ⟨non⟩ esset **D**$^2$ ‖ *verba* qui multa impedimenta *om.* **M** ‖ *14 ingenii* **VDM**$^2$ ‖ magnis *in marg. scr.* **M**

nibus pervenerat quam volentibus. summa egestas erat, summa
infamia, summum odium. magna autem debet esse eloquentia,
quae invitis placeat, et cum ingenia favor hominum ostendat,
favor alat, quantam vim esse oportet, quae inter obstantia erum-
pat! nemo erat, qui non, cum homini omnia obiceret, ingenio
multum tribueret. color orationis antiquae, vigor novae, cultus 5
inter nostrum ac prius saeculum medius, ut illum posset utraque
pars sibi vindicare. libertas tanta, ut libertatis nomen excederet
et, quia passim ordines hominesque laniabat, Rabienus vocare-
tur. animus inter vitia ingens et ad similitudinem ingeni sui
violentus et qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuis-
set. in hoc primum excogitata est nova poena; || effectum est
enim per inimicos, ut omnes eius libri comburerentur: res nova
et invisitata supplicium de studiis sumi. bono hercules publico 6
ista in poenas ingenio*rum* ve*r*sa crudelitas post Ciceronem in-
venta est; quid enim futurum fuit, si triumviris libuisset et in-
genium Ciceronis proscribere? sunt di inmortales lenti quidem,
sed certi vindices generis humani et magna exempla in caput

**CDM** 1 volentibus] **Mτ**; auolentibus **CD** *corr.* D¹, *fort.* faventibus *Gz* || 2 magnam **AB** || 3 et *om.* **M** || hostendat **A** || 4 quantum **AM**¹ *corr.* **M**³ || oporteat *corr. ex* oportet **M** || inte **B** ante **VD** || obstantiae rumpat (rumperat **A**) **AB** || 5 *verba* nemo erat *om.* **CD** || quae **VD** || 6 tribuerit **M**¹ *corr.* **M**² || antquae (-que **A**) **AB** antique **M** || neue **M**¹ noue **M**² || 7 primus **AB** || possit **B** || 8 tibi **AB** || 9 possim **B** || laniabat] (*corr. ex* laniabant **M**) **D²MPτ**; labiabant **CD** || Rabienus] rabies **CDP** *om.* **M**, Rabies *Bs; cf. Suet. Tib. 42 et vit. Horati (p. 298, 14 R.)* || uocaret **A** uagaretur **M** || 10 inter] per **M** || ingenii **VDM** || 11 uiolentus *corr. ex* uiolentes **B** || et qui] **MPα**; qui **CD**, *fort.* *ut qui || spiritus *corr. ex* spiritos **M** || 12 hoc] hunc **VD** || pena **M** || 13 *verba* per inimicos *om.* **M** || eius ut omnes **CD** || incenderentur **M** || 14 inusitata **V** instituta **M** insueta *β* || studis **AB** || simi **M**¹ *corr.* **M**³ || hercule supplicio **M** || 15 penas **M** || ingeniorum versa] *R. Wachsmuth;* ingeniosa **O**, ingeni vorsa *Birt, Buchw. 374* || 16 futura **A** futurum ⟨futurum⟩ *(post.* futurum *del.)* **M** || fuit] sit **D** || triumuiri% *(s eras.)* **M** || libuisset] libros et (ros et *in ras.*) **M** || 17 proscriberent **M**² || *verba* sunt . . . saevitia est *(p. 450, 9) Senecae abiudicanda esse cens. R. Wachsmuth* || sunt di inmortales] **τ**; fundi inmortales **CD** sunt dii imortales (mortales **P**) **MP**

invenientium regerunt, ac iustissima patiendi vice quod quis-
que alieno excogitavit supplicio saepe expiat suo. quae vos,
dementissimi homines, tanta vecordia agitat? parum videlicet in
poenas notae crudelitatis est: conquiritis in vosmet ipsos nova,
quibus pereatis, et si quid ab omni patientia rerum natura sub-
duxit, sicut ingenium memoriamque nominis, invenitis, quem-
7 admodum reducatis ad eadem [rem] corporis mala: facem studiis
subdere et in monumenta disciplinarum animadvertere quanta
et quam non contenta cetera materia saevitia est! di melius,
quod eo saeculo ista ingeniorum supplicia coeperunt, quo in-
genia desierant! eius, qui hanc in scripta Labieni sententiam
dixerat, postea viventis adhuc scripta conbusta sunt; iam non
malo exemplo, || quia suo. non tulit hanc Labienus contume-
liam nec superstes esse ingenio suo voluit, sed in monimenta
se maiorum suorum ferri iussit atque [ita] includi, veritus scilicet,
ne ignis, qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur: non
8 finivit tantum se ipse sed etiam sepelivit. memini aliquando,

**CDM** 1 inuenientia **M**[1] *corr.* **M**[3] || regerent **VD** regesserunt **M** || iustissimam **A** || pacienti **A** paciendi **M** || quo **M** || 2 saepe] *fort.* semper *Kss* || expiat] **M**[3] *(Lipsius)*; emittat **CD** excipiat **M**[1]**τ** || que **AM** de **B** || 3 dementissimid **AB** dementissime **M**[1] *corr.* **M**[2] || uaecordia **CD** uecerdia **M**[1] *corr.* **M**[3] || 4 penas **M** || not//e (a *eras.*) **M** || crudelitates **M**[1] *corr.* **M**[2] || *verba* conquiritis . . . pereatis *(v. 5) om.* **CD** || conquiritis] *Pincianus (R. Wachsmuth)*; conquirite **MPα** || uosne **M** || 5 perennis est si **M** || ad **M** || 6 sicut] si quid **CD** || invenitis] *Pincianus (R. Wachsmuth)*; inuenite **ABM** inuenit **VDPα** || equeadmodum **VDPα** || 7 perducatis **M** || eadem *corr. ex* oadem **B** eandem **VDM** || rem *om.* **M**[1] *add.* **M**[2], *del. Fb* || mala *om.* **M**[1] *add.* **M**[2] malam **D**[2]**τ** || facē// (a *eras.*) **M** || 8 subderet **M** || displiciarum **B** || animadvertere] **τ**; namaduertere **AB** aduertere **VD** animaduerteret **Mα** animauerterent **P** || 9 caetera **M**, *fort.* sueta *vel* recta *Gz* || seuitiae materia **M** || dii **M**[2] || 10 quod **AB** || 11 desierunt **M** || hunc **A** || *verba* Labieni . . . scripta *(v. 12) om.* **CD** *(add.* **τ**) || sentiam **M**[1] *corr.* **M**[3] || 12 adhunc **M** || script **M**[1] *corr.* **M**[2] || 13 exempla **A** || suo] **Mτ**; sunt **CD** || 14 monumenta **VDM** || 15 iusit **M**[1] *corr.* **M**[3] || *ita *del.; fort.* *ibi *scr.* || indudi **AB** || 16 nomini] **Dαβτ**; nomine **CMP** || subiectis **B** subiectus *corr. ex* supiectus **M** || negit **A** || *verba* non finivit . . . recitaret *(p. 451, 1) om.* **A** || 17 finibit sanctum **B** || se// (d *eras.*) **M** || saepeliuit **V** se fleuit **M**

cum recitaret historiam, magnam partem illum libri convolvisse et dixisse: haec, quae transeo, post mortem meam legentur. quanta in illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit! Cassi Severi, hominis Labieno invisissimi, belle dicta res ferebatur illo tempore, quo libri Labieni ex senatus consulto urebantur: nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici. monstrabo bellum vobis libellum, quem a Gallione vestro petatis. recitavit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis, in quo suspicietis adulescentis animum illos dentes ad mordendum provocantis. *nunc* autem, puto, iam 9
nihil quod interrogetis restat. MVSA rhetor, quem interdum solebatis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingeni, nihil cordis: omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent. quis enim ferat hominem de siphonibus dicentem 'caelo repluunt' et de sparsionibus 'odoratos imbres' et in cultum ‖ viridarium 'caelatas silvas' et in picturam 'nemora surgentia'? aut illud, quod de

**CDM** 1 patrem **AB** ‖ conuoluisse **C** cum uoluisset **D** cumuoluisse▨ (t *eras.*) **M** ‖ et] **M**[3]**P**; *om.* **CDM**[1]**α** ‖ 2 post▨ (e *vel* i *eras.*) **M** ‖ 4 labieni **CD** ‖ amicissimi **VD**, iunctissimi *vg* ‖ uelle **AB** ‖ res ferebatur] rebantur **AB** recitabantur **VD** ‖ illo] illo ⟨in⟩ **M**[3] ‖ 5 quo▨ (d *eras.*) lib▨ri (e *eras.*) labieni▨ (i *eras.*) **M** ‖ senatus consulto] sunt con **A** s̄c̄ **B** s̄ con **V** ▨▨ *(post. loco* c *eras.)* **M** s. c. *α om.* **P** ‖ 6 uiuum (uiu *in ras.*) **M** ‖ eddidici **B** ▨edidici (s *eras.*) **M** ‖ uobis bellum **M** ‖ bellum *del. Kss N. Beitr. 12* ‖ 7 que **B** ‖ gallione *corr. ex* gallionē **V** galieno *corr. ex* gallieno **M** ‖ nostro **D** *(Kss), fort. recte* ‖ pietatis **A** ‖ 8 probabat hillo **B** probat illo **D** *corr.* **D**[1] pro batillo **M** ‖ Maecenatis] *Lipsius;* mece (-cae **V**) natae (-te **DM** -ti *β*) **O** ‖ quo *corr. ex* quos **M** ‖ supicietis **B** suppletis **M** ‖ adolescentis **AM**[1] *corr.* **M**[3] ‖ animam **M** ‖ 9 prouocatis **M**[1] *corr.* **M**[2] ‖ nunc *add. Kss* ‖ autem] hic **D** *om.* **MPαβ** ‖ 10 nihil] mihi **M** ‖ soletis **M** ‖ 11 meus] melius **C** ‖ contrabat **V** ‖ multum *corr. ex* murtum **M** ‖ 12 ingenii **VDM** ‖ nihil] minus **M** ‖ uisque **A** ‖ ultimam **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ tumurem **A** ‖ 13 *prius* extra *corr. ex* ultra **V** ‖ esset **M** ‖ 14 simponibus **CD** siponibus **M** sifonibus *β* ‖ replunt **AB** repleunt **M**[1] *corr.* **M**[3] ‖ et *om.* **M** ‖ 15 sparsionibus (o *corr. ex* b) **A** ‖ odorators **AB** odoratoris (-riis **D**) **VD** ‖ *fort.* in sculptum *Kss* ‖ viridarium] *Kss;* uiridium **CD** uirilium **M** ‖ caelata **AB** calatas **M** ‖ 16 pictura **VD** pigturam **M**, *fort.* picturam ⟨rami⟩ Gz., fort. *plantaria

subitis mortibus memini eum dicentem, cum vos me illo perduxissetis: 'quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus. quaere nunc, cur subito moriamur: mortibus vivimus'. non ergo, etiamsi iam manu missus erat, debuit de corio eius nobis satis fieri? nec sum ex iudicibus severissimis, qui omnia ad exactam regulam derigam: multa donanda ingeniis puto; sed donanda vitia, non portenta sunt. si qua tamen tolerabiliter dicta sunt, non subtraham, licet non plura videantur: vos subiciatis. Moschvs non incommode dixit, sed ipse sibi nocuit; nam dum nihil non schemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat, sed prava. itaque non inurbane Pacatvs rhetor, cum illi Massiliae mane occurrisset, schemate illum salutavit: 'poteram' inquit 'dicere: ave, mosche'. ipse ab eloquentia multum aberat; natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas, nulli non inpressit aliquid, quod effugere non

**CDM** 1 subiciis **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ montibus **CD** molibus **M** ‖ nemini **V** *om.* **M** ‖ cum/// (sim [?] *eras.*) **M** ‖ 2 *verba* quidquid avium volitat *om.* **CD** (*add.* **ϛ**) ‖ *sec.* quidquid *corr. ex* quiquid **M** ‖ *verba* quidquid ferarum *om.* **M**$^1$ *add.* **M**$^2$ ‖ quicquid **VDM**$^{(2)}$ ‖ 3 tepellitur **AB** deponitur **VD** ‖ que **AB** qui **VD** quere **M** quare **P** ‖ 4 cur] cum **VD** ‖ ergo *in ras.* **V** ‖ ecsi iam **M** ‖ 5 manu misus **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ satis fieri *corr. ex* salutis fieri **V** calceus fieri **D** ‖ nec sum] nunc sunt **M** ‖ 6 *verba* qui omnia ad *om.* **M** ‖ extam **A** exactam (c *rad. corr. ex* d) **M** ‖ 7 derigam] *Kss, Ml;* redicam **AB** redigam **VD** redicant *corr. ex* reducant **M**$^1$ reidicant **M**$^3$**P** redigant *αβ*, reducam *Bs* ‖ donanda *corr. ex* donanta **M** ‖ ingenis **AB** ingenuis **V** ‖ se *corr. ex* so **B** ‖ 8 portanta **A** ‖ tollerabiliter **V** ‖ sum **AB** ‖ subtrahant **M** ‖ 9 licet *om.* **M**, *fort.* licet ⟨nunc⟩ *Gz* ‖ subitiatur **M** ‖ *verba* si qua *(v. 8)* . . . subiciatis *post* restat *(p. 451, 10) transp. esse cens. Gz* ‖ Moschus] *Bs;* oscus **O** ‖ 10 commadae **M**$^1$ incommadae **M**$^2$ incommodae **M**$^3$ ‖ sibi (bi *corr. ex* ni [?] **M**$^3$) **M** ‖ dum] si **M** ‖ non schemate] naschemate **V** absque schemate **D** scemate **M** ‖ 11 erit **M**$^2$ *et* **M**$^3$ ‖ 12 urbane **C** *corr.* **ϛ** ‖ illa **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ masilia **M**$^1$ masilie **M**$^3$ ‖ *verba* mane . . . contumelias *(v. 14) om.* **M**$^1$ *in marg. add.* **M**$^2$ ‖ occuriset **BM**$^{(2)}$ ‖ 13 schematem **M**$^{(2)}$ ‖ inquit] quidem **M**$^{(2)}$ ‖ habe **C** ‖ *mosche] *Bs;* osce **CD** osci **M**$^{(2)}$ ‖ 14 eloquentiam **A** ‖ haberat **B** ‖ contumelia **M**$^{(2)}$ *corr.* **M**$^3$ ‖ somnium **M** ‖ 15 inurgen(-guen **V**)das **CD**$^1$ iniungendas **D**$^2$ ‖ pressit **B** ‖ effugire **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$

posset. ille Passieno prima eius syllaba in Graecum mutata ob- 11
scenum nomen inposuit, declamatori subtili, sed arido; ille Sparso
dixit scholam communem cum || rhetore quodam habenti: tu potes
controversiam intellegere, qui non intellegis te laterem lavare?
SPARSVS autem dicebat violenter, sed dure. ad imitationem se
Latronis derexerat nec tamen umquam similis illi erat, nisi cum
eadem diceret. utebatur suis verbis, Latronis sententiis. cum 12
BASSO certamen illi fuit, quem vos quoque audistis, homine
diserto, cui demptam velles, quam consectabatur, amaritudinem
et simulationem actionis oratoriae. nihil est indecentius, quam
ubi scholasticus forum, quod non novit, imitatur. amabam ita-
que CAPITONEM, cuius declamatio est de Popillio, quae misero
Latroni subicitur: bona fide scholasticus erat, in his declama-
tionibus, quae bene illi cesserunt, nulli non post primum tetra-
deum praeferendus. primum tetradeum quod faciam, quaeritis? 13

**CDM** 1 possit **B** || Passieno] **Dτ**; passennae (-nne **MP** -uno *β*) **O** || syl-(sil **A**) lauim (labam **V**) grecum multu (mutua **V**) tam **C**, syllaba Graecum imitata *Schg* || 2 *verba* declamatori . . . arido *post* Sparso *transp. Fb* || subti **AB** sobtili **M**¹ *corr.* **M**³ || set | tarido (*post.* t *del.* **M**²) **M**, nec arido *Schg* || ille] idem *Otto* || sparsam **V** sparto **M**³ || 3 cholam **C** scolam **M** || quedam **A** || habent **M** || 4 intelligis (s *corr. ex* t) **A** intelleges **M** || te// (& *eras.*) **M** || laterem lavare] **Dαβτ**; latere acl (ad **A**) euare **C** laterem (m *scr.* **M**³) leuare **M** || 5 sparsis **C** spartus **M** || ualenter **M**, *fort. recte* || durae **AB** || 6 latronis (ni *scr.* **M**³) **M** || derexerat] direxerat **VDτ** dixerat **TM**¹ duxerat **M**³**P** || ne **M**¹ *corr.* **M**² || tam **VD** || illi *om.* **D** || cum ⟨ad⟩ **MP** || 7 eadem *corr. ex* eandem **M** eamdem **P** || diceret] **Mτ**; dicerem **AV** diceremus **B** dicere **D** || utebatur] **Mτ**; utedabatur **AB** ditabatur **V** meditabatur **D**, *fort.* usitabatur *Gz* || 8 illi *corr. ex* illo **V** || que// *corr. ex* quos **M** || homine] **DM**¹**ατ**; hominem **CM**²**Pβ** || 9 disserto **M**¹ dissertum **M**³ || uellis **M** || 10 simulationem (*post.* i *corr. ex* o) **A** assimulationem **D** || accionis **M** || 11 scolasticus **BM** scholas **D** || forum *om.* **M** || itaquae **M** || 12 *cf. p. 292, 7* || declamationem de **A** || pupillio **VD** popilio ⟨hec⟩ **M** || que **M**¹ *corr.* **M**² || misero] magistro **D**², miror cur (. . subiciatur) *Schg, fort.* mire nostro *Gz, fort.* *sine ratione || 13 subidcitur **AB** subiciuntur **M** || shco (sco **M**) lasticus **BM** || herat **M**¹ *corr.* **M**³ || illis **D** || 14 que **AB** ubique **M**, utique ⟨, quae⟩ *Gz* || cesserant **M** *(Gz)* || 15 referendus **CD** || *verba* primum *(v. 14)* tetradeum referendus *bis scr.* **A**¹, *post. loco del.* **A**² || tetradacum quo **M** || facuam **M**² fauam **M**³

Latronis, Fusci, Albuci, Gallionis. hi quotiens conflixissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma; reliquos ut vobis videbitur conponite: ego vobis omnium feci potestatem. hos minus nobiles sinite in partem abire, PATERNVM et MODERATVM, FABIVM et si quis est nec clari nominis nec ignoti. cum vobis ad satietatem vestram me praestiterim, ‖ permittite [me] mihi et aliquos, quos non nostis, ex sinu proferre, quibus, quo minus ad famam pervenirent, non ingenium defuit, sed locus.

14 bene declamavit GAVIVS SILO, cui Caesar Augustus, cum frequenter causas agentem in Tarraconensi colonia audisset, plenum testimonium reddidit; dixit enim: 'numquam audivi patrem familiae disertiorem'. erat, qui patrem familiae praeferret, oratorem subduceret: partem esse eloquentiae putabat eloquentiam abscondere. solebat declamare studiose et TVRRINVS CLODIVS, cuius filius fraterno vobis amore coniunctus est, adulescens summae

**CDM** 1 latrones **M**1 *corr.* **M**3 ‖ Fusci] *Pincianus (Herv)*; fusci cessi **A** fusci certi **B** fusci cae(ce **VD**)sti **VDM**, Fusci Arelli *Lindner* ‖ albuci (l *corr. ex* b) **A** ‖ ii **D** hyi **M** ‖ cotiens **B** ‖ confluxissent **M** ‖ 2 *verba* penes . . . fuisset *om.* **CD** ‖ *post. loco* pene **A** poenes **B** paenes **M** ‖ galionem **BV** gallione▨ **M** ‖ pal▨▨ma (la *eras.*) **M** ‖ relinquo si ita uobis **D** ‖ 3 uidebitur *corr. ex* uidebatur **V** uidetur **M** ‖ conponite *om.* **CD** ‖ feci *corr. ex* foci **B** ‖ 4 hos] **Mτ**; ho **A** hoc **BVD** ‖ nouiles **AB** ‖ inite **M**1 *corr.* **M**3 ‖ pacem **D**2 ‖ habire **B** ‖ 5 clari] **VMτ**; dari **ABD** ‖ cum] quamuis **τ** ‖ 6 vobis] **τ** *(Pincianus)*; bouis **A** bonis **BVD** uis **M**1 uix **M**3 ⟨ius⟩ nobis *β* ‖ sacietatem **B** ‖ *prius* me] ne **M**1 nec **M**3 *om.* *β* ‖ memihi *corr. ex* memini **B** ‖ *me *del. Mg, fort.* nunc *Gz* ‖ 7 quos *om.* **CD** ‖ *et alios quos non **Dτ**, *fort. recte* ‖ inu **A** sino **M**1 *corr.* **M**3 ‖ cominus **M** ‖ 8 peruenerint **M** ‖ locus (c *scr.* **M**1) **M** ‖ 9 grauius **BM**2 gabius **VD** ‖ Silo] **Mτ**; ⟨cui⟩ silo (sylo **BD**) **CD** ‖ 10 tarraconem si **AB** terraconensi **D** terracinamsi **M**1 terracinensi **M**2 ‖ colonia▨▨ (it *eras.*) uidisset **M** ‖ 11 nonnumquam **VD** ‖ 12 *verba* disertiorem . . . familiae *om.* **CD** (*add.* **τ**) ‖ disertiorem *corr. ex* disertioram **M** ‖ erat, qui] *cf. p. 393, 8. 400, 6*; erat cum *Gr*, at cum *Bs, fort.* atqui ⟨cum⟩ *Gz* ‖ praeferre **D** praefercet **M**1 *corr.* **M**2 ‖ oratori **M** ‖ 13 subducebat **AB** *(Bs, Gz)* subducabat **V** subducere nam **D** ‖ patrem **AM** ‖ 14 studiosae tyrrinus **M** ‖ 15 fraterno] fraternon **AB** paternon **V** non pater (pater *del.* **D**2) **D** paterno **τ** ‖ amore] amare **CD** ‖ coniuntus **M** ‖ *adolescens* **M**3 ‖ suma **M**1 sumae **M**3

eloquentiae futurus, nisi mallet exercere quantum habet, quam
consequi quantum potest. sed Turrinus pater multum viribus 15
dempserat, dum Apollodorum sequitur ac summam legem dicendi
sectam putat; tantum tamen superfuit illi virium, quantum valeret, etiamsi ars abesset. sententias dicebat excitatas, insidiosas,
aliquid petentis. numquam non de colore Latroni controversiam
fecit. Latro numquam solebat disputare in convivio aut alio quam
quo declamare poterat tempore. dicebat quosdam esse colores
prima facie duros et asperos: eos non posse nisi ‖ actione probari. negabat itaque ulli se placere posse nisi totum; nosse enim
semet suas vires et illarum fiducia aliis metuenda et praerupta
audere; multa se non persuadere iudici, sed auferre. Turrinus 16
contra nihil probare nisi tutum; non quia inbecillus erat, sed

**CDM** 1 aeloquentiae **V** ‖ mallet *corr. ex* malleo **M** ‖ 2 pater] pater ⟨eclodius⟩ **AB** pater ⟨et clodius⟩ **VD** clodius **M** *(vg)* pater ⟨clodius⟩ **τ** ‖ 3 dempserat] **τ**; demserat **A** deserat **B** deserat *corr. ex* deserant **V** defecerat **D** demiserat **M** dimiserat **Pα** ‖ Apollodorum] **DMPαβ**; apollodorus **AB** appollodorum **V**, Apollodoreos *Kss; cf. Baumm de rhet. Graecis 10* ‖ sequitar **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ ac] ad **ABα** a **V** et **Dτ** ⟨et⟩ ad **MPβ** ‖ summa **A** ‖ dicendi sectam putat] **M**$^1$ *(Mg);* dicendi se amputat **CPα** dicendi eum putat **Dτ** dicendi im░░ (tā *eras.*) putat **M**$^3$ ‖ 4 tamen *om.* **A** ‖ illi superfuit **M** ‖ 5 etiamsi ars abesset] **Mτ**; etiam narrabesset **C** etiam narranti bene sed **D** ‖ ⟨ut⟩, quantum valeret, etiamsi aberrasset, ⟨sentires .⟩ *Mg* ‖ *fort.* *concitatas; *cf. Quint. 12, 9, 3* ‖ insidsosas *corr. ex* indisidsosas **V** insidias **M** ‖ 6 potentes **M** ‖ numquam non] numquam **BM**, nonnumquam *Mg* ‖ colore *corr. ex* colere **M** ‖ 7 fecit] ret **M**$^1$ feciret **M**$^2$ *corr.* **M**$^3$, *fort.* fecit . set *Kss* ‖ latro num *del.* **M**$^3$ ‖ ⟨non⟩numquam *Schg* ‖ conuio **A** ‖ alio quam] *Pincianus;* aliquam **CM** aliquando **D** aliqua **P** aliquo **βτ** ‖ 8 quo] (uo *in ras.* **M**) **MPβ**; quod **Cτ** *om.* **D** ‖ esse] *fort.* ⟨se adam⟩asse *Gz* ‖ 9 facies **AB** ‖ duros et asperos] **αβτ**; duros pe(aspe **D**)ros **CD** duro sed asperos **M**$^1$ duros sed asperos **M**$^3$ auros set asperos **P** ‖ nisi *om.* **M** ‖ accione **M** adprobari **M**, *f. recte* ‖ 10 negabat itaque] **Mτ**; negaba nisi ac itaque **C** negabat actitata quoque **D** ‖ ulli se] illi se **C** illis **D** ulli **M** ullis **τ** ‖ nisi] ni **B** ‖ totum░░ (se [?] *eras.*) **A** ‖ *nosse enim semet] nossent (nosse **D**$^2$) seet (seeis **Mα** cecis **P**) **O**, nosse se *Kss, Mg,* nosse se enim *Otto* ‖ 11 tuas **AB** ‖ *prius* et] ex **D** ‖ fu(fi **V**)dutia **AV** ‖ abs **A** alis **B** liis **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ ‖ metuenda *corr. ex* metuanda **A** ‖ 12 audere *corr. ex* audire **M** ‖ 13 cotra **A** ‖ totum **VD** *(corr. τ)* ‖ no **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ ‖ erat] seras **M**$^1$ corr. **M**$^3$

quia circumspectus. causas nemo diligentius proposuit, nemo respondit paratius; et pecuniam itaque et dignitatem, quam primam in provincia Hispania habuit, eloquentiae debuit. natus quidem erat patre splendidissimo, avo divi Iuli hospite, sed civili bello attenuatas domus nobilis vires excitavit et ita ad summam perduxit dignitatem, ut, si quid illi defuerit, scias locum defuisse. inde filius quoque eius, id est meus — numquam enim illum a vobis distinxi —, habet in dicendo controversiam paternam diligentiam, qua vires ingenii sui ex industria retundit. hoc et in ipso genere vitae sequitur ad summa evasurus iuvenis, nisi modicis contentus esset, et ideo dignus est, cuius tam modestis cupiditatibus Fortuna praestet fidem. horum nomina non me a nimio favore, sed a certo posuisse iudicio scietis, cum sententias eorum rettulero aut pares notissimorum auctorum sententiis aut praeferendas. ||

## I.

Iniuriarum sit actio.

Quidam, cum haberet filium et divitem inimicum, occisus inspoliatus inventus est. adulescens sordidatus

CDM 1 cause **M** || *verba* nemo . . . proposuit *om.* **CD** || posuit **M**[1] *corr.* **M**[2] respondit *corr. ex* raespondit **A** || 2 paratus **AB** || *verba* quam . . . dignitatem *(v. 6) om.* **CD** || primam] *Gr;* primum **MP** primo *β* || 4 iulii **M**[3]**P** || 5 atenuatas **P**, attenuata *Vsener* || domos nobiles **MP** || exicitauit **M**[1] *corr.* **M**[2] || summū (ū *in ras.* **M**[3]) **M** || 6 quid] **Mτ**; quis **CD** || ille **M**[1] *corr.* **M**[3] || defuerit] *Gz;* deberet **CD** defuit **MP** deerat **τ** || loco **O** || defuisse] **Mτ**; fuisse **AV** suisse **B** || 7 quoque *om.* **CD** || cius sid (*corr. ex* siil) **M**[1] *corr.* **M**[2] || id est] idem **D**[2] || a *om.* **CD** || 8 distincxi **B** || ducendo **M**[1] *corr.* **M**[3] || controversiam *om.* **M** *(Kss)* || paternam *om.* **CD** || 9 ingenii sui *om.* **CD** || ex] et **M**[1] *corr.* **M**[2] || et *del.* **V**[2] || et impso **A** || 10 uite genere **M** || sequentur **AB** || summ **A** summam **M** euasurus *corr. ex* euassurus **B** || 11 et *om.* **CD** || modestis] **MDτ**; modestius **C** || 12 fortunae **V** || omnia **M** || me animo maiore **M** || 13 potuisse **M** || 14 retulero **CD** || partes **D**[1] || auctorum] **DMτ**; auctorem **C**

*CD 17 thema in marg. add.* **V**[2]**D**[2] || 19 inspoliatus] **τ**; spoliatus **O**

divitem sequebatur; dives eduxit in ius eum et postulavit, ut, si quid suspicaretur, accusaret se. pauper ait: 'accusabo, cum potero' et nihilominus sordidatus divitem sequebatur. cum peteret honores dives, repulsus accusat iniuriarum pauperem.

VIBI GALLI. Gratias ago diviti, quod quos odit iam reos 1 facere contentus est. interdiu nobis publico interdicitur; quaerite, quid nocte fiat. 'non ambulabis' inquit 'eadem via, qua ego, non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam vestem, non flebis invito me, non tacebis': perieramus, si *hic* magistratus esset. ALBVCI SILI. Quod sordidatus fui, luctus est; quod flevi, pietatis est; quod non accusavi, timoris est; quod repulsus est, vestrum est. non taceam, qui adhuc vivo, quod tacui? nostis populi loquacis suspiciones. quare iste honores illo vivo numquam petit? ego vero omnes quaeso [omnes], ut me in inquisitione paternae mortis adiuvent; et ad tua genua, dives, venissem, nisi timerem, ne invidiam tibi fieri diceres; et iam pridem hoc animo sequor: occasionem loquendi capto nec mehercules possum dicere inhumanitate tua fieri, quod non audeo, sed vitium me meum sequitur: taceo. utinam hoc vitium habuisset et pa||ter! dum libere loquitur, multos offendit; neque enim, puto, te solum in civitate habuit inimicum. ut iste ait, causam meam populo probavi. IVLI BASSI. Quando autem istis divitibus 2 non sordidati sumus? 'accusa' inquit. pauper divitem, lugens

**CD** 3 sorditus *corr. ex* sordidas **V** || 6 uiui **C** || 8 non] nam **VD**¹ || 9 offeret **AB** || dilicatis **B** || osculis **A** || sordidatam **D** || 10 talcebis (l *del.*) **V** || hic *add.* **E** || 11 magistratus] **E**; magis iratus **O** || fui] sic (sit **B**) fui **AB** || est *corr. ex* erat **A** || 12 *prius* quod] quo **B** || pietas **VD** || 13 qui] quid **D**¹ || 14 notae ei populi *Schg* || suspicionis **A** || 15 petiit **D** *(vg)* || quero **A** quaero **BV** || *post.* omnes *del. (vel* homines *scr. esse cens.) Kss; cf. F. Jonas Zeitschr. f. d. GW. 1874, 125* || 16 inquisitione] *Bs;* inquisitionem **O** || 18 *loquendi] loquendo **O** || 20 utinam] **D**²**ϛ**; unam **AB** unum **VD**¹ || uitium ⟨hoc⟩ (hoc *del.*) **V** || 21 eloquitur **A** leloquitur **B** || enim *om.* **VD** || 23 istis] **ϛ**; scis **O** || 24 sordidati (di *corr. ex* da) **V** || lugens] **Kss**; egens **O**

candidatum ego accusem? ambulare mihi meo arbitrio non licet. in ius vocavit: 'reum' inquit 'me perage, perora'. quis haec loquentem auderet accusare? 'cur me' inquit 'sequeris?' quasi aliud iter pauperes, aliud divites habeant. Cesti Pii. Non essem reus, si accusare possem. barba demissa, sordidatus cum criminibus meis ad vos veni. omnia licet fiant, non desinam inquirere percussorem et fortasse iam inveni. cum subito pater meus in media civitate — quid me intueris? quid observas, quid dicam? — subductus
**MPδ** 1 tristes *corr. ex* tristis **M** || aliquid **δ** || olymthius **M** || est tristis **P** || 2 parrasi **MPδ** parasi *βν* || olymtum **M** olinthium **Pδν** || 3 olymthiis **M** olinthius **δ** || 4 perclusimus **δ** || olymtius **M** || 5 macedonos **P** || phylippo **M** philipo **P** || 6 sic iste] *β*; scis te **MPδ** si iste *ν* || prometea **M**¹ *corr.* **M**² || 7 atheniensis (is *corr. ex* es) **M** || 8 pro] *ν*; *om.* **O**; *cf. p. 495, 4* || 10 longua **P** || et *om.* **P** || 11 tortus] tristis **P** || quaecumque **M** quecunque **δ** || preto **δ** || 12 uerba **P** || 13 de *om.* **Pδ** || filippo **M** phylipo **P** || ista **δ** || 14 imitatus *corr. ex* mutatus **δ** || irati **P** || filippum **M** || 15 parrasio (parasio *ν*) **O** || irata **M**¹ *corr.* **M**³ || 16 ex *corr. ex* & **M** || 17 quot (?) **M**¹ *corr.* **M**³ quid **P** || 18 quaeror **M** || nullum **P** *om.* *β* illum *ν* || statuit rex **MPδν** stetit ex *β*, statuit ex *Frob* || *post* altera *verba* quod ullum statuit *erasa sunt in* **M** || parrasius (parasius *ν*) **O** || 19 *prius* cum] com **M** || dubium] **δ** *(cf. p. 497, 6)*; dubius **MPβν** || 20 parrasius (parasius *ν*) **O** || studiosus **Pδ** || deducitur **δ** || 21 parrasio (parasio *ν*) **O** || infelis **P**

thius aliquid habuit Promethei simile etiam || ante tormenta. ignis, tormenta, ferrum: officina haec pictoris an Philippi est?

Pars altera. Numquam unius malo publica fama corrumpitur; solidior est opinio Atheniensium, quam ut labefactari tormentis captivi possit. 'laesisti' inquit 'rem publicam, quod hanc picturam in templo posuisti'. laedunt rem publicam qui aliquid illi auferunt, non qui adiciunt. peccaverunt ergo recipiendo tabulam etiam sacerdotes. cur tamen non reciperent? deorum crimina in templis picta sunt. multum semper artibus licuit: medici, ut vim ignotam morbi cognoscerent, viscera hominum resciderunt.

## VI.

### FVR ACCVSATOR PRODITIONIS.

Iniuriarum sit actio. — Fur contione prohibeatur.

Quidam, cum divitem proditionis accusasset, noctu parietem eius perfodit et scrinium, in quo missae erant ab hostibus litterae, sustulit. damnatus est dives. cum contionari vellet accusator, a magistratu prohibitus agit iniuriarum.

Id solum sustuli, quod fur reliquisset. nihil magis fur timui, quam ne dominus furtum nollet agnoscere. ruentem civitatis statum unius parietis ruina suspendit. profiteor indicium: furti mei civitas conscia est. furtum est, quod timet dominus agnoscere? quod qui perdidit, supplicium tulit, praemium, qui subripuit? cui magis permisisses loqui, si eodem tempore et fur venisset et

**MPδ** 1 prometei **P** || 2 filippi **M** || 4 athenniensium *(prim.* n *del.)* **M** || ut *(sup.* t *aliquid eras.)* **M** || 6 tem **M**$^1$ *corr.* **M**$^3$ tenplo **P** || 7 aufferunt **δ** || aditiunt **P** || 8 cur] cum *αβ* || tamen] **δ** *(Bs);* tamen ⟨cur⟩ **MP** tamen ⟨cum⟩ *αβ* autem *ν* || 10 ignota **P** || rescidunt **P** || 14 accussasset *(sec.* s *corr. ex* a *et del.)* **P** accusaret **δ** || 15 perfodit (i *rad. corr. ex* u) **M** || somnium **δ** || erant missae *Seneca; cf. p. 506, 4* || 16 ostibus **M** || dares **δ** || 17 concionari (*post.* c *ex* t *correxisse vid.* **M**$^3$) **M** || accusatur **M**$^3$**P** || 18 iniuriam **M**$^1$ *corr.* **M**$^2$ || 19 fur timui] **M**$^1$*βν*; furtum **M**$^3$**P** *om.* **δ** || 20 *verba* quam ne dominus *om.* **δ** || 21 *fort.* *suspendi *Ml; cf. p. 506, 13* || iudicium **δ**

dominus? mille navium duces furto Troiam cepistis. si bene furto evertuntur urbes, quanto melius liberantur! in forum | veni, narravi nocturnam expeditionem meam. convenerant omnes tamquam ad contionem. cur me summoves ante accusationem, cum nec proditores inauditi pereant? o furtum in contione narrandum! proditoris vigilantissimum pectus et in exitia semper nostra sollicitum publica fata sopierant; ita etiam ministros eius alligaverat somnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. diruere mihi videbar hostium muros. furtum vocas, quo nihil melius anno tuo factum est? nemo fur rem publicam cogitat. nihil non licet pro re publica facere.

Pars altera. Quale illud, di, spectaculum fuit! conposuerat inter se fortuna rei publicae furem et proditorem. ut vidit inutile furtum suum, prodidit, ut vobis venderet quod nulli poterat, tam callidus fur, ut etiam proditori posset inponere. consilium videri volt infelicitatem furti sui. lex, quae nocturnum furem occidi quoquo modo iubet, non de damnato tantum sed de fure loquitur; odit hoc vitium nec inmerito: non multum abest a proditore. sustulit non quod elegit, sed quod illi fatum publicae felicitatis obiecit. uno tempore et proditorem nobis ostendit et furem, qui divitem conpilare quam damnare mallet. effregit domum suspensa manu; elusit illum. non tunc primum fecit; sed sustulit non quod voluit, sed quod potuit. bono exemplo damnatus est proditor, malo inventus. |

**MPδ** 4 concionem **M** | summouēs **P** | 6 in exitia] impetu **δ** | 7 fa//ta (c *eras.*) **M** | soperierant **δ** | 8 licet **P** | videbar] ***αβν***; uidebatur **MPδ** | 9 hostium] **M**$^{1}$***βν***; hostis **M**$^{3}$**Pδ** | uocans **δ** | suo **δ** | 10 fur *corr. ex* furem **P** | 12 di] **M**$^{1}$***βν***; de **M**$^{3}$**Pδ** | 13 et *om.* **P** | inutille **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ | 15 fur *om.* **δ** ⟨fuit⟩ ut **P** | possit **δ** | 16 uult **M**$^{3}$**P** | qui **M**$^{1}$ que **M**$^{3}$ | nocturnum *corr. ex* nocturnam **M** | 18 oc **M**$^{1}$ *corr.* **M**$^{3}$ | proditione **δ** | 19 fa//tum (c *eras.*) **M** | 22 elu//sit (s *eras.*) **M** | fecisse **M**$^{1}$ fecit set **M**$^{3}$ fecisset **Pδ** | illum non tamen poenitet fecisse sustulit ***βν*** | 24 explicit liber . X . **M** explicit liber decimus **δ**

# ⟨SVASORIARVM⟩

## ⟨LIBER.⟩

### I.

Deliberat Alexander, an Oceanum naviget.

. . . desinunt: cuicumque rei magnitudinem natura dederat, 1
dedit et modum; nihil infinitum est nisi Oceanus. aiunt fertiles in Oceano iacere terras ultraque Oceanum rursus alia litora, alium nasci orbem, nec usquam rerum naturam desinere, sed semper inde, ubi desisse videatur, novam exsurgere. facile ista finguntur, quia Oceanus navigari non potest. satis sit hactenus Alexandro vicisse, qua mundo lucere *Soli* satis est. intra has

**CD** Incipit liber lannei senece sentenciarum (sentenciarum· *del. et* suasoriarum *adscr.* **A**$^2$) **A**; *inscriptione carent* **BVD** || 4 *titulum huius suasoriae om.* **O** *add.* **τ** *(vg)*; alexander macedo deliberat an transfretet oceanum **D**$^2$ *(cf. Quint. 3, 8, 16)*, deliberat Alexander, an Oceanum naviget, ⟨cum exaudita vox esset: 'quousque invicte?'⟩ *Sander coll. p. 338, 11* || 5 *. . . desinunt] sinunt **C** finita **T** sin ut **D** finitam **τ**, ⟨omnia⟩ desinunt *Linde* || cuicumque] *Kss*; cuiuscumque **O** cuiq; (q; *in ras. scr.* **τ**) **T** || 6 aiunt] *Bs;* aliut **C** auitus **V**$^2$**Dτ** || 7 terras] cerras **A** cerrais **B** || utraque **AB** || oceanus (s *corr. ex* m **D**) **O** || littora **D** 8 desinire **A** || 9 ubi de- *om.* **A** || novam] **B**$^2$**D** *(Kss)*; noua **C** || facile ista] facilis est a **AB** || 10 actenus **AB** || 11 lucere] **τ**; lugere **O**, ludere *Wehle (mus. rhen. 18, 165)*, patere *Petschenig*, vigere *Linde* || Soli *add. Gz*; *ante eum* ⟨soli⟩ *Cornelissen, om. Bs, Kss*, O. Ribbeck

terras caelum Hercules meruit. stat immotum mare, quasi deficientis in suo fine naturae pigra moles; novae ac terribiles figurae, magna etiam Oceano portenta, quae profunda ista vastitas nutrit, circumfusa lux alta caligine et interceptus tenebris dies, ipsum vero grave et defixum mare et aut nulla aut ignota sidera. ea est, Ale||xander, rerum natura: post omnia Oceanus, post
2 Oceanum nihil. Argentari. Resiste, orbis te tuus revocat; vicimus, qua lucet. nihil tantum est, quod ego Alexandri periculo petam. Pompei Silonis. Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi opera desset; idem sunt termini et regni tui et mundi. Moschi. Tempus est Alexandrum cum orbe et cum sole desinere. quod noveram, vici; nunc concupisco quod nescio. quae tam ferae gentes fuerunt, quae non Alexandrum posito genu adorarint? qui tam horridi montes, quorum non iuga victor miles calcaverit? ultra Liberi patris trophaea constitimus. non quaerimus orbem, sed amittimus. inmensum et humanae intemptatum experientiae pelagus, totius orbis vinculum terrarumque custodia, inagitata remigio vastitas,

CD 1 mare] *Gz;* mare⟨e⟩ C mare ⟨et⟩ **Dτ** *(vg)* || deficientis] **Dτ**; deficieritis (*sec.* i *del.* V²) C || ⟨et,⟩ quasi deficiente i. s. f. natura, *Mg* || 2 pigram mores **A** || *fort.* terribilis *Gz* || figurae *corr. ex* fugirae **B** || 4 *circumfusa] confusa **O**, *fort.* offusa *Kss, quod in cod. Brugensi esse affirmat Schott, fort.* fusca *Gz* || 6 ea] *Gz;* ta **AB** ita **VD** || nature **A** || Oceanus, post] **V²D**; *om.* **AB** oceanum post **V¹** || 7 argentarius **D** || resiste] *fort.* *desiste; *cf. schol. B (et comm. Bern.) ad Luc. Phars. III 233: 'Alexander Magnus, cum Oceanum pernavigare vellet, subito vocis sonitu monitus est: desiste'* || te tuus] tectuus **AB** || 8 qua] qui **C** quae **τ** || lucet] licet **ADτ** *(cf. p. 551, 18)*, ⟨ille⟩ lucet *O. Ribbeck (cf. p. 518, 11. 519, 11. 521, 18)* || tantum] tatum **A** tutum **V**, *fort.* tanti *Schott* || 9 pompeius **D** || silonis *corr. ex* siconis **A** silo **D** || opera desset] *Kss;* opere adesse **C** operae ⟨est⟩ adesse **D** operae ⟨finis⟩ adesset **τ**, orbis pereat; ecce *vel* opera desit *Bs,* ⟨finis⟩ operae adesset *Bednarz* || quem tibi semper e⟨xoptasti⟩ adesse *Linde* || 10 terminis **AB** || Moschi] *Baumm;* oscii **C** oscus **D** || 11 solo *Linde* || desiiere **B** || noueratti **A** || 12 nunc] **Dτ**; num **C**, non *Schott* || nestio **B** || ferae] fere *corr. ex* ferre **A** || 13 adorarent **C** || orridi **AB¹** || 14 iuga victor] pugali ictor **AB** || calcauerint **AB** || 16 ⟨en⟩ inmensum *Gz* || ⟨est⟩ et *Schg* || tocius **B** || 17 custodiam **VD** || inagittata **B** || remigio] *Fb;* remissio **O**

litora modo saeviente fluctu inquieta, modo fugiente deserta;
taetra caligo fluctus premit, et nescio qui, quod humanis natura
subduxit oculis, aeterna nox obruit. Mvsae. Foeda beluarum
magnitudo et inmobile profundum. testatum est, Alexander, nihil
ultra esse, quod vincas; revertere. Albvci Sili. Terrae quoque 3
suum finem habent, et ipsius mundi aliquis occasus est; nihil in-
finitum est; modum *tu* magnitudini ‖ facere debes, quoniam For-
tuna non facit. magni pectoris est inter secunda moderatio. eun-
dem Fortuna victoriae tuae, quem naturae, finem facit: imperium
tuum cludit Oceanus. o quantum magnitudo tua rerum quoque
naturam supergressa est! Alexander orbi magnus est, Alexandro
orbis angustus est. aliquis etiam magnitudini modus est; non
procedit ultra spatia sua caelum, maria intra terminos suos agi-
tantur. quidquid ad summum pervenit, incremento non relinquit
locum. non magis quicquam ultra Alexandrum novimus quam
ultra Oceanum. Marvlli. Maria sequimur, terras cui tradimus?
orbem, quem non novi, quaero, quem vici, relinquo. Fabiani. Quid? 4
ista toto pelago infusa caligo navigantem tibi videtur admittere,
quae prospicientem quoque excludit? non haec India est nec

**CD** 1 lictora **A** littora **D** ‖ saeviente] superveniente *A. Schaefer,* veniente *Studemund, fort.* *aestuante ‖ fluxu **D** ‖ inquieta] inpleta *Gz, fort. recte; cf. Sen. dial. 1, 1, 4* ‖ 2 premit, et] *He;* remittet **O** ‖ qui, quod] **T**; quin quod **C** quid **Dτ** ‖ 3 aeterna] *Schott;* e terra **C** et terram **D** et terra **τ** ‖ musa **Dτ** ‖ 4 *testatum est] *cf. Cic. p. Mur. 20; ad Att. 8, 9, 1; Liv. 34, 41, 3 al.;* testatus es **C** testantur **D** *(vg)* ‖ 5 utra **B**[1] ‖ albutius **D** ‖ silii **C** sylus **D** ‖ quodque sum **B**[1] ‖ 7 ⟨ipse⟩ modum *Studemund* ‖ tu *hoc loco add. Ml, A. Köhler* ‖ magnitudine **B**[1]**V** ⟨in⟩ magnitudine **B**[2] ‖ ⟨tu⟩ facere *vel* ⟨ipse⟩ facere *Gz* ‖ quoniam] (quō) **V**; quo **B**[1] quem **B**[2] cum **D** qn̄ **τ** ‖ 8 moderatio *om.* **A** ‖ 9 naturae] *Bs;* natura et (et *del.* **V**[1]) **C** natura **D** ‖ ⟨in⟩ imperium **A** ‖ 10 tam̄ **A** tum **B**[1] ‖ claudit **B**[2], includit *Gz* ‖ 11 natura **A** ‖ *verba* Alexander orbi . . . angustus est *(v. 12) om.* **A** ‖ 12 ⟨in⟩ magnitudini **A**, *fort.* in magnitudine *Sander* ‖ 13 spacie **A** spacia **V** ‖ inter **A** ‖ 14 *cf. Sen. dial. 6, 23, 3* ‖ quicquid (c *corr. ex* d **D**) **AVD** ‖ incremento *corr. ex* incrementum **A** ‖ relinquit] *Ml, Diels, Linde;* reliquid (-it **VD**) **O** ‖ 16 mirilli **A** marilli **BV** maryllius **D** ‖ 17 quere **A** ‖ fabianus **D** ‖ quid? ista] *Schg;* quista **AB** quae ista **VD** ‖ 18 tibi] ubi **O** ‖ uidetur *corr. ex* uidentur **A**

ferarum terribilis ille conventus. inmanes propone beluas, aspice, quibus procellis fluctibusque saeviat, quas ad litora undas agat. tantus ventorum concursus, tanta convulsi funditus maris insania est; nulla praesens navigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum; rudis et inperfecta natura penitus recessit. ista maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. sacrum quiddam terris natura circumfudit Oceanum. illi, qui iam siderum collegerunt meatus et annuas hiemis atque aestatis ¦ vices ad certam legem redegerunt, quibus nulla pars ignota mundi est, de Oceano tamen dubitant, utrumne terras velut vinculum circumfluat an in suum colligatur orbem et in hos, per quos navigatur, sinus quasi spiramenta quaedam magnitudinis *suae* exaestuet; ignem post se, cuius augmentum ipse sit, habeat an spiritum. quid agitis, commilitones? domitoremne generis humani, magnum Alexandrum, eo dimittitis, quod adhuc quid sit disputatur? memento, Alexander: matrem in orbe victo adhuc magis quam pacato relinquis.

CD 1 ille ⟨gentium⟩ *Schg; ad hunc locum totamque suasoriam cf. quae Coenus dicit apud Curt. 9, 3, 5 seq. (Arrian. 5, 27, 2 seq.)* beluas *corr. ex* bellas **A** ¦ 2 fluctibus quae **B** ¦ saeviat] sibi ad **AB** ¦ litore *corr. ex* litora *(sic)* **A** littora **D** ¦ 4 praesens *corr. ex* praesenti **A** praesenti **B**, ⟨in⟩ praesenti *Bs* ¦ innavigantibus *Gz* ¦ 5 et] sed **A** set **B** ¦ paenitus **B** ¦ 6 quiddam] *Gz;* quidem **O** ¦ 7 natura⟨ea⟩ **A** ¦ iam] etiam *O. Ribbeck* ¦ *fort.* illi ·etiam, qui *Gz* ¦ 8 meatus] *O. Ribbeck;* metas **AVD** metus **B**[1] motus **B**[2] ¦ ad certam] acceptam **A** ¦ 10 utrumnae **A** ¦ velut] uel **AB** ¦ vinculum] *fort.* cingulum *K. E. Georges* ¦ circumfluat] **D**[2]; pluat **AB** circumpluat **VD**[1], cludat *Bs*, perfluat *Diels, fort.* amplectatur *Gz* ¦ 11 suum] **B**[2]**D**; sua **A** suam **B**[1]**V** ¦ colligatus **VD** ¦ in hos] in os **AB**[1], *fort.* illos *Kss* ¦ nauigatus inus **B**[1] nauigamus sinus **B**[2] ¦ 12 spiramento **A** ¦ ⟨amplae⟩ magnitudinis *Thomas* ¦ suae *add. Schg; post* exaestuet *coll. Gz* ¦ 13 post se] **Dτ**; posse **C** ¦ augmentum] alimentum *Gz* ¦ 14 domitoremne] *M. Haupt;* domitoremque **C** dominatoremque **T** ⟨regem⟩ domitoremque **D** *(vg; cf. suas. 4, 1)*, ⟨regem⟩ dominatoremque *Hoefig coll. Cic. de n. d. 2, 4* ¦ 15 dimittis **A** ¦ sic **B**[2] ¦ disputatur *corr. ex* disputator **A** ¦ 16 matrem] matrem ⟨nomine⟩ (nomine *del.*) **A** matre **B**, Martem *O. Ribbeck* ¦ pacato] **τ** *(Schott);* chato *corr. ex* cato **A** cato **BV** capto **D** *(Ven)*, tuto *Bs*, placato *Wehle* ¦ 17 relinqui *Gr*

Divisio. Aiebat Cestius hoc genus suasoriarum *alibi* aliter 5
declamandum esse [quam suadendum]. non eodem modo in libera civitate dicendam sententiam, quo apud reges, quibus etiam quae prosunt ita tamen, ut delectent, suadenda sunt. et inter reges ipsos esse discrimen: quosdam minus, alios magis osos veritatem; facile Alexandrum ex iis esse, quos superbissimos et supra mortalis animi modum inflatos accepimus. denique, ut alia dimittantur argumenta, ipsa suasoria insolentiam eius coarguit; orbis illum suus non capit. itaque nihil dicendum aiebat nisi cum summa veneratione regis, ne accideret idem, quod praeceptori eius, amitino Aristotelis, accidit, quem ‖ occidit propter intempestive liberos sales; nam cum se deum vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine eius philosophus mirari se dixerat, quod non esset

**CD** 1 diuisio *corr. ex* uisiosio **A** ‖ agebat cercius **A** ‖ alibi *add. Novák;* ⟨aliter atque⟩ *Fb* ‖ 2 esset **C** ‖ *verba* quam suadendum *del. Fb,* quam in suadendo *Linde* ‖ *hunc locum alii aliter refingere conati sunt: fort.* aliter ⟨atque aliter⟩ declamandum atque suadendum esse *Fb,* aliter declamandum esse quam sententiam *Gr,* aliter ⟨atque aliter⟩ declamandum esse; ⟨nam⟩ quom suadendum, *Schg,* aliter declamandum, quam esset suadendum *He,* aliter declamandum, ⟨in quo (*vel* cum) magis laudandum⟩ esset quam suadendum *Bs,* ⟨alias⟩ aliter declamandum esse; suadenti enim (non eodem . .) *Gz* ‖ 5 quosdam] quoddam *Gz* ‖ alios] *Novák;* aut **O**; *cf. p. 484, 7* ‖ osos] *Schott;* us **AB** usus **V** ⟨rerum⟩ usum (usum ⟨rerum⟩ **τ**) ⟨habere⟩ **Dτ** ‖ 6 facile] *Kss;* facti (*corr. ex* faciti **B**) **O**, fastu *Bs,* patet *Gz,* factis *O. Ribbeck* ‖ quosdam minus contumacis usos veritate facili: *Thomas* ‖ ex iis esse] *He;* exisse **O** ‖ quos] quosdam **VD**, (exisse) ⟨quo⟩ quosdam *Schg,* (exisse) quo *Eussner coll. Liv. 8, 33, 19; Tac. Agr. 42* ‖ 7 inflatos] *Bs;* inlatos **AB** elatos **VD** ‖ accepimus] *Bs;* acerrimus **C** cernimus **Dτ** terminos **τ**$^2$ ‖ dimitantur **B** ‖ 8 argumento ipso *Gz* ‖ insolentiam (i, *ut videtur, eras.*) **V** ‖ coargui *Otto* ‖ 9 capit] *rad. corr. ex* caput **A** caput **B**$^1$ ‖ nihil ⟨hic⟩ *Gz* ‖ summa] **B**$^2$**Dτ**; sua **C** ‖ 10 amitino Aristotelis] *Bs;* autem aristotelis **AB** aristoteli (*corr. ex* aristotelis **V**) **VD** calistenis **τ**, (praeceptoris eius) amitino [Aristotelis] *Gz; ad Callisthenem refertur, quod Clito accidit; cf. Curt. 8, 1, 45. 5, 13; Arrian. 4, 9, 4; Plut. Alex. 50 seq.* ‖ 11 intempestive] *He;* intempestiuos **O** ‖ 12 se deum] **Dτ**; se **C**, deus *vg,* deum *ed. Bip.,* deum se *Bs* ‖ 13 uisio **B**$^1$ ‖ eius *om.* **D** ‖ philosophos **AB** ‖ dixerat] *Seneca Callisthenem dicentem facit, quae aut Antipater (cf.*

ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν. ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit. eleganter in C. Cassi epistula quadam ad M. Ciceronem missa positum: multum iocatur de stultitia Cn. Pompei adulescentis, qui in Hispania contraxit exercitum et ad Mundam acie victus est; deinde ait: 'nos quidem illum deridemus, sed timeo, ne ille nos gladio ἀντιμυκτηρίσῃ'. in omnibus regibus
6 haec urbanitas extimescenda est. aiebat itaque apud Alexandrum esse *sic* dicendam sententiam, ut multa adulatione animus eius permulceretur, servandum tamen aliquem modum, ne non veneratio *videretur, sed adulatio,* et accideret tale aliquid, quale accidit Atheniensibus, cum publicae eorum blanditiae non tantum deprehensae sed castigatae sunt. nam cum Antonius vellet se Liberum patrem dici et hoc nomen statuis *suis* subscribi iuberet, habitu quoque et comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus et liberis et Διόνυσον salutaverunt. belle illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset. dixerunt despondere ipsos in matrimonium illi Minervam suam et

*Dio Chrys. or. 64, 21) aut Anaxarchus (cf. Diog. Laert. 9, 10, 60) aut Alexander ipse (cf. Plut. Alex. 28) dixerat; cf. praeterea Athen. 6 p. 251*

**CD** 1 *Hom. E 340* ¦ ειχωρ **C** ¦ πρρτερι **AB** προτερι **V** ¦ μαcαρeccι **C** 2 eleganter *corr. ex* eliganter **V** ¦ *Cic. ad. fam. 15, 19* ¦ Cassi] **Dτ**; casti **C** ¦ 3 M.] in **A** ¦ iogatur **AB**$^1$ iocabatur **D**$^2$ ¦ 4 adhalescentes **A** adhulescentes (-tis **B**$^2$) **B** ¦ 5 acie *om.* **D** ¦ 6 ANTIMYKINΓICH (-TICN **A** -ΓICN **B**) **C** ¦ 7 agebat **A** ¦ itaque] ita quidem *Bs*, ita quoque *Gz* ¦ 8 *sic *add.* ¦ adolatione *corr. ex* adolectione **A** ¦ 9 non veneratio videretur, sed adulatio, et] *Otto;* non uerieratio et **A** non ueneratio et **B** non **V** nobis **D**, non veneratio ⟨videretur, sed irrisio⟩, et *He,* non bene ratio ⟨constaret⟩ et *Bs*, conrueret ratio et *Kss,* non ⟨con⟩veniret ratio et *O. Ribbeck,* non ⟨conveniret⟩ veneratio et *Linde,* non ⟨eveniret⟩ veneratio et *Heidler,* notaretur ratio et *Gz* ¦ 11 attheniensibus **A** ¦ publice **VD** ¦ 12 sed ⟨et⟩ **Dτ** ¦ castis ate **AB**$^1$ castigate **B**$^2$ ⟨et⟩ cassatae **V** ¦ cum *om.* **A**$^1$ 13 *suis *add. Gz* ¦ iuberet *om.* **D** ¦ 14 *fort.* ⟨et⟩ habitu quoque *Kss,* habituque *Ml, Otto* ¦ 15 atthenienses **A** ¦ et liberis] ac liberis (ac *del.* **V**$^3$) **V** ¦ αιονγcoν **C** ¦ 16 belle] bene **V** ¦ cessarat **B** ¦ ibi] **τ**; sibi **O** ¦ substituisset **V**$^1$ ¦ ⟨sed⟩ dixerunt *O. Jahn* ¦ 17 *cf. Dio Cass. 48, 39, 2* ¦ ipsi *vel* ipsos ⟨ei⟩ *Gr* ¦ matromonium **B** ¦ suam] *(Lipsius);* usam **C** musam **D** *corr.* **D**$^1$, *del. P. Faber,* musicam *J. Grotius,* Hygiam *Bs,* urbicam *O. Ribbeck*

rogaverunt, ut duceret; Antonius ¦ ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. tum ex Graeculis quidam ait: κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχεν. huic quidem impune fuit, sed Atheniensium sponsalia mille talentis aestimata sunt. quae cum exigerentur, conplures contumeliosi libelli proponebantur, quidam etiam ipsi Antonio tradebantur: sicut ille, qui subscriptus statuae eius fuit, cum eodem tempore et Octaviam uxorem haberet et Cleopatram: Ὀκταουία καὶ Ἀθηνᾶ Ἀντωνίῳ· 7
res tuas tibi habe. bellissimam tamen rem Dellius dixit, quem Messala Corvinus desultorem bellorum civilium vocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset, a Cassio deinde transit ad Antonium, novissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. hic est Dellius, cuius epistulae ad Cleopatram lascivae feruntur. cum Athenienses tempus peterent ad pecuniam conferendam nec exorarent, Dellius ait: at tamen dicito illos tibi annua, bienni, trienni die debere. longius me fabellarum dulcedo produxit; itaque ad propositum revertar.
aiebat Cestius magnis cum laudibus Alexandri hanc suasoriam 8

CD 1 rogaverunt] $B^2$D**τ**; rogauimus C 3 *Graeca emend. Muretus* ‖ ΚΥΡΙC C ‖ ΤΙΙΝ C ‖ ΛΑΗΤΕΡΑ A ΑΑΗΕΡΑ BV ‖ σου] ΣΟΥ⟨ΣΕΡΑΣΟΥ⟩ BV ‖ ΣΕΜΕΛΝΝ A ΣΕΜΕΑΗΝ B ‖ ΑΤΙΡΟΙΚΟΝ A ΑΠΡΟΙΚΟΝ B ΑΤΙΡΟΙΡΟΝ V ‖ 4 sed] ⟨an⟩ sed AB, ⟨ausum,⟩ sed *Gz* ‖ athesi tuensium A, Atheniensibus *Schg* ‖ spemsalia B ‖ 5 exierentur B ‖ 6 tradebatur $AB^1$ ‖ 8 cleopatrem B ‖ hoc tua uita O ‖ ΚΑΙΔΘΝΝΑ A ΚΑΙΔΘΗΝΑ B ΚΑΙΔΘΗΝΑ V ‖ ΑΝΤΩΝΕΩ C ‖ 9 res tuas] **τ**; restituas O ‖ habe] $B^2$D**τ**; abe C ‖ tamen] tum **τ** ‖ Dellius] *Plut. Ant. 59; Dio Cass. 49, 39, 2. 3; 50, 13, 8; 23, 1, 3; cf. Ger. Voss apud Ruhnkenium ad Vell. Pat. 2, 84 (p. 1060);* deillius O; *idem vitium est tollendum v. 13 et 15 et apud Sen. de clem. 1, 10, 1* ‖ 10 Messala] esse sala AB ‖ vocat] loca A ‖ quia] qui *Gz* ‖ 11 transiturus] **τ**; transitarum C transituro D ‖ sibi] **τ**; tibi C ei D ‖ 12 accidisset A ‖ cassiu $B^1$ ‖ transiit D *(vg)* ‖ 13 deillius O; *cf. ad v. 9* ‖ *verba* hic est . . . feruntur *(v. 14) Senecae non esse cens. Kss* ‖ epistola A ‖ 14 lasciviae (-ie A) C ‖ 15 paterent B ‖ deillius O; *cf. ad v. 9* ‖ 16 at tamen] *Gz;* et tamen O ‖ dicito] D**τ**; digito AV digita B, scito *Rom* ‖ annua] **τ**; adnua C annui (u *del.*) D ‖ bienni, trienni] bima, trima **τ** *(Cuiacius, Schott);* quinquennii die debere *vel* reddere *apud Ictos occurrere adnotat Bs* ‖ diem VD ‖ 17 mei B ‖ 18 agebat A ‖ alexandria AB alexandro VD ‖ hanc] $B^2$D**τ**; hac C

esse dicendam, quam sic divisit, ut primum diceret, etiamsi navigari posset Oceanus, navigandum non esse; satis gloriae quaesitum; regenda esse et disponenda, quae in transitu vicisset; consulendum militi tot eius victoriis lasso; de matre illi cogitandum; et alias causas complures subiecit. deinde illam quae-
9 stionem subiecit, ne navigari quidem Oceanum posse. FABIANVS philosophus primam fecit quaestionem eandem: etiamsi navigari posset Oceanus, navigandum non esse. at rationem aliam primam fecit: modum inponendum esse rebus secundis. hic dixit sententiam: illa demum est magna felicitas, quae arbitrio suo constitit. dixit deinde locum de varietate fortunae et, cum descripsisset nihil esse stabile, omnia fluitare et incertis motibus modo attolli, modo deprimi, absorberi terras et maria siccari, montes subsidere, deinde exempla regum ex fastigio suo devolutorum, adiecit: 'sine potius rerum naturam quam fortunam
10 tuam deficere'. secundam quoque quaestionem aliter tractavit: divisit enim illam sic, ut primum negaret ullas in Oceano aut trans Oceanum esse terras habitabiles. deinde: si essent, perveniri tamen ad illas non posse; hic difficultatem navigationis, ignoti maris naturam non patientem navigationis. novissime: ut posset perveniri, tanti tamen non esse. hic dixit incerta peti, certa deseri; descituras gentes, si Alexandrum rerum naturae

CD 1 dicenda **A** | 3 vicisset] **B**$^2$**D**$\tau$; uicisse **C** | 4 tot eius] *He (cf. M. Haupt Herm. 3, 344)*; totius **C** tot in **B**$^2$ totius ⟨orbis⟩ **D**$\tau$, tot iustis *Linde*, tot iuste *Gz, fort.* *tot *(sic Rom) vel* *tot suis | victoriis] **B**$^2$**D**$\tau$; uictoris **C** | 5 questionem **AB** | 6 nauigari quidem (i q *eras.*) **A** || 7 questionem **C** | 8 at] ad **AB**$^1$ | 9 secundis (i *corr. ex* u) **B** || 10 sententia **AB**$^1$ || illam **B**$^2$ | est] et **C** arbrio **A** | 11 de varietate] (*rad. corr. ex* deliarietate **V**) **VD**; doliriaetate *corr. ex* doloriaetate (*sic* **B**$^2$) **A** doliariaetate **B**$^1$ || describisset **B**$^1$ | 13 adtolli **B** || acsorberi **AB** | 14 exempla] **D**$\tau$; exemplo **C** | regum] *He;* rerum **O** | *ex] et **C** e **D**$\tau$ || uastigio **A** | deuolutarum **VD** || 16 questi(-sci **A**)onem **AB** | 17 ullas] illas **A** | Oceano] oceanum **AB** || 19 navigationis *del. Hoefig*, descripsit *O. Gruppe*, navigari nomi⟨navit⟩ *Gz* || 21 possit **D** || 22 certa] *litteras* cer *in ras. scr.* **V**$^1$ || deseri; descituras] **D**$^2\tau$; describescituras **C** deseri destituturas **D** | centes **AB** | naturae] **B**$^2$**D**$\tau$; naturam **C**

terminos supergressum enotuisset; hic matrem, de qua dixit:
quo modo illa trepidavit etiam quod Granicum transiturus esset.
Glyconis celebris sententia est: τοῦτο οὐκ ἔστι Σιμόεις οὐδὲ Γράνικος· 11
τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔσχατον ἔκειτο. hoc omnes imitari
voluerunt. Plvtion dixit: καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν
μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐθέν. Artemon dixit: βουλευόμεθα, εἰ χρὴ
περαιοῦσθαι. οὐ ταῖς Ἑλλησποντίαις ἠόσιν ἐφεστῶτες οὐδ᾽ ἐπὶ τῷ Παμφυ-
λίῳ πελάγει τὴν ἐμπρόθεσμον καραδοκοῦμεν ἄμπωσιν· οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ᾽
ἔστιν, οὐδὲ Ἰνδός, ἀλλ᾽ εἴτε γῆς τέρμα, εἴτε φύσεως ὅρος, εἴτε πρεσβύτατον
στοιχεῖον, εἴτε γένεσις θεῶν, ἱερώτερόν ἐστιν ἢ κατὰ ναῦς ὕδωρ. Apatvrivs
dixit: ἐντεῦθεν ἡ ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς ⟨εἰς⟩ ἀνατολάς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀοράτους
δύσεις. Cestivs descripsit sic: fremit Oceanus, quasi indignetur,
quod terras relinquas. corruptissimam rem omnium, quae um- 12
quam dictae sunt, ex quo homines diserti insanire coeperunt,

CD 1 enotuisset] *cod. Brugensis apud Schottum (Bs)*; enotauisset **C** enotauissent **Dτ**, enotauisse *cod. Brugensis apud Kiesslingium*, notuisset *vg*, innotuisset *Schott* ‖ matrem ⟨memorauit⟩ **Dτ** ‖ 2 trepidaverit *Schg* ‖ quod . . . esset] quom . . . esses *Ml* ‖ Granicum] granicii **A** granicu **B** ‖ 3 glico-nis **AB** liconis **V** lyconis **D** ‖ scelebris **AB**[1] ‖ 3—4 *Graeca emend. Muretus* ΤΟΦΥΤΟ ΟΚ **C** ‖ ΟΥΛΕ Γ(Τ **A**)ΡΑΝΕΙΗΟC **C** ‖ 4 ἦν] **τ**; ΗΝ **C** ‖ ΟΥΚC ΑΝ **C** ‖ ἔσχατον] *Petschenig, de Wilamowitz;* Ν(Η **V**)CΑΤΟΝ **C**, ὕστατον *Muretus*, νέατον *Bs* ‖ ΗΚΕΙΤΟ **C** 5 ΚΑΙ ΛΙΑ **AB** ΚΑΙ ΑΙΑ **V** ΜΕΤΙCΤΟΝ **A** ‖ ΛΟΤΟ **AB** ΑΟΤΟ **V** ‖ μὲν] ΑΠΝ **AB** ΑCΗΝ **V** ‖ 6 ΝΕΤΑ **A** ΗΕΤΑ **BV** ‖ ΠΑΝΤΑ **A** ΜΑΝΤΑ ΛΕ ΑΥΤΟ ΟΥΟΝΝ (-ΝΗ **V**) **C** βουλευόμεθα] *Gz;* ΒΟΥΛΕΤΟΝΕΟΔ (-D **B**) **C** ‖ χρὴ] *Gz;* ΑΡΝ **AB** ΑΡΗ **V** ‖ βουλευτέον, εἰ δεῖ ἄρα *vg* ‖ 7 περαιοῦσθαι] *He;* ΤΙΝΡΑΙΟΥCΙΘΛΙ (-ΕΛΙ **AB**) **C** ‖ ΟΥ CΑΥC ΕΜΝ (-Η **V**) SΙΤΟΝΤΙΑΙC **C** ‖ ΗΟCCΙΝ **B** ΕΙΟCΙΝ (Ε *corr. ex* Ν) **V** ‖ ΕΦΕCΤΩ-(-ΤVΙ **A**)ΤΕΟ **C** ‖ ΟΥΛ **C** ‖ ΕΠΙ **A** ‖ ΤΟ ΓΙΑΝΦΤ (-Ι **V**) ΛΙΟ **C** ‖ 8 ΙΤΕΛΛΤΙ **C** ‖ ΕΝΡΟ-ΤΕCΜΟΝ (-CΛΛΟΝ **V**) **C** ‖ ΚΑΡΛΛ (-ΑΑ **V**) ΟΚΟΥΜΕΝ **C** ΑΝΤΙΟΖΙΝ **C** ‖ ΟΥΛΕ **BV** ‖ CΙ-ΦΡΑΤΕC **C** ‖ τοῦτ᾽] ΤΟΤΤ **AB** ΤΟΙΤ **V** ‖ 9 ΟΥΛΕ **BV** ΙΝΛΟC **C** ‖ ἀλλ᾽ εἴτε] ΛΜ ΕΤΕ **C** ‖ ΤΗC **C** τέρμα] *O. Jahn;* ΤΝ(-Η **V**)ΡΝ **C** ‖ ΦΥCΕΟC **C** ‖ ΙΤΡΛΕCΒΥΤΑΝ CΤΙΧΙΟΝ ΙΤΕ ΤΕΝΕCCΕC **C** ‖ 10 ΕΕΩΡ **AB** ΘΕΩΡ **V** ‖ ΙΕΡΟΤΟΝ **C** ‖ ΝΛΥC **AB** ΝΑΙC **V** ‖ ΥΛΩΡ **B** 11 ΕΝΤΕΥΕ(-Θ **V**)ĒΕ (ΕΕ **A** ΕĒ **V**) ΝΑΥ ΕΤ **C** ‖ ΜΤΑC **AB** ‖ εἰς *om.* **C** ‖ *Graeca emend. Muretus* ἔνθα] ΛΕΝΤΑ **C** ‖ ΛΕ **BV** ‖ ΛΟΡΑΤΟC ΑΥ(DΥ **V**)sic (sic *habet* **D**) **C** ‖ 12 Cestius] **Dτ**; testus **C** ‖ descripsit sic] describ(-p **VD**)sisset **AVD** describisset **B**, *fort.* descripsit. set *Kss* ‖ fremit] (*rad. corr. ex* fremito **A**) **ADτ**; fremito **B** fremitu **V** ‖ quas **AB** 13 terras] tras **B**[1] relinquas] **D**[2]**τ**; relin-quat **C** relinquis **D**[1]

putabant Dorionis esse in metaphrasi dictam Homeri, cum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit: . . . . haec quo modo ex corruptis eo perveniant, ut et magna et tamen sana sint, aiebat Maecenas apud Vergilium intellegi posse. tumidum est: ὄρους ὄρος ἀποσπᾶται. Vergilius quid ait? rapit

haud partem exiguam montis.

ita magnitudini studet, *ut* non inprudenter discedat a fide. est inflatum: καὶ χειρία βάλλεται νῆσσος. Vergilius quid ait [qui] de navibus?

credas innare revolsas
Cycladas.

non dicit hoc fieri, sed videri. propitiis auribus accipitur, quam-
13 vis incredibile sit, quod excusatur, antequam dicitur. multo corruptiorem sententiam Menestrati cuiusdam, declamatoris non abiecti suis temporibus, nactus sum in hac ipsa suasoria, cum describeret beluarum in Oceano nascentium magnitudinem: . . . . .

**CD** 1 putabam *Gz* ‖ Dorionis] **D** *(Ven);* aorionis **C** ‖ metapharasi **C** omert **A** omeri **B** ‖ metaphrasi Odysseae Homeri *Gr* ‖ cum] tum **BV**, tunc *vg* excaecatus] **Dτ**; exce(-cae **V**)catos **C** ‖ 2 cy(ci **V**)clopos **C** ‖ iecit *Schott, ut esset hexameter dactylicus:* tunc excaecatus Cyclops saxum in mare iecit ‖ *lacunam signific. Ml, O. Ribbeck (cf. Gr)* ‖ 4 micenas **C** ‖ ὄρους] *L. Spengel;* COPOT **C** 5 ἀποσπᾶται] *L. Spengel;* ΑΤΙΟCΠ(-CTI **A**)ΑΤΘ **C**; *cf. Ovid. met. 14, 181; haec ex Cyclope Philoxeni petita esse suspicatus est Schott, sed potius ad illam Dorionis metaphrasim referenda esse vidit L. Spengel; cf. Hom. ι 481; Dorionis autem verba, hexametro versu concepta, haec fuisse putat Gz:* οὖρος ἀποσπᾶται καὶ χειρία βάλλεται νῆσσος ‖ quidem **D** ‖ *verba* rapit . . . ait *(v. 9) om.* **A** ‖ 6 *Verg. Aen. 10, 128* ‖ aud **B** ‖ 7 studet, ut] *Gz, Thomas sched. cr. 10, Ml;* scedat studet **BV** sedat **D** ‖ magnitudini se dat, sed ut *vg, ut emendavit* **τ**, *nisi quod* ita *ante* magnitudini *servavit,* ita ⟨a⟩ magnitudine discedit, ut *Kss* ‖ inpudenter *vg* ‖ 8 inflatus **B** ‖ χειρία] *Bs (cf. de Wilamowitz Herm. 14, 172);* ΚΕΙΡΙΑ **BV** ‖ ΝΗΕCOC **BV** ‖ quid *om. vg* ‖ qui *om. vg (Traube)* ‖ de] **Dτ**; e **C** ‖ 10 *Verg. Aen. 8, 691 seq.* ‖ credas] reddas **C** ‖ innare] **Dτ**; innaue **C** ‖ 12 propitis **AB** promp‡tis (i *eras.*) **V** ‖ 13 sit] *Ml, Sander;* est **O** ‖ quod] que **A** ‖ 14 Menestrati] *Schott:* ministrati **O** ‖ declamatoribus **AB**[1] ‖ 15 suus **A**

efficit haec sententia, ut ignoscam Mvsae, qui dixit ipsis Charybdi et Scylla maius portentum: 'Charybdis ipsius maris naufragium' et, ne in una re semel insaniret: 'quid ibi potest esse salvi, ubi ipsum mare perit?' Damas ethicos induxit matrem loquentem, cum describeret adsidue prioribus periculis nova supervenisse: ..... Barbarvs dixit, cum introduxisset excusantem se exercitum Macedonum, hunc sensum: ..... Fvscvs Arellivs dixit: 14
testor ante orbem tibi tuum deesse quam militem. Latro sedens hanc dixit; non excusavit militem, sed dixit: duc, sequor; quis mihi promittit hostem, quis terram, quis diem, quis aerem? da, ubi castra ponam, ubi signa inferam. reliqui parentes, reliqui liberos, commeatum peto; numquid inmature ab Oceano? Latini 15
declamatores in descriptione Oceani ‖ non nimis viguerunt; nam aut minus descripserunt aut *nimis* curiose. nemo illorum potuit tanto spiritu dicere, quanto Pedo, qui *in* navigante Germanico dicit:

iam pridem post terga diem solemque relictum
iamque vident, notis extorres finibus orbis
per non concessas audaces ire tenebras
ad rerum metas extremaque litora mundi,
nunc illum, pigris immania monstra sub undis

**CD** 1 haec] ec **A** ‖ *ignoscam Musae] ignoscamus ei **O**, *fort.* ignoscamus Musae *Kss* ‖ ipsi **O** ‖ ca(cha **V**)ribdi **C** ‖ 2 sci(-y **VD**)llae **O** ‖ ca(cha **V**)ribdis **C** ‖ 3 quid *corr. ex* quib **V** ‖ 4 eticos **AB** eticus **VD** ‖ 5 adsiduae **B** ‖ nova] **B**$^2$**D**𝔱; nouas **C** ‖ superuenisset **AB** ‖ 6 excitum **AB**$^1$ ‖ 8 sedens hanc] secus hanc *Bs*, sedatius hanc *A. Schaefer*, ⟨aliter *vel* contra⟩ sententiam *Traube* ‖ 9 excusabit **AB**$^1$ excusabat **B**$^2$ ‖ *post.* dixit] di⟨centem indu⟩xit *Kussner et sic vel* di⟨centem fin⟩xit *Traube* ‖ duc] *Gz;* dum **O**, *fort.* *ducem ‖ *verba* quis mihi . . . ponam *(v. 11) om.* **A** ‖ 10 aerem] *Wehle;* mare **O** ‖ 11 *inferam] ponam **O**, figam *Gr*, conferam *Gz* ‖ *utroque loco* relinqui **AB**$^1$ ‖ 12 comeatum **C** ‖ 13 descriptione] **B**$^2$𝔱; descrip(-b **B**)tionem **O** ‖ oceani *corr. ex* oceano **A** ‖ 14 discrip(-b **B**)serunt **AB** ‖ nimis *add. M. Haupt* ‖ 15 tantos **AB** ‖ *cf. Tac. ann. 2,23 seq.* ‖ in *add. Thomas* ‖ 16 dicet **AB** ‖ 17 pos **AB**; *cf. ad p. 109, 18* ‖ relictum] relincunt *M. Haupt* ‖ 18 iamque vident] *Gz;* iam quidam **A** iam quidem **BV** iam pridem **D**𝔱 ‖ notis] **D**𝔱; natis **C** ‖ 19 non] **D**𝔱; nos **C** ‖ 20 ad rerum] *M. Haupt;* asperum **AB** hesperii **VD** ‖ littora **D** ‖ 21 nunc] unum *Gz*

qui ferat, Oceanum, qui saevas undique pristis
aequoreosque canes, ratibus consurgere prensis.
accumulat fragor ipse metus. iam sidere limo
navigia et rapido desertam flamine classem
seque feris credunt per inertia fata marinis
iam non felici laniandos sorte relinqui.
atque aliquis prora caecum sublimis ab alta
aera pugnaci luctatus rumpere visu,
ut nihil erepto valuit dinoscere mundo,
obstructa in talis effundit pectora voces:
quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum
ultima perpetuis claudit natura tenebris.
anne alio positas ultra sub cardine gentes
atque alium flabris intactum quaerimus orbem?
di revocant rerumque vetant cognoscere finem
mortales oculos: aliena quid aequora remis
et sacras violamus aquas divumque quietas
turbamus sedes? ||

16 ex Graecis declamatoribus nulli melius haec suasoria processit quam Glyconi; sed non minus multa magnifice dixit quam corrupte: utrorumque faciam vobis potestatem. et volebam vos experiri non adiciendo iudicium meum nec separando a corruptis

**CD** 1 *fort.* fert *Gz* || pristis] pristinis **AB** pistris **D** || 3 limo] obliquo **D**² || 4 nauigi **A** || 5 feris *corr. ex* fris **A** || 6 iam] *Schott;* tam **O**, ah *Gz* || laniendos forte **A** || 7 caecum] *He, M. Haupt;* cedunt **AB** cedat *corr. ex* cedunt **V** sedat **D** sedens **τ** || 8 luctatur **A** || visu] (*corr. ex* uisum **V**) **Vτ**; uisum **AB** nisu **D** *(Scaliger)* || 9 clinoscere **B** || 10 obstructa in] *Bs;* obstructum **C** obstructo **D** *(Scaliger)* || pectora] *Bs;* pectore **O** obstructo talis effundit pectore *He* || 11 fugit] *Gr;* rugit **ABD** ruit *corr. ex* rugit **V** || 14 flabris] *M. Haupt;* liberis **AB** libris **VD**, lembis *Petschenig* || 15 reuocani **AB** || 16 alienis *corr. ex* alienos **A** alienas **B**¹ || quid *corr. ex* quide **V** || ecora **AB** || 17 et] ec **B** 19 haec] nec **A**¹**B** || 20 gloiconi **AB** gliconi **V** || multa corrupte dixit quam magnifice *Thomas; at v. Gz stud. cr. in Sen. dial. 62 seq.* || 21 utrorumque] *He, Ml;* utrumque **C** utriusque **A**²**Dτ** || potestate **V** || experi **B** || 22 non] nos **AB** || separando ac <et alios habere nos trecentos qui sic non fugiant et> corruptis sana **B** *(cf. p. 533, 1)*

sana; potuisset enim fieri, ut vos magis illa laudaretis, quae insaniunt. at nihilo minus poterit fieri, quamvis distinxerim. illa belle dixit: .... sed fecit, quod solebat, ut sententiam adiectione supervacua atque tumida perderet; adiecit enim: .... illud quosdam dubios iudici sui habet — ego non dubito contra sententiam ferre —: ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε ἥλιε · Μακεδόνες ἄρα χάος εἰσάσσουσι.

## II.

Trecenti Lacones contra Xersen missi, cum treceni ex omni Graecia missi fugissent, deliberant, an et ipsi fugiant.

Arelli Fusci patris. At, puto, rudis lecta aetas et animus, 1
qui frangeretur metu, insuetaque arma non passurae manus hebetataque senio aut vulneribus corpora. quid dicam? potissimos Graeciae? ‖ an Lacedaemonios? an electos? an repetam tot acies patrum totque excidia urbium, tot victarum gentium spolia?

**CD** 1 potuisset] *Kss, Mg;* potuiss(-is **B**) et ⟨et⟩ **O** ‖ ut] sit **AB** si **V** ‖ 2 insaniunt] insana sunt *Schg* ‖ at] *C. Schenkl;* et **O**, sed *Gz* ‖ distinxerit **AB** distinxerit ⟨in⟩ (in *del.*) **V** ‖ 3 ulla **B** ‖ 4 superuacua que (quo **D**) ad tumide **O** ‖ 5 iudices ui **V**[1] iudices sui **V**[2]**D** ‖ haberet **A** ‖ 6 ΥΓΙΜΝϹ ΤΝ(-Η **V**) **C** ‖ ὑγίαινε ἥλιε] *He;* ΥΠ(-Ν **A**)ΑΝΕ Π(Ν **A**) al(ΑΛ **V**)e **C** ‖ *cf. Suet. Nero 39* ‖ Μακεδόνες ἄρα χάος] *He;* ΛΛ(Μ **A**)ΑΚΕΛΟΜΕΤ(Γ **B**) ara (γὰρ *vg*) ΡΑΟϹ **C** ‖ 7 εἰσάσσουσι] *Gz;* ΕΙΤΑϹΟϹϹΙ **C**, ἐσπλέουσι *He* 9 treceni] *Schott;* trecenti **C** troezeni **Dτ**; *cf. quae Bs ad hunc locum adnotavit: 'cum per totam suasoriam (excepta p. 535, 2) semper de 'trecenis' sermo fiat, ... rhetor finxisse statuendus est e singulis Graecis urbibus, quotquot viribus pollebant, trecenos milites Spartanis auxilio missos fuisse, quod non magis contra historiae fidem peccat quam quae de Cimone, Phidia, Parrhasio, Popillio, aliis referuntur'* ‖ 10 graetia **B** ‖ 12 fuscis p̄. **AB** fusci .s. p. **V** ‖ aetas animus **AV**[1] aetas ⟨ετas⟩ϲτ animus (ϲταsϲτ *del.*) **B**, aetas ⟨est⟩ et animus *Gz* ‖ 13 insuetaque arma] *Bs;* insuaetoque arma **AB** insueto armaque **VD** ‖ 14 hae(ae **A**)betataque **AB** ‖ uubi eribus **A** ‖ 15 *sec.* an *om.* **A** ‖ electos] *Bs coll. p. 535, 4; om.* **A** eleos **BV** aelaeos **D** ‖ *fort.* Graeciae, Lacedaemonios an Eleos? *Kss,* Graeciae an Lacedaemoniorum electos? *Gz* ‖ repetam] **Dτ**; ereptum **C** ‖ 16 patr̄um **A** ‖ totque] tot **D**

et nunc produntur condita sine moenibus templa? pudet consilii nostri, pudet, etiamsi non fugimus, deliberasse talia. at cum tot milibus Xerses venit. o Lacedaemonii, ite adversus barbaros; non refero opera vestra, non avos, non patres, quorum vobis exemplo ab infantia surgit ingenium. pudet Lacedaemonios sic adhortari: en, loco tuti sumus. licet totum classe Orientem trahat, licet intuentibus explicet ingentem *navium* numerum: hoc mare, quod tantum patet, ex vasto urguetur in minimum, insidiosis excipitur angustiis vixque minimo aditus navigio est, et huius quoque remigium arcet inquietum omne, quod circumfluit, mare, fallentia cursus vada altioribus internata, aspera scopulorum et cetera, quae navigantium vota decipiunt. pudet, inquam, Lacedaemonios et armatos quaerere, quemadmodum tuti sint. non referam

2

CD 1 nunc proh dolor concidunt Dτ ‖ sine moenibus] *Bs;* siremianibus AB siremanibus $V^1$ si remanemus $V^2$ si remeabimus D si remeamus τ 2 at cum] ac tum AB ‖ 3 venit. o] uaenitho $AB^1$ uaenit o $B^2$ ‖ ite] *Mg;* et O, *fort.* *⟨bellum⟩ est, *fort.* ⟨res⟩ est *C. Schenkl, Morgenstern* ‖ hoc Lacedaemonii ⟨moventur⟩, et a. b.? *Gz* ‖ 4 refero] *Mg;* reuero AB reuera V reueremini Dτ, referam *Kss* ‖ avos] Dτ; animus C ‖ refert opera vestra animus, *Gz* ‖ vobis] *Kss;* non C nos Dτ, nobis *Bs, del. Rebling* ‖ 5 exemplo] *Bs;* exemplum O, ⟨in⟩ exemplum *Thomas* ‖ quorum nos exemplum ⟨moueat⟩ Dτ, quorum vos exemplum ⟨moveat.⟩ *Fb* ‖ quorum exemplum ab infantia surgit ingenium *Rebling* ‖ sugit $B^2$ Laceidemonios AB ‖ 6 catortari AB ‖ en, loco] *O. Jahn;* filico C scilicet D uel loco τ, scilicet vel loco *Schg,* hic loco *Ml,* quali loco *O. Ribbeck, fort.* illic *Kss, fort.* ilico *Studemund, fort.* *hoc loco ‖ tuti sumus] D *(Bs);* tutissimis C tuti simus τ *(Schg, O. Ribbeck)* ‖ *rhetor sic loquitur, quasi Graeci apud Salaminem collecti putandi sint* ‖ classem AB ‖ Orientem] inorientem A morientem B traat $AB^1$ ‖ 7 intuentibus] *Ml, Mg;* metuentibus O ‖ ingentem navium] *Studemund;* inutilem O ‖ 8 tantum] tandem C ‖ patet, ex vasto] *Gz;* ex uasto patet O ‖ urgetur AV ‖ 9 angustis $AB^1$ ‖ uixquem AB ‖ est, et] esset O ‖ 10 arcet] arceta $A^1B$, *fort.* arctat *Kss* ‖ inquietum omne] *Otto;* inquieta (inquietata V) omne O, inquietatione *vg,* inquieta ⟨voluta⟩tione *Gz* ‖ arcet ⟨et⟩ inquietat omne *Bs,* arcent inquieto amne *M. Haupt,* arcet inquieto momine *O. Ribbeck* ‖ fallentia] *Bs;* fallat(-c VD)ia AVD fallantia B ‖ 11 vada] uadet AB uadat V ‖ internata] *litt.* rnata *in ras. scr.* V ⟨stagna⟩ internata D scopulorum] *M. Haupt (Gz);* scopulos AB scopulis VD

Persarum spolia? certe super spolia nudus cadam. sciet et alios habere nos trecentos, qui sic non fugiant et sic cadant. hunc sumite animum: nescio, an vincere possimus; vinci non possumus. haec non utique perituris refero; sed, si cadendum est, erratis, si metuendam creditis ‖ mortem. nulli natura in aeternum spiritum dedit statque nascentibus in finem vitae dies. ex inbecilla enim nos materia deus orsus est; quippe minimis succidunt corpora. indenuntiata sorte rapimur; sub eodem pueritia fato est, eadem iuventus causa cadit. optamus quoque plerumque mortem; adeo in securam quietem recessus ex vita est. at gloriae nullus finis est proximique deos sic † ageses agunt; feminis quoque frequens hoc in mortem pro gloria iter est [illud]. quid Lycurgum, quid interritos omni periculo, quos memoria sacravit, viros referam? ut unum Othryadem excitem, adnumerare trecentis exempla possum. Triari. Non pudet Laconas ne pugna quidem 3
hostium, sed fabula vinci? magnum est, alimentum virtutis est

**CD** 1 spolia; ⟨at⟩ certe *Gz* | sciet] sciat *Schg* ‖ 2 habere nos] nos habere ⟨nos⟩ *(post.* nos *del.)* **V** nos habere **D** ‖ troecenos **D**$^1$ ‖ hunc] hinc *Schg* ‖ 4 ⟨ut⟩ perituris *Schg* | si] *Schott;* ⟨et⟩ sic **AB** ⟨et⟩si **VD**, *⟨etiam⟩si *Morgenstern; cf. Woelfflin phil. 37, 100; Konitzer quaest. cr. 20; Gz ad Sen. dial. 10, 13, 3* ‖ cadendum] candidum **AB** | erratis] terratis **AB** ‖ 6 statque] *Steigemann de Polybio (Vratislaviae 1885) thes. 2 coll. Verg. Aen. 10, 467;* statatque **AB** statutaque **VD** | fine **C** ‖ ex] **B**$^2$; est **O**, *del. Steigemann* ‖ 7 est *om.* **A** ‖ corpore **A** corporae **B** | 8 eadem **A** | 9 inuentus **B** ‖ plerumque] *Gz;* plerique **O** ‖ 10 ex vita] *Bs;* ex uit **A**$^1$**B** *del.* **A**$^2$ *om.* **VD** ‖ 11 sicagessa (sa *del.* **V**$^2$ sic agesea **D**) satagunt **VD**, sic ages, ea satagunt *vg,* sic cadentes agunt *vel* (deo) sic agetis; ea satagunt *He,* audaces si cadunt *Vsener,* indigetes agunt *Mg,* sic habentes agunt *anon. in exemplari ed. Burs. bibl. Vratisl.,* qui hac sese agunt *Gz,* in acie caesi agunt *C. Schenkl, fort.* *sic cadentes sunt | 12 est] es **AB**$^1$ ‖ illud *del.* **A**$^2$**τ** *om.* **D** | iter exstitit. quid *Gz,* iter restitit. quid *Linde* | ligurgum **C** ‖ 13 interritos omni] interbitos somni **O** interlitos somni **V**$^2$, ⟨tot⟩ interritos omni *Gr* | poculo **Dτ** | 14 Othryadem] *cf. Herod. 1, 82 aliique, quos primus secutus est Schott;* otroyadem (-en **D**) **O** | excitem] *Bs;* escitem **C** mexciten **D** ‖ 15 exemplo **D** | ne] nec **O** | 16 ostium **AB**$^1$ | *prius* est] es **AB**, *del. C. Schenkl* | alimentum] **τ** *(Freinsheim);* alienum **C** alumnum **Dτ**$^2$ *(Schg),* adiumentum *Gr,* columen *Gz, fort.* alimonium *Mg* | magnum aes alienum *Bs* ‖ est nasci] nasci **A**$^2$**VD**, nasci et *Schg*

nasci Laconem. ad certam victoriam omnes remansissent; ad certam mortem tantum Lacones. ne sit Sparta lapidibus circumdata: ibi muros habet, ubi viros. melius revocabimus fugientes trecenos quam sequemur. sed montes perforat, maria contegit. numquam solido stetit superba felicitas, et ingentium imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanae conlapsa sunt. scias licet ad finem *bonum* non pervenisse quae ad invidiam perducta sunt. maria terrasque, rerum naturam statione mutavit sua: moriamur trecenti, ut hic primum invenerit, quod mutare non possit. si tam demens placiturum consilium erat, cur non
4 potius in turba fugimus? Porci Latronis. In hoc scilicet morati sumus, ut agmen fugientium cogeremus. erimus inter fortes fugacissimi, inter fugaces tardissimi. rumori terga vertitis? sciamus saltem, quam *fortis* sit iste, quem fugimus. vix vel victoria dedecus elui potest; ut omnia fortiter fiant, feliciter cadant, multum tamen nomini nostro detractum est: iam Lacones, an fugeremus, deliberavimus. atenim moriemur! quantum ad me quidem pertinet, post hanc deliberationem nihil aliud timeo, quam ne revertar.

**CD** 1 certa **AB** ¦ 2 ne sit Sparta] *Petschenig, Gz;* nesi parta **C** non est sic sparta **Dτ** ¦ 3 ibi muros habet, ubi viros] *Bs;* ibi muros habet ubi ⟨muros (muros ⟨non⟩ **D**) habet ubi (ibi **VD**)⟩ muros (uiros **D**) (*post.* ubi muros *del.* **A**²) **O**; *cf. Plut. apophth. Lac. p. 210*ᵉ ¦ reuocauimus **C** ¦ 4 troecenos **D**¹**τ** trecentos **D**² ¦ sequemur] **Dτ**; sequimur **C** ¦ 5 ⟨in⟩ solido *cg* ¦ *fort.* superbo *Morgenstern* 6 fastigia] **V**²**D**; fastigio **C** conlassa **A** 7 sciat *Ml* bonum *add. Gz;* ⟨tantum⟩ *Thomas* non *om.* **D** ¦ pervenisse] (*corr. ex* peruenisset **V**) **VD**: peruenisset **AB** 8 naturam] **τ**; natura **O** ¦ stationem (e *corr. ex* u **B**) **AB** 10 possit **VD** tam demens] *Ml;* tandem amens **O** 11 turba] **V**²**Dτ**; truba **C** fuimus **V**² ¦ silicet **B**¹ 12 agmen *corr. ex* augmen **A** ¦ cogeremus] augeremus *Schott* ¦ *verba* erimus . . . tardissimi *(v. 13) ex § 7 (p. 536, 5) huc transp. Gz* ¦ fortes] *Fb;* hostes **AVD** ostes **B**, *fort.* nostros *Kss* ¦ fagacissimi **AB** ¦ 13 rumori] *Gr;* furori **O**, *fort.* cur ⟨rum⟩ori *Kss* 14 *quam fortis] quam **C** quis **V**²**D**, qualis *Bs,* qui *Otto,* quinam *Novák* ¦ *vix vel] uixit ut **A** uixit in **B**¹ uix in **B**² uicit (*corr. ex* uixit **V**) at **VD**, vix *Rebling, Mg,* vix istud *Gz,* vix iam *Otto,* vix illud *Linde* 15 elin **A** cedant **A** ¦ 16 nonmi nistro **A** ⟨quod⟩ an **VD** ¦ 17 atenim moriemur] *Otto;* ut enim (enim ⟨non⟩ **D**) moriemur **O** ut enim ⟨non⟩ moriamur **τ**, utinam moriamur *Bs* ¦ 18 reuertamur **VD**

arma nobis fabulae excutiunt? nunc, nunc pugnemus; latuisset virtus inter trecenos. ceteri quidem fugerunt. si me quidem interrogatis, quid sentiam, et in nostrum et in Graeciae patrocinium loquar: electi sumus, non relicti. Gavi Sabini. Turpe est cuilibet 5
viro fugisse, Laconi etiam deliberasse *de fuga*. Marvlli. In hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus. habent, quemadmodum se excusent, Graeciae treceni: 'tutas Thermopylas putavimus, cum relinqueremus illic Laconas'. Cesti Pii. Quam turpe esset fugere, iudicastis, Lacones, tam diu non fugiendo. omnibus sua decora sunt: Athenae eloquentia inclitae sunt, Thebae sacris, Sparta armis. ideo hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futurae militiae patientiam; ideo *enitimur in* Taygeti nemoris difficilia ‖ nisi Laconibus iuga; ideo Hercule gloriamur deo operibus caelum merito; ideo muri nostri arma sunt. o grave 6
maiorum virtutis dedecus! Lacones se numerant, non aestimant. videamus, quanta turba sit, ut habeat certe Sparta etiamsi non fortes milites, at nuntios veros. ita ne bello quidem, sed nuntio vincimur? merito hercules omnia contempsit quem Lacones

CD 1 mihi] mi **AB**[1] ¦ 2 fuscianas **D** ‖ 3 suassorias **B**[1] ¦ frequetius **B** 4 Hyb **A** ¦ *Graeca emend. Muretus* ¦ ecxn (-h **V**) he **C** ‖ 5 basyauin **A** babyauin **B** babyaωn **V** ‖ antin **C** ¦ oxypama **A** ‖ 7 eropea **A** tropea **B**[1] ‖ 8 xerxe *(sic saepius)* **AB**[1] ‖ minate **AB**[1] ‖ tolleretur **B**[1] tollantur **B**[2] ¦ 9 si sic] *Ml, Otto, Gz;* si **AB** sic **VD**, *fort.* si ⟨ita⟩ *Bs,* ; sic (fugatum . . . possit?) *Petschenig, Studemund* ¦ 10 xerxen (-em **D**[2]) **D** ‖ tanta] hac **D** ‖ 12 clasis **B**[1] ¦ maratona **C** ¦ 15 arma⟨ta⟩ **A** ‖ pignus] *Schott;* regnus **C** regni is **Dτ** ¦ est et] *He;* esset **O**, est *Fb* ‖ 16 in gaudio] *O. Jahn;* in gaudia **O** *(cf. p. 555, 15)*, gaudio *Ml* ¦ 18 deficit] *Gz, Linde;* est sit **C** aest situ **Dτ**, destituit *Schott,* destruit *Bs,* sistit *Thomas, Fr. Kuhn,* deserit *Novák* ‖ fides] *Eussner;* dies **O**, spes *Schott,* vis *Linde* ‖ *fort. prius* ubi *del. esse cens. Gz* ‖ 19 qua] quae **VD** ¦ haeret] *Cornelissen;* errat **O** ¦ 20 esset] e& *(om. virgula)* **A**

retur: suis ira ardet ignibus et in pacta non solvitur. non de- 2
nuntiaret, si venturus esset, neque armaret nos nuntio nec in-
stigaret victricem Graeciam nec sollicitaret arma felicia: magis
superveniret inprovidis; nam et *antea* arma indenuntiata moverat.
quantumcumque Oriens valuit, primo in Graeciam impetu effu-
sum est: hoc ille numero ferox et in deos arma tulerat. extincta
tot ante Xersem milia, tot sub ipso, iacent: nulli nisi qui fuge-
runt supersunt. quid dicam Salamina? quid Cynaegiron referam
et te, Polyzele? et hoc agitur, an vicerimus? haec ego trophaea
dis posui, haec in totius conspectu Graeciae statui, ne quis time-
ret Xersen minantem. me miserum! pugnante Xerse trophaea
posui: fugiente tollam? nunc Athenae vincimur: non tantum
credetur redisse, sed vicisse Xerses. non potest Xerses nisi per 3
nos trophaea tollere. credite mihi, difficile est attritas opes re-
colligere et spes fractas novare et *ex* paenitenda acie in melio-
ris eventus fiduciam surgere. Cesti Pii. Inferam, inquit, bellum.
alia mihi trophaea promittit. potest maior venire quam *quom* victus
est? Argentari. Non pudet vos? pluris trophaea vestra Xerses
aestumat quam vos.

Divisio. Fvscvs sic divisit: etiamsi venturus est Xerses, 4
nisi tollimus, non sunt trophaea tollenda: confessio servitutis est

**CD** 1 suis] saevis *Schg* | in pacta non] impactarion **V** | 3 gretiam **AB** | arme **B**[1] || 4 nam et] etiam *Ml, Rebling,* ut antea *Gz* antea *hoc loco add. Bs, post* arma *posuit Schg* || moverat] *Bs;* moueret **O** *(Gz),* movit *Gr* | 5 *verba* quantumcumque . . . *alii declamatori trib. esse cens. Gz* || gretiam **AB** | 6 illo **O** || extincto **AB** || 7 tot ante] tante **AB**[1] tanto **B**[2] || serse **AB**[1] xerse **B**[2]**V** xerxem **D** || iacent] ***τ***; iacerent **C** iaceret et **D**, iacuerunt *Bs* || 8 Cynaegiron] *Fb; cf. Herod. 6, 114;* cinagiron **O** | 9 Polyzele] *Schott coll. Diog. Laert. 1, 2, 8, 56;* polyteles **O**; *cf. Suid. s. v.* Ἱππίας | vicerimus] *Otto;* uiceris **O**, *fort.* viceritis *Kss,* vicerim *Gz* || 10 dis posui] *Ml,* (deis posui) *Otto;* deposui **O** posui ***τ***, ideo posui *Schg, quod prob. Kss,* de ⟨Persis⟩ posui *Thomas,* dis vovi *Gz; cf. p. 556, 9* | 10 grae(gre **A**)tiae **ABD** || 12 Athenae] cathene **A** cathenae **B**[1] cathena **B**[2] || 14 difficilest **B** | 15 ex *add. Schg* | 16 fidutiam **B** | *verba* Cesti Pii *om.* **A**, *fort. ante* quantumcumque *(v. 5) transp. esse cens. Gz* **17 potest** *corr. ex podest* **A** postest **B**[1] || quom add. Linde; fort. ⟨antequam⟩ *C. Schenkl* || *20 eiamsi* **A** || 21 nisi] si **V**[2] non **D**

iussa facere. si venerit, vincemus: hoc non est diu colligendum:
de eo dico 'vincemus', quem vicimus. sed ne veniet quidem: si
venturus esset, non denuntiaret; fractus est et viribus et animo.
CESTIVS et illud adiecit, quod in prima parte tractavit, non licere
Atheniensibus trophaea tollere: commune in illis ius totius Grae-
ciae esse; commune bellum fuisse, communem victoriam. deinde
ne fas quidem esse: numquam factum, ut quisquam consecratis
virtutis suae operibus manus adferret. ista trophaea non sunt
Atheniensium, deorum sunt; illorum bellum fuit, illos Xerses vincu-
lis, illos sagittis persequebatur. hic omnia ad impiam et superbam
5 Xersis militiam pertinentia. quid ergo? bellum habebimus? habui-
mus et *habebimus;* si Xersem removeris, invenietur alius hostis:
numquam magna imperia otiosa. enumeratio bellorum prospere ab
Atheniensibus gestorum. deinde: non erit bellum; Xerses enim non
veniet. multo timidiores esse, quom superbissimi fuerint. novissime:
ut veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriae nostrae colliget:
illos adducet, quos priore bello quasi inutiles reliquit domi et
si qui ex fuga conservati sunt. nullum habet militem nisi aut
6 fastiditum aut victum. ARGENTARIVS his duobus contentus fuit:

**CD** 1 colliendum deo **B**[1] ¦ 2 eo] eodem *Fb* vincemus *del. Gz* nec **VD** 3 est et] est sed **AB** ¦ animo] *cf. Bentl. ad Hor. carm. 4, 4, 60* 4 adiecit] *Kss;* dicit **O**, dixit *Schg* ¦ 5 gretiae **A** 6 commune] communem **B**[1] communem ⟨uictoriam⟩ **V** communem victoriam] commune uictoriam **AB**[1] commune **V** 8 manus] munus **O** minas **B**[2] ferret **AB** auferret **Dτ**, inferret *O. Jahn* ¦ *fort.* consecratum virtutis suae operibus munus auferret *Bs* ¦ 10 illo sagit(-itt **A**)is **AB** ¦ persequaebatur **A** 10 hic] *Kss;* haec **O** ¦ 11 pertinentia. quid] *Kss;* pertinent ea (et **B**[2]**D**) quid **ABD** pertinent ecquid **V** *verba* haec omnia *(v. 10)* . . . pertinent *insiticia esse indicat Konitzer* ¦ habuimus et habebimus] *Diels*; habuimus et **O**, habebimus et *vg* ¦ 12 removeris] *Schg;* remouebis **O** 13 enumeratio] *Kss, He;* enim **A** omnium **BVD** ¦ 14 theniensibus **A** ¦ 15 quom] *O. Ribbeck;* quam **O**, qui *vg,* qui ante *Gz* ¦ 17 reliquit domi et] *Bs;* reliquias nouit **O**, reliquias movit *Fb,* removit et *Schg,* noluit et *He,* removit *Hertz,* movit et *Fr. Kuhn,* reliquit aut *Novák,* reliquit; . . . bit, *Mg* ¦ 18 si qui] sequi **A**, *unde* inutiles noluit sequi (*om. iis, quae sequuntur* ex fuga consecuti sunt) *Konitzer* ¦ conservati] *Diels;* consecuti **O**, constituti *Bs* ¦ 19 Argentarius his] **Dτ**; argentarii. usis **C**

aut non venturum Xersen aut non esse metuendum, si venerit. his solis institit et illud dixit, quod exceptum est: 'tollite' inquit 'trophaea'. si vicisti, quid erubescis? si victus es, quid imperas? locum movit non inutiliter: iudicare quidem se neque Xersen neque iam quemquam Persarum ausurum in Graeciam effundi; sed eo magis trophaea ipsis tuenda, si quis umquam illinc venturus hostis esset, ut conspectu trophaeorum animi militum accenderentur, hostium frangerentur. Blandvs dixit: repleat ipse 7 prius Atho et maria in antiquam faciem reducat. apparere vult posteris, quemadmodum venerit; appareat, quemadmodum redierit. Triarivs omni dimissa divisione tantum exultavit, quod Xersen audiret venire: adesse ipsis novam victoriam, nova trophaea. Silo Pompeivs venusto genere sententiae usus est: 'nisi tollitis' inquit 'trophaea, ego veniam'. hoc ait Xerses: nisi haec trophaea tollitis, alia ponetis.

Alteram partem solus Gallio declamavit et hortatus ad 8 tollenda trophaea dixit gloriae nihil detrahi; mansuram enim memoriam victoriae, quae perpetua esset; ipsa trophaea et tempestatibus et aetate consumi; bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro coniugibus, pro liberis: pro re supervacua et nihil nocitura, si *de*fieret, non esse suscipiendum. hic dixit utique venturum Xersen et descripsit adversus ipsos deos tumentem; deinde habere illum magnas vires: neque omnes illum copias in Graeciam perduxisse nec omnes in Graecia perdidisse; timen-

**CD** 1 *prius* non *om.* **A** ¦ 2 exceptum] **V**[2]; excertum **C** et certum **B**[2] excerptum **D** ¦ 4 locum] **BTD**; iocum **AVτ** ¦ 5 quenquam **B** ¦ gretiam **A** effundi; sed eo] (effundere; sed eo) *Schott;* effundisse (effundi **τ**) deo (ideo **V** ⟨se⟩ ideo **Dτ**) **Oτ** 6 ipsis] ipsi **AB** ¦ 7 trophaeorum] trophea **A** ¦ militum] civium *Gz* ¦ accenderent **AB**[1] 8 ipse⟨se⟩ **AB** ¦ 9 Atho] *Bs;* hatos **AB**[1] hiatos **B**[2] hiatus **VD** 10 vult] uolt *corr. ex* uult **V** uoluit **V**[2]**D** appareat ⟨etiam⟩ **D** ¦ 12 adesse] *He;* ad se **O** ¦ 13 sententiae] **τ**; sententia **O** *corr.* **D**[1] 15 alia] **τ** *(Rom);* illam **A** illa **BVD** 16 galio **C** ¦ dedamauit **A** hortatus] *Gz;* hor(or **AB**)tauit **O**, *fort.* hortans *Gz* ¦ 18 uitoriae **B** ¦ 21 defieret] *H. Sauppe;* fieret **O** suscipiendum ⟨fuisse pro libertate⟩ **B** (cf. v. 19) del. **B**[1] 22 *aduesus* **A** ¦ *ipsas* **B** ¦ 24 gretiam **AB** ¦ produxisse **D** ¦ gretia **A**

dam esse fortunae varietatem; exhaustas esse Graeciae vires nec posse iam pati alterum bellum; illi esse inmensam multitudinem hominum. hoc loco disertissimam sententiam dixit, *dignam* quae vel in oratione vel in historia ponatur: diutius illi perire possunt quam nos vincere.

## VI.

Deliberat Cicero, an Antonium deprecetur.

1 Q. Hateri. Sciant posteri potuisse Antonio servire rem publicam, non potuisse Ciceronem. laudandus erit tibi Antonius; in hac causa etiam Ciceronem verba deficient. crede mihi, cum diligenter te custodieris, faciet tamen Antonius, quod Cicero tacere non possit. si intellegis, Cicero, non dicit 'roga, ut vivas', sed 'roga, ut servias'. quemadmodum autem hunc senatum intrare poteris, exhaustum crudeliter, repletum turpiter? intrare autem tu senatum voles, in quo non Cn. Pompeium visurus *es,* non M. Catonem, non Lucullos, non Hortensium, non Lentulum atque Marcellum, non tuos, inquam, consules Hirtium ac Pansam? Cicero, quid in alieno
2 saeculo tibi? iam nostra peracta sunt. M. Cato, solus maximum vivendi moriendique exemplum, mori maluit quam rogare — nec erat Antonium rogaturus — et illas usque ad ultimum diem puras a civili sanguine manus in pectus sacerrimum armavit.

CD 1 uariaetatem **B** gretiae **AB** 3 homini **AB** *dignam *add.* quae <digna est, quae> *Novák* 4 hisstoria **B** ‖ ponatur] *Schg;* ponitur **O**, <apte> ponetur *Gz* 7 *cf. Quint. 3, 4, 46* an *om.* **AB** 8 Q.] q; **AB** *Hateri] haterius **O**; *cf. p. 74, 5* 9 erit *corr. ex* erat **B** ‖ tibi] **Dτ**; ubi **C** ‖ 10 deficient] **D²τ**; deficiunt **O** 13 sanatum **B¹** ‖ 14 turoiter **AB¹** senatus **B¹** 15 gn. **A** es *om.* **O**, <sis> *Ml* 16 luculos **B** ‖ 17 tuos, <tuos> inquam *vel* tuos denique *Gz* ac] haec **A** hac **B¹** et **D** 18 tibi] **Dτ**; ubi **C** paracta **B¹** M.] <K.> m. **B¹** <et> m. **B²** *del.* **V²** 19 monendique **V** *corr.* **τ** malluit **AB** 20 nec erat] negerat **A** negerad **B¹** antonium *bis scr.* **A¹**, *prius del.* **A²** *cf. Sen. epist. 3, 3, 6 seq.* 21 puras] curas **AB** sanguinem **AB** ‖ in pectus sacerrimum] *Bs;* in sectus acerrimem **AB** infectas (<se> infectas **D**) acerrimo **VD**

Scipio, cum gladium *in* pectus abdidisset, quaerentibus qui in navem transierant militibus imperatorem 'imperator' inquit 'bene se habet'. victus vocem victoris emisit. 'vetat' inquis '*me* Milo rogare iudices'; i nunc et Antonium roga. Porci Latronis. Ergo 3
loquitur umquam Cicero, ut non timeat Antonius, loquitur umquam Antonius, ut Cicero timeat? civilis sanguinis Sullana sitis in civitatem redit, et ad triumviralem hastam pro vectigalibus civium Romanorum mortes locantur; unius tabellae albo Pharsalica ac Mundensis Mutinensisque ruina vincitur, consularia capita auro rependuntur: tuis verbis, Cicero, utendum est: 'o tempora, o mores!' videbis ardentes crudelitate simul ac superbia oculos; videbis illum non hominis, sed belli civilis vultum; videbis illas fauces, per quas bona Cn. Pompei transierunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem; videbis illum pro tribunali locum, quem modo magister equitum, cui ructare turpe erat, vomitu foedaverat: supplex accadens genibus deprecaberis? eo

**CD** 1 gaudium **A** || in pectus] *Freinsheim ad Flor. 4, 2, 60;* ponitur **AV** ponitus **B**, penitus *Bs,* ⟨in pectus *vel* pectori⟩ penitus *Gz* || abdidisset] **B**$^2$; abdidisse **C** || poni iussus foret (esset **τ**) dicitur abdidisse se **Dτ** || 2 transiuerant **C** || *cf. Sen. epist. 3, 3, 9; Val. Max. 3, 2, 13* || 3 victoris] *anonymi apud Schottum (Ml);* uictori **A** uictoria (-iae **B**$^2$**D**) **BVD** || vetat] *cf. Cic. p. Mil. 92. 105* || inquis] *Otto;* inquit **O**, inquisti *Gz* || me *add. Studemund* || 4 rogari *vg* || iudicis **A** || i nunc] *Schott;* u nuc (nuc *in ras. scr.* **A**) **AB** . u . nunc **V** . u . cl. **D** || *verba* et antonium *in ras. scr.* **A** || roga *in ras.* (*fuit* rogant) *scr.* **A** rogat **VD** || 5 loquetur *cod. Vatic. Schotti* || umquam] imperator **D** || Antonius] an **A** annomeos *(post.* n *del.)* **B** || 6 Sullana] silla **A** sylla **B**$^1$**V**$^1$ syllae **B**$^2$ syllana **V**$^2$**D** || 7 civitatem] ciuitate **A** uitatem **B**$^1$ || rediit *Otto, Gz* || 8 civium Romanorum] **Dτ**; ciues Romani **C** || unius tabellae] *Gr;* in iusta bella (-llā **A**) **O**; *cf. Dion. Cass. 47, 3, 2* || olbo **A** || parsalica **C** *corr.* **V**$^2$ || 9 mutiniensisque **C** || 10 rependentur **C** || cicero *om.* **A** *(Kss)* || *Cic. in Cat. 1, 2; in Verr. 4, 54* || 12 *post. loco* uidebas **A** || *cf. Cic. Phil. 2, 63* || 13 transierunt] **T**; transiuerunt **O** || 14 gladiatoriam] **τ**; clamatoriam **O** || 15 locum, quem modo] *Schott;* loco quo **AVD** loco quo modo **B** locum quoi **D** || cui ructare turpe erat] *Schott;* cum raptaretur prae (pre **V**) erat **Oτ** || 16 fedatum (*om.* vomitu) **τ** || accades **A** accadar **B** || cenibus **AB** || eo ore] *He;* et ore **O**

ore, cui se debet salus publica, humilia in adulationem verba summittes? pudeat; Verres quoque proscriptus fortius perit. CLAVDI
4 MARCELLI AESERNINI. Occurrat tibi Cato tuus, cuius a te laudata mors est; quicquam ergo tanti putas, ut vi||tam Antonio debeas? CESTI PII. Si ad desiderium populi respicis, Cicero, quandoque perieris, parum vixisti; si ad res gestas, satis vixisti; si ad iniurias Fortunae et praesentem rei publicae statum, nimium diu vixisti; si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es. POMPEI SILONIS. Scias licet tibi non expedire vivere, si Antonius permittit, ut vivas. tacebis ergo proscribente Antonio et rem publicam laniante, et ne gemitus quidem tuus liber erit? malo populus Romanus mortuum Ciceronem quam vivum desideret.
5 TRIARI. 'Quae Charybdis est tam vorax? Charybdim dixi, quae, si fuit, animal unum fuit; vix me dius fidius Oceanus tot res tamque diversas uno tempore absorbere potuisset'. huic tu saevienti putas Ciceronem posse subduci? ARELLI FVSCI patris. Ab armis ad arma discurritur; foris victores domi trucidamur, domi *nostro* sanguini intestinus hostis incubat; quis non hoc populi Romani statu Ciceronem, ut *non* vivat, cogi putat? rogabis.

**CD** 1 debet *corr. ex* debaet **B** || adu(ado **A**)latione (-oñ **D**) **O** || summittes *rad. corr. ex* summittentes **A** sūb(sub **D**)mittes **VD** || 2 Verres] *Kss*: uerrem **O** || quoque] quodque **C** quod quia **D** quod **τ** || parit **A**, periit *Bs*. patitur *Gz (cf. § 24); Latronem in errore versantem facit Seneca, si quidem Lactantio fides habenda est, qui inst. div. 2, 4, 34 Verrem post Ciceronem mortuum esse dicit* || Claudi Marcelli] *Fb*; cl (clr **A**) marylli **AB** cirimarylli **VD** 3 hoccurrat **AB** occurrit **D** || tuus, cuius] **Dτ**; tusculus **C** || 4 mors] mor **AB**$^1$ 5 quandoque] *Schott*; quanto **AB** quando **VD** || 6 parum vixisti] **B**$^2$**V**$^2$**D**; parum uicisti **C**; *cf. Cic. Phil. 1, 38* || 7 praesenti **A** || rei publicae] rep̄ **AB**$^1$ 11 et *del. Kss* || quidām **A** || mallo **AB** || 13 *Cic. Phil. 2, 67* || *prius* quae] **V**$^2$**D**; quod **C** || ca(cha **V**)ribdis **C** || cha(ca **B**)ry(ri **V**)bdim **C** || 14 *verba* animal unum fuit *om.* **A** || *post.* fuit] fuerit **B**$^2$ || mi dius **B**$^1$ || 15 ono **B**$^1$ || absorbere] **B**$^2$**τ**; absoluere **O** || 16 seuienti *corr. ex* seuiente **A** || subdici **A** || patris] p. **AB** *om.* **VD** || 17 discuritur **B** || domi] *anonymi apud Schottum*; dum **O** || 18 domi] *Schott*; dum **O** || nostro sanguini] *Gz*; n sanguine **O** || ostis **B**$^1$ || 19 satu **D**$^1$ || *non vivat] uiuat **O**, vivere desinat *Thomas; cf. p. 562, 2*

Cicero, turpiter Antonium, *rogabis* frustra. non te ignobilis tumulus
abscondet; *nec* idem virtutis tuae qui *vitae* finis est. immortalis
humanorum operum custos memoria, qua magnis viris vita per-
petua est, in omnia te saecula sacratum dabit; nihil aliud inter- 6
cidet quam corpus fragilitatis caducae, morbis obnoxium, casibus
expositum, proscriptionibus obiectum; animus vero divina origine
haustus, cui nec senectus ulla nec mors, onerosi corporis vinculis
exsolutus ad sedes suas et cognata sidera recurret. et tamen,
si ‖ ad aetatem annorumque numquam observatum viris fortibus
numerum respicimus, sexaginta supergressus es nec potes non vi-
deri nimis vixisse, qui moreris rei publicae superstes. vidimus
furentia toto orbe civilia arma, et post Italicas Pharsaliasque
acies Romanum sanguinem hausit Aegyptus. quid indignamur
in Ciceronem Antonio licere quod in Pompeium Alexandrino
licuit spadoni? sic occiduntur qui ad indignos confugiunt. COR- 7
NELI HISPANI. Proscriptus est ille, qui tuam sententiam secutus
est: tota tabula tuae morti proluditur; alter fratrem proscribi,
alter avunculum patitur: quid habes spei? ut Cicero periret, tot
parricidia facta sunt. repete agedum tot patrocinia, tot clientelas

**CD** 1 rogabis *add. Thomas (cf. p. 565, 2);* ⟨et⟩ *Schg* ‖ 2 abscondit **A** ‖ nec *add. Mg* ‖ uirtuti **O** ‖ qui vitae] *Morgenstern;* qui **O**, vitaeque *Mg* ‖ immortalis] *Gz;* im(in **A**)mortalium **O** ‖ immortalium operum (*del.* humanorum) *Mg* ‖ idem virtutis tuae, qui finis est mortalium . (immortalium . *Schg*) *Gr, Schg,* ⟨nec⟩ idem virtutis vitaeque finis est mortalium. *Usener,* idem virtutis tuae, qui finis est Romanorum . immortalium *Thomas* ‖ 3 memoriam **A** ‖ qua magnis viris] *Bs;* que manus uiri **C** quae mansuri **D** quae magni uiri **τ** ‖ quae mansura vita perpetua est *Gr,* qua mansura vita perpetuo est *Schg,* quae mansura perpetua est *Mg,* quae magnis viris vitam perpetuat *Kss* ‖ 4 saecula] **τ**; secuta **O** ‖ sacratum] servatum *Mg* ‖ 5 moribus obnexium **B**[1] mortibus obnoxium **B**[2] 8 exsolutus *corr. ex* exsolatus **A** ‖ recurrit **AB** ‖ 10 non videri] *Schg;* uideri (*corr. ex* uieeri **A**) non **O** ‖ 11 rep̄ **B** ‖ superstes **AB** 12 furenter **D**[1] parsa(-si **A**)liasque **ABV**[1] pharsalicasque **D** *(vg)* ‖ egiptus **B** ‖ quin **AB** ‖ quod indignamur in Ciceronem Antonio licere, id in ... cicerone **AB** ‖ quod *om.* **C** *add.* **B**[2]**D** *'scriptus' Gronovii;* ⟨sic⟩ *vg,* ⟨si⟩ *He* ‖ ...um] pompeio **O** 15 spadoni] *Gz;* adnon **AB** at non **V**[1]**D**[1] an non **V**[2]**D**[2] ‖ ...umque⟩ *Gz* 17 toto **A** ‖ praeluditur *vg* ‖ 18 ⟨tu⟩ quid *Gz* ‖ 19 re...
...*etor.*

et maximum beneficiorum tuorum, *consulatum* ipsum: iam intelleges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse. Argentari. Explicantur triumviralis regni delicata convivia, et popina tributo gentium instruitur; ipse vino et somno marcidus deficientes oculos ad capita proscriptorum levat. iam ad ista non satis est dicere: 'hominem nequam!'

8 Divisio. Latro sic hanc divisit suasoriam: etiamsi impetrare vitam ab Antonio potes, non est tanti rogare; deinde: impetrare non potes. in priore illa parte posuit turpe esse cuilibet Romano, nedum Ciceroni, vitam rogare; hoc loco hominum, qui ultro mortem adprehendissent, exempla posuit. deinde: || vilis illi vita futura *est* et morte gravior detracta libertate. hic omnem acerbitatem servitutis futurae descripsit. deinde: non futurum fidei intemeratae beneficium. hic cum dixisset: 'aliquid erit, quod Antonium offendat, aut factum tuum aut dictum aut silentium

9 aut vultus', adiecit sententiam: aude perire, placiturus es. Albucius aliter divisit; primam partem fecit: moriendum esse Ciceroni,

pete agedum] *He, Bs;* repete agecum **O** repetas tecum $B^2$ *(Kss)* repete age tecum $D^2$ *(Schg),* age repete tecum *Petschenig*

**CD** 1 benefitiorum **B** || consulatum ipsum] *Linde, A. Köhler;* ipsum **O,** *quod tuetur Sander,* ⟨te⟩ ipsum *vg* || 2 *prius* in] im **A** || 3 triumuralis **B** || 4 ipso **A** || 5 prostorum **A** || 6 *Cic. Phil. 2, 77:* 'o hominem nequam' || nequam] quam **B** || 7 divisit] *τ*; diuisionem (-ne **B**) **C** diuisit in $B^2$ diuisit omnem **D** || impetrares **V** || 8 antonio *corr. ex* antonino **B** || potes, non est tanti] *Bs;* non potes tanti **O** non est tanti *τ* || 9 priora **A** || 10 ciceroni *corr. ex* cicerone **A** || vitam rogare] tam rogare **A** tam rogaret $B^1$ ita rogare $B^2$ || hominum] *Gz;* omnium **O** || 11 vilis] *Ml, Gz;* utilis **AB** inutilis **VD** || 12 illi vita] illis uita **O** illis ⟨sua⟩ uita $D^2$, vita *He, Ml,* tibi vita *Bs,* illa vita *(sic* **T** *ante corr.) Gz* || est *add. Gz;* ⟨proponitur⟩ **D** || et *om.* **D** || grauiora **A** grauiore **B** || hi **A** || 13 proscripsit $D^1$ || 14 *intemeratae] impetratae **O,** impetranti *He,* imperturbatae *Thomas* || futurum fidele ⟨vitae⟩ impetratae *Gr,* futuram fidem impetranti *Kss* || benefitium **B** || aliud $D^1$ || ⟨semper⟩ aliquid *Trabandt* || erit *corr. ex* erat **B** || 15 offendet $B^2$ offendit $D^1$ || 16 *aude perire] aut erit **AB** haud enim **VD,** hanc: ⟨unde⟩ enim ⟨ei⟩ *Schg, fort.* aut ei omnino ⟨non⟩ *Sander,* aude mori, et *Gz,* aude mori, si *Pingel* || placaturus *Gussner* || albutius **BD**

etiamsi nemo proscriberet eum. hic insectatio temporum fuit.
deinde: moriendum esse illi sua sponte, quom moriendum esset,
etiamsi mori noluisset; graves odiorum causas esse; maximam
causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. et solus ex decla-
matoribus temptavit dicere non unum illi esse Antonium infestum.
hoc loco dixit illam sententiam: 'si cui ex triumviris non es invi-
sus, gravis es', et illam sententiam, quae valde excepta est: 'roga,
Cicero, exora unum, ut tribus servias'. Cestivs sic divisit: mori 10
tibi utile est, honestum est, necesse est, ut liber et inlibatae
dignitatis consummes vitam. hic illam sententiam dixit audacem:
ut numereris cum Catone, qui servire *ne* Antonio quidem non-
dum domino potuit. Marcellus hunc sensum de Catone melius:
usque eone omnia cum fortuna populi Romani conversa sunt, ut
aliquis deliberet, utrum satius sit vivere cum Antonio an mori
cum Catone? sed ad divisionem Cesti revertamur. dixit *mori*
*illi* utile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur: ‖ non sim-
plici illum modo periturum, si Antonii manibus incidisset. in hac
parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni et ver-
bera et tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: tu
mehercules, Cicero, cum veneris ad Antonium, mortem rogabis.
Varivs Geminvs sic divisit: hortarer te, si nunc alterutrum uti- 11
que faciendum esset, aut moriendum aut rogandum, ut morereris

**CD** 1 eum. hic] *Schg;* cum haec **O**, eum. ⟨in⟩ hac *Gz* ‖ fuerit **D** ‖ 2 esse illi] *Bs;* est ille (ille ⟨enim⟩ **D** illi **τ**) se **Oτ** ‖ quom] *Kss;* quam **C** ⟨conficeret⟩ quia **D** quia **τ** *(vg)*, quoniam *He* ‖ 3 causa **A** ‖ 4 ex] **B²D²τ**; *om.* **O**, e *Bs*, de *Kss; cf. p. 51, 6. 571, 14 al. (praepositionis, quae est* e, *apud Senecam patrem rarus usus est; cf. p. 565, 11)* ‖ 6 es] esses **D²** ‖ 7 es', et] esset **O** ‖ illam sententiam] *Schg;* illa sententia **O** ‖ 8 seruibas **A** ‖ 9 utile] ut ille **AB¹** ‖ 10 consumes **B** ‖ 11 utinam morereris *A. Köhler* ‖ ne *add. Bs;* ⟨nec⟩ *vg* ‖ nundum **C** ‖ 15 a (ad **B**) diuisione **AB¹** ‖ *mori *hoc loco add.;* illi *add. Gz* ‖ 16 utile] ut ille **AB¹** ‖ *fort.* utile ⟨mori illi⟩ esse *Gz* ‖ 17 si] *Kss;* si ⟨in⟩ **O**, si ⟨in⟩ (. . . manus) *vg* ‖ antonii *corr. ex* antonio **A** ‖ incidisset] **B²D**; incidisset⟨et⟩ **C** ‖ hanc **A** ‖ 19 tu] tum *Kss* ‖ 20 meherculos **A** mehercule **D** ‖ 21 gemitius **A** ‖ hortarer] ocarer **A** ortarer **B¹** ‖ nunc] *Kss;* non **O**, del. Schott (om. vg) ‖ alterutrum] **τ**; *aliter utrum* **O** ‖ 22 moreris **A**

potius quam rogares; et omnia conplexus est, quae a ceteris dicta erant; sed addidit et tertium; adhortatus est illum ad fugam: illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. et adiecit illam sententiam, quam Cassius Severus unice mirabatur: quid deficimus? et res publica suos triumviros habet. deinde etiam, quas petere posset regiones, percucurrit: Siciliam dixit vindicatam esse ab illo, Ciliciam a proconsule egregie administratam, familiares studiis eius et Achaiam et Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficiis, Aegyptum et habere beneficii memoriam et agere perfidiae paenitentiam. sed maxime illum in Asiam et in Macedoniam hortatus est in Cassi et in Bruti castra. itaque Cassius Severus aiebat alios declamasse, Varium Geminum vivum consilium dedisse.

12 Alteram partem pauci declamaverunt. nemo ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari; bene de Ciceronis animo iudicaverunt. Geminvs Varivs declamavit alteram quoque partem et ait: spero me Ciceroni meo persuasurum, ut velit vivere. quod grandia loquitur et dicit: 'mors nec imma||tura consulari nec misera sapienti', non movet me: idiotam gerit; ego belle mores hominis novi: faciet, rogabit. nam quod ad servitutem pertinet, non recusabit; iam collum tritum habet; et Pompeius illum et Caesar subegerunt: veteranum mancipium videtis. et

CD 2 addidit] aliquid C aliud D, datur, inquit, *Gz* || et] (aliquid) est *He* || 3 illic C.] et c. $D^1$ || 4 qua $D^1$ || unicae AB || 5 qui *O. Jahn* || deficimus] *Bs;* deficiemus O, te faciemus *He,* deficiet nos *Linde* || 6 quas ⟨ipse⟩ D religiones AB || ciliam A || 7 familiare AB || 8 deiotare B || 9 aegiptum A || 10 maximam illam A || *post.* in *om.* D || 11 ortatus B || itaque] item D || 12 aiebat] (*corr. ex* audiebat V) VD; audiebat AB || alios *om.* $D^1$ || declamasse *corr. ex* declamassa A || Varium] $D^2$𝔳; uarrum C uarum D || vivum] 'unum (𝔳) *reponi malim' Schott* || 13 nemo ⟨paene⟩ *Gz* || aussus $B^1$ || 15 uarus $D^1$ || declamavit] $B^2D^2$𝔳; clamauit O || 16 uellit $B^1$ || 17 *Cic. in Cat. 4, 3; cf. Phil. 2, 119* || 18 monet A || ideotam $B^1$ ideo iam $B^2$ || *gerit] perit O, ⟨iam⟩ geret *Gz* || ⟨nec enim⟩ idiotam petit *vel potius* idiotam petat *Schg,* ideo tamen ⟨non⟩ peribit *Kss,* ideo tamen supererit *Vsener,* ⟨nec⟩ ideo iam perit *Morgenstern* || 19 faciet] ficiet B, ⟨satis⟩ faciet *Gz* || 20 resabit A || 21 subegerunt] *Novák, Vsener;* subierunt A subiecerunt BV

complura alia dixit scurrilia, ut illi mos erat. divisit sic, ut diceret non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum. in priore parte illud posuit, non esse turpe civem victorem rogari a victo. hic, quam multi rogassent C. Caesarem, hic et Ligarium. deinde: ne iniquum quidem esse Ciceronem satis facere, qui prior illum proscripsisset, qui hostem iudicasset: a reo semper nasci satisfactionem; audacter rogaret. deinde: non pro vita illum, sed pro re publica rogaturum: satis illum sibi vixisse, rei publicae parum. in sequenti parte dixit exorari solere inimicos: ipsum exoratum [a] Vatinio Gabinioque reis adfuisse. facilius exorari Antonium posse, qui cum tertio esset, ne quis *e* tribus hanc tam speciosam clementiae occasionem praeriperet. fortasse ei irasci Antonium, qui ne tanti quidem illum putasset, quem rogaret. fuga quam pericu- 14
losa esset cum descripsisset, adiecit, quocumque pervenisset, serviendum illi esse: ferendam esse aut Cassii violentiam aut Bruti superbiam aut Pompei stultitiam.

Quoniam in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto

**CD** 1 scurilia **AB** ¦ 2 priori **VD** ¦ 3 illud *om.* **D** ¦ non esse] esse non **A** ‖ 4 C.] g. **V** ‖ 6 hostem] *Gr;* etem **AB**$^1$ eteum (*corr. ex* etem **V**) **B**$^2$**VDτ**, aequum *Schott,* et aequum *Schg,* litem (incohasset) *Bs* ¦ *a reo] *Vsener, Gz;* ab eo **O**, ab reo *Schg* ‖ a reo expectari satisfactionem *Vsener* ¦ 7 audacter rogaret] *Traube (cf. p. 72, 13);* acdacto (acdato **B**$^1$**VD** ac datam **B**$^2$) rogari **O**, ac laesum rogari *Schott,* ac data rogari *Bs,* ⟨eum⟩ aequo pacto rogare *W. Wagner,* audacter roganti (*vel* rogantibus) *anon. in Bl. f. d. bayer. Gymnas. 1884, 132,* satis dato rogari *Vsener,* ac pacem rogari *Gz,* ⟨et victorem⟩ a victo rogari *Linde, fort.* *eo pacto ⟨posse⟩ rogari 8 re publica] rip. **A** parum] arum **AB**$^1$ 9 sequenti (i *corr. ex* e) **B** ¦ solere *corr. ex* solet **A** ¦ exoratum] (*corr. ex* exhortatum **V**) **VD**; exortatum **AB** ¦ 10 *a *del.* ¦ Gabinioque reis] *Gz; cf. Quint. 11, 1, 73; Val. Max. 4, 2, 4;* gaioquoque uerri (uerra **A**) **O**, Gabinio adfuisse *Schott (cf. eius adn.)* ¦ Gaio quoque Verri ad⟨futurum⟩ fuisse *Schg* 11 tertio] tertius **VD** ¦ e *add. Fb (vg)* cum tertius esset, ⟨curaturus esset⟩, ne quis ⟨ex⟩ tribus *Bs,* cum tertius esset, reliquis III ⟨viris⟩ *Kss* 12 preteriret **VD** fortasse ei] *Ml;* fortasset **AB**$^1$ fortasse et **B**$^2$ fortasse **VD** ¦ fortasse irasci Antonium, quod *Gr,* fortasse et irasci Antonium, quia *O. Jahn* ¦ 13 ne *om.* **A** ¦ illum] **V**$^2$**D**; ullum **C** ¦ quem] quam **A** ¦ 17 quoniam] quā **B**$^1$ *qū* **Dτ** ¦ hac **AB** ¦ suasoria **B**

indicare, quomodo quisque se ex historicis adversus memoriam Ciceronis gesserit. nam, quin Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam stultus, ut exorari posse eum speraret, nemo dubitat excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famae Ciceronis permansit. et is etiam occasionem scholasticis alterius suasoriae dedit; solent enim scholastici declamitare: deliberat Cicero, an salutem promittente Antonio orationes suas comburat.
15 haec inepte ficta cuilibet videri potest. Pollio vult illam veram videri; ita enim dixit in ea oratione, quam pro Lamia edidit. Asini Pollionis. 'Itaque numquam per Ciceronem mora fuit, quin eiuraret suas [esse], quas cupidissime effuderat, orationes in Antonium; multiplicesque numero et accuratius scriptas illis contrarias edere ac vel ipse palam pro contione recitare pollicebatur': adieceratque his alia sordidiora multo, ut ibi facile liqueret hoc totum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum haec dixisse — nec enim mentiri sub triumvirorum conscientia sustinebat —, sed postea conposuisse.
16 nolo autem vos, iuvenes mei, contristari, quod a declamatoribus ad historicos transeo. satis faciam vobis et fortasse efficiam, ut his sententiis lectis solidis et verum habentibus *a scholasticis*

**CD** 1 hisstoricis **B** | 2 quin] *Gr;* que **O** | 3 posse eum] *Kss;* possem $A^1B^1$ posse $A^2B^2$**VD** | 4 polione (*corr. ex* pilione **A**) **ABV** | qui] qu $AB^1$ | infestisimus **A** | 6 declamitare] *Bs;* declamatores (declamatores ⟨ponere⟩ **D**) **O** | 7 promittentem $AB^1$ | comburet **B** | 8 hoc $AB^1$ hec $B^2$ | illam] ullari **A** illam *corr. ex* ullam **B** | 9 videri] $B^2$**D**; uidere **C** | dicit *Schg* | ea] illa **D** | edidit] *Schg;* dedit **O** | 10 polionis **AB** | *verba* Asini Pollionis *del. Ml; cf. p. 567, 5. 568, 9. 15. 570, 7. 571, 16* | Ciceronem] *Bs;* ficere ne (nec **V**) **C** ficeret nec **D** | quin eiuraret] $B^2$**VD**τ; quin eiura **A** quin eiurares $B^1$ | 11 *esse *del.* | suas esse *del. Gr,* suas istas *Schg,* submisse *Gz* | quas] quis $AB^1$ | orationēs **A** | 12 accuratius] $B^2$**D**τ; accusatius **C** | illas **AB** | 13 vel] uelut **C** ueluti **D** | recitaret **D** | 14 *adieceratque] *Ml;* ceteraque **O** | ⟨illa⟩ alia (illa *eras.*) **A** | *ut ibi] ut tibi **O**, ut cuilibet *Ml,* unde *Gz* | 15 hisstoriis **B** | 16 huic certe] ceterum huic *Gz* | 17 interfuuerunt **AB** | 18 sustinebatur $B^2$ | 20 historicas **A** | fatiam **B** | et] sed *Gz* | effitiam **B** | 21 lectis] *fort.* inlecti *Gz* | habenti $AB^1$, *agentibus Mg* | *verba* a scholasticis *add. Bs;* ⟨a vanis et falsis⟩ *C. Schenkl*

recedatis; sed, quia hoc *propo*situm recta via consequi non potero, decipere vos cogar, velut salutarem daturus pueris potionem. || sumite pocula. T. Livius adeo retractationis consilium habuisse Ciceronem non dicit, ut neget tempus habuisse; ita enim ait.
T. Livi. M. Cicero sub adventum triumvirorum urbe cesserat pro 17
certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se quam Caesari Cassium et Brutum posse; primo in Tusculanum fugerat, inde transversis itineribus in Formianum ut ab Caieta navem conscensurus proficiscitur. unde aliquotiens in altum provectum cum modo venti adversi rettulissent, modo ipse iactationem navis caeco volvente fluctu pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit, regressusque ad superiorem villam, quae paulo plus mille passibus a mari abest, 'moriar' inquit 'in patria saepe servata'. satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos pati quod sors iniqua cogeret iussisse. prominenti ex lectica praebentique inmotam cervicem caput praecisum est. nec *id* satis stolidae

**CD** 1 recedatis] (solidis [*dativo casu*] . .) accedatis (*om.* a scholasticis) *Gz* || sed] *Bs;* et **O** *(Gz)* || propositum] *Bs;* si tam (tamen **D**) **O**, si iam *Kss* || hoc, si eam recta via, consequi *Gz* || rectam **A** || quia hoc sua via *Vsener* || 2 *cf. Lucr. 1, 936 seq. = 4, 11 seq.* || *fort.* cogor *Gz* || 3 *sumite pocula. T. Livius] sumti (samti **A** sumpti **VD**) poculi (populi **AB**) huius **O**, absinthiati poculi. huius *Herv,* absinthiati poculi. Livius *Rom (vg),* sum⟨ma⟩ parte poculi. Livius *Schg,* suavitate poculi. T. Livius *Vsener,* sumitote. T. Livius *Th. Mommsen,* ⟨melle⟩ ungit poculum. T. Livius *Gz* || retractationis] *Schott;* detractionis **A** detractationis **B** detrectationis **VD** || 5 T. Livi] *Bs;* l. liui **AB** l. liuii **VD**, *del. Ml, Otto* || aduentu **VD** || 6 se *om.* **C**, *post* magis *add. Kss* || 7 Tusculanum] $V^2$**D**; tusculanon **C** || fugerat] $B^2$; fuerunt **A**$B^1V^1$ fugerit $V^2$**D** || 8 caiecta $B^1$ || 9 concensurum **A** conscensurum $B^1$ || aliquoties **A**$B^1$**D** || prouectus $V^2$**D** || 10 retulissent **O** || 12 caepit **AD** coepit **BV** || 14 sepae **A** || *in hac Livii narratione nonnulla a Seneca consulto omissa esse cens. Gz coll. Plut. Cic. 47 seq.* || 15 quietos] quias **AB** quia $V^1$ quia $V^2$, quidvis *Bs,* aequis animis *Ml* || 16 fors **O** || prominenti *corr. ex* prominente **A** || lecticam **A** || 17 in(im **V**)mota **AB**$V^1$ || ceruice $V^1$ || *id *add.;* ⟨hoc⟩ *Gz*

crudelitati militum fuit: manus quoque scripsisse aliquid in Antonium exprobrantes praeciderunt. ita relatum caput ad Antonium iussuque eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium quanta nulla umquam humana vox cum admiratione eloquentiae auditus fuerat; vix attollen¦tes lacrimis oculos humentes in-

18 tueri truncata membra civis poterant. Bassus Aufidius et ipse nihil de animo Ciceronis dubitavit, quin fortiter se morti non praebuerit tantum sed obtulerit. Avfidi Bassi. Cicero paulum remoto velo postquam armatos vidit, 'ego vero consisto;' ait 'accede, veterane, et, si hoc saltim potes recte facere, incide cervicem'. trementi deinde dubitantique: 'quid, si ad me' inquit 'pri-

19 mum venissetis?' Cremutius Cordus et ipse ait Ciceronem *secum* cogitasse, utrumne Brutum an Cassium an Sex. Pompeium peteret; omnia illi displicuisse praeter mortem. Cremvti Cordi. Quibus visis laetus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset esse, quippe non satiatus modo caedendis civibus sed differtus quoque, super rostra exponit. itaque, quo saepius ille ingenti circumfusus turba processerat, quae paulo ante coluerat piis contionibus, quibus multorum capita servaverat, *eo* tum per artus sublatus aliter ac solitus erat a civibus suis conspectus est, prae-

**CD** 1 crudelitate **A** ¦ aliquid] aliud **D**, *del. A. Schaefer* ¦ 4 sepae **A** ¦ 5 ammiratione **AB** ‖ eloquentia **AB**, *del. Konitzer* ¦ 6 <prae> lacrimis *Gr teste Kss; Liviana dictio esset (apud Senecam* prae *nullo loco invenitur)* ¦ humentes] *Ml;* homines **O** *(Gr)* ‖ 7 *truncata] trucidata **O**, trucidati *He,* detruncata *Gz* ¦ civis] eius *vg,* cives *Ml,* <tanti> civis *Hertz* ¦ 11 saltem **VD** ‖ 12 quid, si] quid? quasi *O. Jahn; cf. Weissenborn ad Liv. 4, 5, 3* ¦ 13 cordus *corr. ex* cordis **A** ¦ secum cogitasse] *Ml;* cum cogitasset **O** ¦ 15 <sed> omnia *Ml* ¦ illa **AD**[1] ¦ 16 visis] lusis **O** *rad. corr. in* **D** ¦ suam] eius **D**[1] ¦ 17 esset **VD** *corr.* **τ** difertus **A** defectus **VD** ¦ 18 quoque] quod **A** quodque **B** quotque **VD** ¦ super] *He;* sitper **AB** sintper **VD** ¦ item **D** ¦ saepius ille] saepissime *Kss,* saepe vir ille *Gz, fort.* *<iterum ac> saepius ille, *fort.* saepissime ille *C. Schenkl* 19 piis] praeclaris *O. Ribbeck, fort.* plenis *Gz* ¦ conationibus **AB**[1] ¦ *fort.* *ante <aures> p̄buerat piis orationibus ¦ 20 <in> quibus *Schg,* <sub> quibus *Gz* ¦ eo *add. Gz* ¦ artus *corr. ex* artes **B** ¦ 21 sublatus] *Gz;* suos latus **O** *(quod tuetur Sander)* suos allatus **B**[2] suos laceratus **V**[2] *(Kss)* suos laetus **D**[2], singulos

pendenti capiti orique eius inspersa sanie, brevi ante princeps senatus Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris sui. praecipue tamen solvit pectora omnium in lacrimas gemitusque visa ad caput eius deligata manus dextera, divinae eloquentiae ministra; ceterorumque caedes privatos luctus excitaverunt, illa una communem. BRVTTEDI || NIGRI. 'Elapsus interim altera parte 20
villae Cicero lectica per agros ferebatur; sed, ut vidit adpropinquare notum sibi militem, Popillium nomine, memor defensum a se laetiore vultu aspexit. at ille victoribus id ipsum imputaturus occupat facinus caputque decisum nihil in ultimo fine vitae facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat oblitus se paulo ante defensum ab illo'. et hic voluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine rei obrutus est. [Bruttedi Nigri] 'ut vero iussu Antonii inter duas 21
manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, datae gemitu et fletu maximo viro inferiae, nec, ut solet, vitam depositi in rostris corporis contio audivit, sed ipsa narravit. nulla non pars fori aliquo actionis inclutae signata vestigio erat; nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miserrimi temporis servitutem a Catilina dilatam in Antonium'.

laceratus *Ml (cf. Sall. hist. 1, 35 Kr.; Sen. dial. 5, 18, 1)* ¦ praependenti] *Bs;* prae(pre **V**)tendenti **Oτ** pecidenti **T**, praetenta *Schg,* praecanenti *Hc*

**CD** 1 capiti] capillo *Gz, fort. recte; cf. p. 573, 12* ¦ inspersa] *He;* insponsa **AB** impensa **VD** || saniae **AB** ¦ 2 sui] servi *Kss; cf. Flor. 2, 1, 5* ¦ 4 caput] cat **AB** ¦ delicata **C** ¦ dxtera **A** | 5 cedes **C** || 6 brotedi **C** brotidi **D**; *cf. p. 126, 9. 127, 3; Tac. ann. 3, 66; Bücheler mus. rhen. 11, 295* ¦ nicri **AB** ¦ altera *corr. ex* alterera **B** ¦ partae **B** ¦ 8 popilium **O** || 9 ⟨uicto⟩ uictoribus (uicto *del.*) **A** ¦ 13 fatiem **B** ¦ magnitudines **A** ¦ 14 brotedi **O** ¦ *verba* *Bruttedi Nigri *del. Ml, Morgenstern* ¦ 15 quod **D** ¦ 16 datae] *Fb;* dato **C** sedato **D**, claro *Gr* || maximo viro] *Fb;* maximae uiri **O**, maximae viro *Otto* ¦ 17 vitam] *Schg;* ita **O** *(Fb),* rite *Gr,* laudes *Gz* || audivit] aut diuidit **AB** ¦ ita depositi in rostris corporis ⟨laudes⟩ contio audivit *Fb* ¦ claro gemitu et fletu maximo pias inferias non, ut solet, rite depositi in rostris corporis contio audivit *Gr* || ipse **D¹** ¦ 18 aliquo] **B²V²D**; alique **A** aliquae **B¹** aliqu[illegible] **V** || indute **A** inclitae **B²VD** ¦ 20 benefitium **B** || 21 a Catilina] *Rebling*; ac alienam **O** delatam **D**

Quotiens magni alicuius *viri* mors ab historicis narrata est, totiens fere consummatio totius vitae et quasi funebris laudatio redditur. hoc, semel aut iterum a Thucydide factum, item in paucissimis personis usurpatum a Sallustio, T. Livius benignus omnibus magnis viris praestitit; sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, ut Graeco verbo utar, ἐπιτάφιον Livius reddit.

22 T. Livi. Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis afuisset, ne in matura quidem mors videri possit. ingenium et operibus et praemiis operum felix, ipse fortunae diu prosperae; sed in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae morte, . . . exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil ut viro dignum erat tulit praeter mortem, quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico *nihil* crudelius passus erat quam quod eiusdem fortunae conpos victo fecisset. si quis tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus ac memorabilis fuit et in cuius laudes *ex*equendas Cicerone laudatore opus fuerit. ut est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator T. Livius,

23 plenissimum Ciceroni testimonium reddidit. Cordi Cremvti non

**CD** 1 quoties **AB**¹ ¦ viri *add. Gr* ¦ 2 totiens] toties **AB**¹ ferre **AB**¹ ¦ quas **A** 3 a Thucydide] adhuc hydide **AB** adhuc itidem **VD** ¦ item] idem *Sander* ¦ 4 sallustio *corr. ex* sallustiae (?) **A** salustio **VD** ¦ T.] **τ**; l. **O** ¦ benignius **D**² *(vg)* 5 prae(pre **V**)stitisse **O** ¦ hitorici **AB**¹ ¦ 6 ΕΙΤΙΤΑΦΙΟΝ **AB**¹ epitafion **B**² 7 *verba* T. Livi *del. Ml, Otto* affuisset **D** abfuisset **τ** ¦ 8 ingenium ⟨eius⟩ *Gz* ¦ 9 operum] operarum **O** ¦ sed] *Gz;* et **O**, *fort.* * *delendum* ¦ 10 tenere **A** rumina **A** 11 partitum **C** *corr.* **V**¹ filii **O** *corr.* **D**² morte *del. Mg,* amatae *Gz,* morte, ⟨vitae⟩ *W. Meves,* morte, ⟨denique⟩ *C. Schenkl. fort.* *morte, ⟨suo⟩ ¦ tam] tum **A** 12 tulit *om.* **D** 13 quae] **D**²; quam **O** ¦ eastimanti **A** 14 *nihil *add.;* ⟨nil⟩ *Lipsius (vg) et sic cod. Vatic. Schotti* ¦ passurus **D** *(Lipsius)* ¦ 15 conpos victo] *Th. Mommsen, Rebling;* con(com **VD**)posito **O**, compos ipse *Lipsius (quod probaverim),* compos ita *Schott,* compos item *Schg,* conpoti item *He,* conpoti *Bs,* compos in eo *Mg,* compos illo *Otto,* compos ipso *Gz,* compoti ipse *Linde* ¦ 16 pensarit] **V**²**D**; pensaret **C**, pensavit *Gr* ¦ ac] acer **D** ¦ 17 exequendas] *Gr* (exsequendas); sequendas **O** ¦ 18 e(ae **BV**)stimatur **C** *corr.* **V**¹

est operae pretium referre redditam Ciceroni laudationem; paene nihil enim in ea Cicerone dignum est ac ne hoc quidem, quod [paene] maxime tolerabile est: [Cremuti Cordi] 'proprias enim simultates deponendas interdum putabat, publicas numquam vi decernendas: civis non solum magnitudine virtutum sed multitudine quoque conspiciendus'. Aufidi Bassi. Sic M. Cicero decessit, vir natus ad rei publicae salutem, quae diu defensa et administrata in senectute demum e manibus eius elabitur, uno ipsius vitio laesa, quod nihil in salutem eius aliud illi, quam si caruisset Antonio, placuit. vixit sexaginta et tres annos ita, ut semper aut peteret alterum aut invicem peteretur, nullamque rem rarius quam diem illum, quo nullius interesset ipsum mori, vidit. Pollio quoque Asinius, qui Verrem, Ciceronis reum, fortis- 24
sime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quamvis invitus plenum ei reddidit. Asini Pollionis. 'Huius ergo viri tot tantisque operibus mansuris in omne aevum praedicare de ingenio atque industria supervacuum est. natura autem atque Fortuna pariter obsecuta est ei, si quidem facies decora ad senectutem prosperaque permansit valetudo; tum pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit: namque ad priscam severitatem iudiciis exactis maxima

CD 1 esto **AB** | pretium] *Kss, Ml;* etiam **O** | referre] *Schott;* deferre **C** deserere **D** | redditam *corr. ex* reddatam **B** | *paene *ex v. 3 huc transp.* ‖ 2 in ea] *Gz;* ipsea **C** ipso **Dτ**, in ipsa *Schott,* ipso ac *Bs* ‖ ⟨in⟩dignum **D** | 3 *paene *hoc loco del. et in v. 1 transp.;* paenae **B** pene **V** poene **D**, *fort.* per se *Ml* | *verba* Cremuti Cordi *del. Ml* | 4 vi decernendas] *Bücheler;* uides credendam **O**, vi deserendas *Bs,* deserendas *Kss,* avide (*fort.* *vi) exercendas *Gz* | 5 magnitudine *corr. ex* magnitudinem **BV** uirtutem **O** multitudine] **V²D**; multitudinem **C** | 6 conspicientem **D¹** | 7 *cf. Cic. in Cat. 2, 14* | 8 elabitur] habitu **C** labitur **D** | *uno] non **O**, hoc *Gz* | non ipsius vitio laesa, ⟨nisi⟩ (⟨sed⟩ *Schg*) quod *Gr, Schg* | 9 salute **O** | 12 quo] quod **O** 15 malignae **AB** | inuitos **A** 16 reddidit] *Kss;* redidit **A** reddit **BVD** | polionis **A** *verba* Asini Pollionis *del. Ml* 17 mansuri *Bs* | 18 supervacuum est] *Schott;* superba **O**, supervacaneum *He* | 19 si *om.* **C** *add.* **D** *(Ml, Mg);* ⟨et⟩ *Gr,* ⟨cui⟩ *Bs* | 20 ualitudo **AVD** tum] tunc **O** | 21 namque] ⟨per⟩ eamque Schg, in qua Gz

noxiorum multitudo provenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat; iam felicissima consulatus ei sors petendi et gerendi magno, munere deum, consilio industriaque. utinam moderatius secundas res et fortius adversas ferre potuisset! namque utraeque cum evenerant ei, mutari eas non posse rebatur. inde sunt invidiae tempestates coortae graves in eum certiorque inimicis adgrediendi fiducia; maiore enim simultates adpetebat animo quam gerebat. sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua maior pars vitae atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse
25 iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset'. adfirmare vobis possum nihil esse in historiis eius hoc, quem rettuli, loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronem, ‖ sed certasse cum Cicerone videatur. nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis; concupiscite et poenas Ciceroni dabitis. nemo tamen ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deploravit quam Severus Cornelius.

26 CORNELI SEVERI.

Oraque magnanimum spirantia paene virorum
in rostris iacuere suis; sed enim abstulit omnis,
tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago.
tunc redeunt animis ingentia consulis acta
iurataeque manus deprensaque foedera noxae

ad priscam severitatem iudiciis exactis] *Gr;* a prisca seueritate iudicis exacti **O**, *fort.* prisca severitate e iudiciis exacta *Kss* ¦ maxima] *Gr;* maximorum **O**

**CD** 3 *magno, munere] magna munera **O** *verba* magno munere deum *ante* consulatus *(v. 2) transp. O. Ribbeck, verba* magna munera deum *post* industriaque *(v. 3) transp. Eussner* ¦ 4 situndas **B**¹ ¦ 5 utraquo **A** evenerant] *Ml;* uenerant **O** ¦ 6 sunt invidiae] secutae invidiae ⟨et⟩ *Th. Mommsen* ¦ cohortae **ABD**² graues in eo **O**, gravissimae eo *Kss* ¦ 7 fidutia **AB** maiore] **r**; maiores **O** atpetebat **B** appetebat **VD** ¦ 8 nulla **D**¹ ¦ 12 nihil] nisi **AB**¹ ¦ retuli **O** ¦ 15 paenas **A** ¦ 17 depluit **AB**, deflevit *Bs* ¦ 20 iacueres **AB** omis **A** ¦ 21 rapti] carpti *Gr* ¦ 22 ingenia **AB** ¦ 23 fedora **AB**

patriciumque nefas extinctum: poena Cethegi
deiectusque redit votis Catilina nefandis.
quid favor aut coetus, pleni quid honoribus anni
profuerant? sacris exculta quid artibus aetas?
abstulit una dies aevi decus, ictaque luctu
conticuit Latiae tristis facundia linguae.
unica sollicitis quondam tutela salusque,
egregium semper patriae caput, ille senatus
vindex, ille fori, legum ritusque togaeque,
publica vox saevis aeternum obmutuit armis.
informes voltus sparsamque cruore nefando
canitiem sacrasque manus operumque ministras
tantorum pedibus civis proiecta superbis
proculcavit ovans nec lubrica fata deosque
respexit. nullo luet hoc Antonius aevo. ||
hoc nec in Emathio mitis victoria Perse
nec te, dire Syphax, non fecit *in* hoste Philippo;
inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
afuerunt, nostraeque cadens ferus Annibal irae
membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

**CD** 1 patrociumque **A** patritiumque **BD** || extinctum] *Gr;* est tunc **O**, etiam tum *Scaliger* || paena **A** ⟨et⟩ poena **D** *(Gr)* ⟨ut⟩ poena *Scaliger* || gestegi **AB** cetegi **VD** || 2 catillina **AB** || 4 profuerunt **D** *(vg)* || exculta] *Kss;* etuita **O**, exacta *Schott (vg),* devota *Gz* || aetas] acta **D**$^2$ || et uita quid artibus acta *'scriptus' Gronovii (Ven)* || 5 actaque luctum *(ante* actaque *una littera evanuit)* **A** || 6 Latiae] **D**$^2$*τ*; latiet **AB** lato **V**$^1$ latae **V**$^2$**D**$^1$ || 8 egregium] et geium **AB**$^1$ et gratum **B**$^2$ || 9 ille] illa *Bs* || ritusque] iurumque *Lindenbrog* || 10 saevis] *Scaliger;* euis **AB** eius **VD**$^2$ aeuis **D**$^1$ || ommutauit **A** ommutuit **B** || 11 infores **AB** || uolutus **B** || 12 ganiciem **AB**$^1$ caniciem **B**$^2$**V** || sacrasquae **A** || 13 civis] uices **AB** auis **D**$^1$, victor *vg* || superbis (p *corr. ex* b) **A** || 15 lucet **B** || Antonius] tonius **A** || 16 nec in] non *Gz* || Emathio] *Schott;* hematio **O** || mittis **AVD** || persae **V** || 17 dires (*corr. ex* dises **A**) **AB** || sypax **ABV**$^1$ || fecit in] *vg;* fecit **O**, fecerat *Kss* || filippho **AB** || 18 triumfato **A** || cuncta] tanta *Schele* || iugurta **C** || 19 afuerunt] *Bs;* afuerat **C** affuerat **D**, *afuerant Kss* || hannibal **VD** || 20 stigias **AV**

27 non fraudabo municipem nostrum bono versu, ex quo hic multo melior Severi Cornelii processit:

conticuit Latiae tristis facundia linguae.

Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta et plane quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, *pingue* quiddam sonantis atque peregrinum. is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalae Corvini Pollionem Asinium advocaverat et in principio hunc versum non sine assensu recitavit:

deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae.

Pollio Asinius non aequo animo tulit et ait: 'Messala, tu, quid tibi liberum sit in domo tua, videris; ego istum auditurus non sum, cui mutus videor', atque ita consurrexit. Enae interfuisse recitationi Severum quoque Cornelium scio, cui non aeque displicuisse hunc versum quam Pollioni apparet, quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi et ipse conposuit. si hic desiero, scio futurum, ut vos illo loco desinatis legere, quo ego a scholasticis recessi; ergo, ut librum velitis usque ad umbilicum revolvere, adiciam suasoriam proximae similem.

## VII.

Deliberat Cicero, an scripta sua conburat promittente Antonio incolumitatem, si fecisset.

**CD** 1 fraudabo] **B**² *(He, Bs);* raudabo **AB**¹ laudabo **VD** | municipem] **V**²**D**; municem **C** || 3 Latiae] late **V** latae **D**¹ | 4 ingeneniosus **B** | 5 plane] plenae **A** plene **B**¹ pene **VD** | esse *om.* **A** || 6 corduvenses **AB**¹ || poeta **AB** | *Cic. p. Arch. 26* | pingue *om.* **O** | quiddam] **V**²**D**; quidam **C** || 8 corruini **AB**¹ | polionem **C** || aduocauerant **ABV**¹ || 10 *cf. Martial. 5, 69, 7 seq.* || defiendus **AB** deficiendus **V** defendus **D**¹ | lataeque **VD**¹ 13 Enae] *Gz;* ne **O**, ei *Kss* | interfuisse] *Bs;* interfuisset **O** | 14 Severum] *O. Jahn;* eorum **O** quoque] *Bs;* quod **O** || aeq **B**² || 15 polioni **AB** | aparet **B** | 17 scolasticis **C** || 18 ad umbilicum] *cf. Birt, Buchw. 155* | 19 aditiam **B** || 21 *cf. p. 566, 6; Quint. 3, 8, 46* | promitente **A** || 22 fecisset] *cf. p. 554. 8; fort.* fecerit *Gz*

Q. Hateri. Non feres Antonium; intolerabilis in malo ingenio felicitas est nihilque *nocere* cupientis magis accendit quam prosperae turpitudinis conscientia. difficile est; non feres, inquam, et iterum inritare inimicum in mortem tuam cupies. quod ad me quidem pertinet, multum a Cicerone absum; tamen non taedet tantum me vitae meae sed pudet. ne propter hoc quidem ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te? remittere ait se tibi, ut vivas, commentus, quemadmodum eripiat etiam quod vixeras. crudelior est pactio Antonii quam proscriptio. ingenium erat, in quod nihil iuris haberent triumviralia arma. commentus est Antonius, quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone *proscribi, a Cicerone* proscriberetur. hortarer te, Cicero, ut vitam magni aestimares, si libertas suum haberet in civitate locum, si suum in libertate eloquentia, si non civili ense cervicibus lucrentur; nunc, ut scias nihil esse melius quam mori, vitam tibi Antonius promittit. pendet nefariae proscriptionis tabula: tot praetorii, tot consulares, tot equestris ordinis viri periere; nemo relinquitur nisi qui servire possit. nescio, an hoc tempore vivere velis, Cicero; nemo est, cum quo velis. merito her- 1

**CD** 1 q; **AB** ¦ *Hateri] alterius **C** atterius **D** atteius **τ**; *cf. p. 74, 5* ¦ intolerabilis] **τ**; tolerabilius **ABD**[1] tolerabilior *corr. ex* tolerabilius **VD**[2] | 2 *nocere cupientis] cupientis **O** *(quod tuetur Frigell coll. Sall. Iug. 64, 6)*, superbientes ⟨ea⟩ *Schg*, peccantis *vel* ⟨turpia⟩ cupientis *Gz*, cupi⟨dinem nocentis⟩ *Eussner, fort.* cupidines *Kss*, saevientis *Novák* accendat **A** ¦ 3 prosperae] propriae *Schg* ¦ 4 tuam] tu **D**[1] ¦ 5 adsum **A** tamen] tam et **AB**[1] 6 tantum *om.* **D** ¦ ne] nae **A** nunc **B**[2] quidem] *Schottum secutus Gr*; quidem ⟨pertinet (pertimet **D**[2]) multum a cicerone⟩ *(cf. v. 5)* **O** 10 inienium *corr. ex* ingenium *(sic)* **A**, ingenium ⟨unum⟩ *Gz* ¦ *quod] *Gz*; quo **O**; *cf. p. 581, 11* ¦ triumalia **A** 12 *verba* *proscribi, a Cicerone *add. Bursianum secutus, qui verba* proscribere, a Cicerone *inseruit* ¦ proscriberetur *corr. ex* proscriperetur **A** proscribere **D**[1] proscribere ⟨per ciceronem toleretur⟩ **D**[2] ¦ hortarer te] hortare **A** 14 si suum] fisum **A** sisum **B**[1] si summa ⟨foret⟩ **B**[2] si suum libertas et eloquentia **τ** loquentia **AB**[1] ¦ 16 tibi] sibi **AB**[1] 17 praetorii] **Dτ**; petori **A** pecori **BV**[1] pretores **V**[2] consulares] **V**[2]**D**; consulatores **C** 18 periere] **V**[2]: pene **C** periere ⟨poene⟩ **D** 19 *prius* velis] possis **O**

cules illo tempore vixisti, quo Caesar ultro te rogavit, ut viveres sine ulla pactione, quo tempore non quidem stabat res publica,
2 sed in boni principis sinum ceciderat. Cesti Pii. Numquid opinio me fefellit? intellexit Antonius salvis eloquentiae monumentis non posse Ciceronem mori. ad pactionem vocaris, qua pactione melior ante *te* pars tui petitur. adcommoda mihi paulisper eloquentiam *tuam;* Ciceronem periturum rogo. si te audissent Caesar et Pompeius, neque inissent turpem societatem neque diremissent; si uti umquam consilio tuo voluissent, neque Pompeius Caesarem deseruisset neque Pompeium Caesar. quid *referam* consulatum salutarem urbi, quid exilium consulatu honestius, quid provocatam inter initia adulescentiae libertate tirocinii tui Sullanam potentiam, quid Antonium avulsum *a* Catilina, rei publicae redditum? ignosce, Cicero, *si* diu ista narravero: forsitan hoc die novissime audiuntur.
3 si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem filiumque et Afranium, Petreium, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc successore generis; si servabitur, vivet inter Ventidios et Canidios et Saxas: ita dubium est, utrum satius sit cum illis

CD 2 sene **B**[1] ¦ ullo **A** ¦ pactione] **τ**; actione **O** ¦ ⟨con⟩stat **T** ⟨con⟩stabat **τ** ¦ 3 bonis **AB**[1] ¦ sinu **O** ¦ caeciderat **AB** ‖ 4 eloquentiam **A** ‖ monimentis **VD** ¦ 5 quam **AB**[1] ¦ pactionem (i *corr. ex* o) **A**, *del. Kss; cf. Thielmann de serm. propr. apud Cornificium (Argentorati 1879)* ‖ 6 ante te] *Gz (cf. p. 579, 8);* inte **O**, certe *Ml* ‖ 7 tuam *add. Schg* (⟨tuam⟩, Cicero; nam periturum) ‖ *cf. Cic. Phil. 2, 24* ‖ 8 sociaetatem **B** ¦ dirimissent **C** ‖ 9 uoluissent *corr. ex* uolueissent **B** ¦ *verba* Caesarem . . . Pompeium *(v. 10) om.* **C** *add.* **Dτ**, *in quibus est:* ⟨caesarem neque⟩ caesar ⟨pompeium deseruisset⟩ ‖ 10 *referam *add.;* ⟨commemorem⟩ *Gz* ¦ 11 consulatum **AB** ¦ 12 adholescentie **A** ‖ libertatem **VD**, *del. Mg* ‖ tirociniis tui (tuis **VD** *Mg*) **O** *(Mg)* ‖ sillanam **C** syllanam **D** ¦ potentia **AB** ‖ 13 a *add. Gr* ‖ cattilinam **A** catillinam **B** catilinam **VD** 14 si *add. Schott* ¦ diu] diui **AB**[1] dum **B**[2] *(Schott), fort.* tibi *Kss* ¦ hoc] hec **V**[2] ¦ nouissimo **A**[2]**BVD** ¦ audientur **Dτ** *(vg)* ¦ 15 hoccidetur **B** ‖ 16 petreiumque **D** ¦ Q. Catulum] qui catellum **A** qui catulum **B** q. catullum **V** ‖ 17 successore] **Dτ**; successorem **C** ¦ servabitur] *Ml;* seruatur **O** ¦ vivet] uincet **A** ‖ uentididos et (et *eras. in* **A**) **C**; *cf. Gell. 15, 4, 3; Dio Cass. 43, 51, 4* ‖ 18 Canidios] *Schott;* canitidos **C** canitios **D**; *cf. Plut. Ant. 71; Vell. Pat. 2, 85, 2* ¦ Saxas] **τ**; saxos **O**; *cf. Cic. Phil. 11, 12; Liv. per. 127; Dio Cass. 48, 25, 3*

iacere an cum his vivere? pro uno homine iactura publica pacisceris. scio omne pretium iniquum esse, quod ille constituit: non emo tanti Ciceronis vitam, || quanti vendit Antonius. si hanc tibi pactionem ferret: vives, sed eruentur oculi tibi, vives, sed debilitabuntur pedes: etiamsi in alia damna corporis praestares patientiam, excepisses tamen linguam. ubi est sacra illa vox tua: 'mori enim naturae finis est, non poena'? hoc tibi uni non liquet? at videris Antonio persuasisse. adsere te potius libertati et unum crimen inimico adice: fac moriendo Antonium nocentiorem. P. Asprena- 4
tis. Vt Antonius Ciceroni parcat, Cicero in eloquentiam suam ipse animadvertet? quid autem tibi sub ista pactione promittitur? ut Cn. Pompeius et M. Cato et ille antiquos restituatur rei publicae senatus, dignissimus apud quem Cicero loqueretur? multos care victuros animi sui contemptus oppressit; multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit et causa illis vivendi fuit fortiter mori *velle*. permitte populo Romano contra Antonium *pol*liceri. scripta *tua si* combusseris, Antonius paucos annos tibi promittit: at, si non combusseris, amor populi Romani omnes. Pompei 5
Silonis. Quale est, ut perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem sequa-

**CD** 1 his] **B**$^2$**D**; is **AB**$^1$ iis **V** || 2 scito *Schg* || omnem **A** || esse] ese **AB** || non emo] *Kss;* nemo **O** || 3 (nemo) tanti ⟨emit⟩ **D** *(vg)* || 4 oculi *corr. ex* oculo **B** || debilitantur **C** || 6 ⟨non⟩ tamen (non *del.*) **A** || *Cic. p. Mil. 101* || 7 naturae] **B**$^2$**Dτ**; mature **C** || paena **A** || 8 liberati **A** liber **D**$^1$ || unum] novum *O. Ribbeck* || 11 ista] hac **D** || 12 antiquus **A**$^2$**B**$^2$**VD** || 13 care] *Schg (ut sit = care vitam empturos; cf. p. 581, 2);* eare **O** *om. cod. Vatic. Schotti (vg),* in arena *O. Jahn,* saepe *Kss,* secure *O. Ribbeck, fort.* *beate *Otto* || 14 sui] pusilli *Ml (quod probaverim), fort.* miseri *Kss* || 15 animi] adimi **AB** || eripuit] *cf. Cic. in Clod. apud Quint. 8, 6, 56* || 16 *velle *add. Ml* || permitte] permitte ⟨te⟩ *vg,* promitte *(sic Kss) vel* promittit (populus Romanus) *Schg,* repromitte *Vsener* || polliceri] *Novák*; licet **O**, licere ⟨si⟩ *Schott,* (Antonium.) licet *Ven (Kss, Vsener),* liceri ⟨si⟩ *Gz, fort.* (Antonium.) scilicet ⟨si⟩ *Kss* || 17 tua *add. Schg in lemmate* || *si *hoc loco add.* || conbuseris **AB** || 18 combuseris **AB** || *amor] quam **O** *del.* **A**$^2$, *om. Schott (vg),* fama *He,* fortuna *Ml,* gratia *O. Ribbeck,* vitam (. . . omnem) *(ut sit = omne illud aevum, per quod erit populus Romanus) Vsener, fort.* spondet (populus Romanus) *Kss,* aevom (populus Romanus omne) *Gz* || populus Romanus *Schott (vg)* || 19 quale] *fort.* grave *Gz*

mur Antonii? misericordiam tu istam vocas, supplicium sumptum *de* Ciceronis ingenio? credamus Antonio, Cicero, si bene illi pecunias crediderunt faeneratores, si bene pacem Brutus et Cassius. hominem et vitio naturae et licentia temporum insanientem, inter scaenicos amores sanguine civili luxuriantem: hominem qui creditoribus suis oppigneravit rem publicam, cuius gulae duorum principum bona, Caesaris ac Pompei, non potuerunt satis facere! tuis utar, Cicero, || verbis: 'cara est cuiquam salus, quam aut dare aut eripere potest Antonius?' non est tanti servari Ciceronem, ut servatum Antonio debeam.
6 Triari. Conpulsus aliquando populus Romanus in eam necessitatem est, ut nihil haberet praeter Iovem obsessum et Camillum exulem; nullum tamen fuit Camilli opus maius quam quod indignum putavit viros *Romanos* salutem pactioni debere. o gravem vitam, etiamsi sine pretio daretur! Antonius hostis a re publica iudicatus nunc hostem rem publicam iudicat. Lepidus, ne quis illum putet male Antonio collegam placuisse, alienae semper dementiae accessio, utriusque collegae mancipium, noster dominus
7 *est*. Argentari. Nihil Antonio credendum est. mentior? quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronem potest, qui servare nisi crudelius quam occidat non potest? ignoscere tu illum tibi putas, qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu speras vitam, cui nondum verba tua exciderunt? ut corpus, quod fragile et caducum est, servetur, pereat ingenium, quod aeternum est? ego mirabar,

**CD** 1 sumptum] *He;* summum **O**, sumi *Gr* || 2 de *add. Gr* || Antonio] **m. antonio** $B^2$ || 3 crediderunt] $D^2$; reddiderunt **C** ⟨illis⟩ crediderunt $D^1$ creddiderunt **τ** brutus *corr. ex* brutos **B** || 7 principū **A** || ac] et **D** || 8 *cf. Cic. Phil. 2, 5 et 60* 10 servari] *Bs;* seruare **ABD** seruire **Vτ** || 12 ut *om.* **C** *add.* **Dτ**; ⟨si⟩ *Linde* 13 maius] magis $B^1$ || 14 *viros Romanos] uiros **O**, Romanos *Gz* || deberet **A** || 15 etiamsi sine] etiamsis me **B** || 17 male] malo **O** || colligam **A** || 18 colligae **A** || 19 est *add. Kss* || mentior?] *cf. Quint. decl. 369 (p. 405, 16 R.);* merito *O. Ribbeck,* mentitur *Otto* || 21 *occidat] occidebat **O**, occideret *Bs* || ignoscere tu] *Gz;* ignoscentem **O**, ignoscere *Gr* || 23 fragile *corr. ex* flagile **A** flagile $B^1$ || 24 servetur] setuetur **A** || pereat] $B^2$**D** *(vg);* pereum **C** periet **τ**, *fort.* pereundumst (ingenio) *Kss,* peremes *Gz (ita rectius scribi quam* perimes

si mors crudelior esset Antonii venia. P. Scipionem a maioribus 8
suis desciscentem generosa mors in numerum Scipionum reposuit. mortem tibi remittit, ut id pereat, quod in te solum inmortale est. qualis est pactio? aufertur Ciceroni ingenium sine vita; promittuntur *pro* oblivione nominis tui pauci servitutis anni. non ille te vivere vult, sed facere *te* ingenii tui superstitem: videlicet Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, ¦ nemo Ciceronem. poteris perferre, ut, quod Cicero optimum habet, ante se efferat? sine durare post te ingenium tuum, perpetuam Antonii proscriptionem. Arelli Fusci patris. Quoad humanum genus incolume manserit, quamdiu suus litteris honor, suum eloquentiae pretium erit, quamdiu rei publicae nostrae aut fortuna steterit aut memoria duraverit, admirabile posteris vigebit ingenium *tuum*, et uno proscriptus saeculo proscribes Antonium omnibus. crede mihi, vilissima pars tui est quae tibi vel eripi vel donari potest; ille verus est Cicero, quem proscribi Antonius non putat nisi a Cicerone posse. non ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli 9

*demonstrare studet C. F. Kinch quaest. Curtian. [Hauniae 1883] 21 seq.* ¦ ego] **B²D²** *(vg);* ergo **O**

**CD** 1 mors] *Gz;* non **C** non ⟨supplicio⟩ **D** *(vg), fort.* non ⟨morte⟩ *Bs* | crudelior] crulior **A** clurior **B¹** | *cf. p. 559, 1; sententiam* P. Scipionem . . . reposuit *(v. 2) ab hoc loco alienam esse cens. Gz* ‖ P.] *cf. Liv. per. 114; Valer. Max. 9, 5, 3;* Q. *Gz* ‖ 2 desciscente in **A** ‖ generosa mors] generosus amor **O** ‖ 3 pereat] *fort.* perdat *Kss* ‖ 5 pro *add. Schg;* ⟨ob⟩ (oblivionem) *Gz* ‖ annis **AB¹** ‖ 6 facere te] *Gz;* facere **O**, tacere *Ml,* iacere *Ml, O. Ribbeck* ‖ videlicet] *Kss;* uide ut **O** uiue ut **D²ꝛ**, vivat (Cicero, ut audiat) *Gr,* vives, ut (. . . Ciceronem?) *Otto* ‖ 7 *post.* Cicero *del. Gr.* ‖ 8 poteris perferre] *Schg;* pateris perire **O**, pati poteris *vg,* pateris fieri *Bs,* pateris petere (*vel* petere ⟨eum⟩) *Gz (cf. p. 581, 10)* ‖ Cicero] **ꝛ**; dico **O** ‖ 9 perpetuam] perpetua (. . proscriptione) *O. Jahn* ‖ 10 patris] p. **AB** *om.* **VD** ‖ quoad *corr. ex* quomad **A** ‖ genus] generis **AB¹** ‖ 11 suus] **D²** *(N. Heinsius; cf. Ruhnken ad Vell. Pat. 2, 66 [p. 992]);* usus **O** ‖ suum] *N. Heinsius;* sum **A¹B¹** *del.* **A²** sumum **B²** summae **VD**, suumque *Schg* ‖ eloquentia **AB** ‖ 12 rei publicae] rerum **D** ‖ nostrae] naturae **D²** ‖ 13 posteris] poteris **AB¹** potens **B²** ‖ uidebit **A** ‖ tuum *add.* **D²** *(Thomas)* ‖ 14 proscribe **C** *corr.* **V¹** ‖ 15 donari *corr. ex* donare **A** ‖ 17 remittit] **D²ꝛ**; emittit **O**

desiderat suam. si fidem deceperit Antonius, morieris; si praestiterit, servies. quod ad me attinet, fallere eum malo. per te, M. Tulli, per quattuor et sexaginta annos pulchre actos, per salutarem rei publicae consulatum, per aeternam, si pateris, ingenii tui memoriam, per rem publicam, quae, ne quid te putes carum illi relinquere, ante te perit, oro et obtestor, ne moriaris confessus, quam nolueris mori.

10 Huius suasoriae alteram partem neminem scio declamasse; omnes pro libris Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit mala, ut Cicero, si haec condicio lata ei fuisset, deliberaturus non fuerit. itaque hanc suasoriam nemo declamavit efficacius quam Silo Pompeius; non enim ad illa speciosa se contulit, ad quae CESTIVS, || qui dixit hoc gravius esse supplicium quam mortem, et ideo hoc Antonium eligere; brevem vitam esse homini, multo magis seni: ita*que* memoriae consulendum, quae magnis viris aeternitatem promitteret, non qualibet mercede vitam redimendam esse. hic condiciones intolerabiles. *nihil tam intolerabile* esse quam monumenta ingenii sui ipsum exurere. iniuriam illum facturum populo Romano, cuius linguam *in locum pr*incipem extulisset, ut insolentis Graeciae studia tanto

CD 1 praestiterit *corr. ex* praesteterit **A** || 2 fallere eum] *Kss;* fallerem **A** fallere **BVD**, fallare *He* || mallo **AB** || per te] partem **A** || 3 tuli **AB** || *prius* per *del. Bs* || annis **A** || pulcrae (-chrae **B**) **AB** || salutarem *corr. ex* salutem rem **A** || 5 te] tu **A** || 6 illi] tibi *Bs* || ante te perit] (ante te periit) **D** *(Petreius);* ante ce (coe **VD**) perit **O** || 7 quam] *Ml, Mg;* que **AB** quod **VD** || 8 husus suaria **A** || declamas **B**$^1$ || 10 illa] nulla **O** || non *om.* **D**$^1$**τ** || conditio **BVD** || lata ei fuisset] latae infuisse **AB**; *cf. Quint. 3, 8, 46* || 12 efficatius **BV** || spetiosa **B** || 13 ad quae] (*corr. ex* atq. **V**) **VD**; atque **AB** adque **τ** || 14 *post* Antonium *in* **A** *duo folia desunt, in quibus scripta erant verba* eligere brevem . . . ali vetuit *(p. 16, 8)*

**BVD** 15 homini] **Dτ**; omni **BV**, *fort.* *omnibus || itaque] *Schg;* ita **O**, *vel del. vel* iam *scrib. esse cens. Bs* || 17 *esse] et **BVD**, *del. Kss* || conditiones **BV** || 18 *verba* *nihil tam intolerabile *add.* || esse] *del. et ante* quam *cum* **Dτ** *verba* omnia potius subeunda *inseruit Kss; item He et Mg* **Dτ** *sequuntur, sed in fine enuntiati* ipse exureret *scripserunt* || monimenta **V** || sui ⟨comburere⟩ **D**$^1$ || 19 lingam **B**$^1$ || 20 *verba* in locum *add. He;* ⟨in vicem⟩ *F. Becher* || principem] *Bs;* incipem **B** inciuem **VD** || *fort.* lin-

antecederet eloquentia, quanto fortuna; iniuriam facturum generi humano. paenitentiam illum acturum tam care spiritus empti, cum in servitute senescendum fuisset *et* in hoc unum eloquentia utendum, ut laudaret Antonium. male cum illo agi: dari vitam, eripi ingenium. SILO POMPEIVS sic egit, ut diceret Antonium non pa- 11
cisci, sed inludere: non esse illam condicionem, sed contumeliam; combustis enim libris nihilominus occisurum; non esse tam stultum Antonium, ut putaret ad rem pertinere libros a Cicerone conburi, cuius scripta per totum orbem terrarum celebrarentur, nec hoc petere eum, quod posset ipse facere, nisi forte non esset in scripta Ciceronis ei ius, cui esset in Ciceronem; quaeri nihil aliud, quam ut ille Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus ad turpes condiciones perductus occideretur. Antonium illi non vitam cum condicione promittere, sed mortem || sub infamia quaerere. itaque quod turpiter postea passurus esset, nunc illum debere fortiter pati.

Et haec suasoria . . . insignita est. dixit enim sententiam cacozeliae genere humillimo et sordidissimo, quod detractu aut adiectione syllabae facit sensum: 'pro facinus indignum! peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit?' apud Cestium Pium rhetorem declamabat hanc suasoriam SVR- 12

guam in culmen *Bs,* l. in tantum *Ml,* l. in eam spem *Mg,* l. sic (*vel* huc) ipse *Gz,* l. in lucem *O. Ribbeck,* l. inopem *Morgenstern* || extullisset **B** || gretiae **B** || tantum **τ** **BVD** 1 facturum] factura **BV** || 2 tam care] *Schott;* tangere **BV** tam degenēr **D** tam degener ⟨uel degeneris⟩ **τ** || 3 et *add. Bs* || 4 malle **D** || illo agi] **τ**; ille ait **B** illi ait **VD** || 6 conditionem **BV** || 7 occissorum **B**[1] occissurum **B**[2] || 9 terrarum *om.* **VD** || 10 nec] *O. Jahn;* et **BVD** || ⟨et⟩ ipse **D** || 11 ei ius] *Bs;* eius **B** is **VD** ius **τ** || cui] qui **D** || quaeri] *Bs;* quare **BVD** || 12 aliud ⟨eum agere⟩ **D** || 13 conditiones **BV** || 14 conditionem (-ne **V**) **BV** || promitteret **B** || sub *in ras.* **V** || 15 itaque] item **D** || 17 *lacunam post* suasoria *statuit Gz* || insignata **B**, *fort.* ⟨insania declamatorum⟩ insignita *Gz,* ⟨insania Seniani⟩ insignita *Morgenstern* || *post* enim *declamatoris alicuius nomen intercidisse cens. Schg,* ⟨Senianus⟩ *Gz* || 18 cato (caco *rad. corr. ex* cato **V**) zelie (-iae **D**) **BVD** || umililimo **B**[1] humililimo **B**[2] humilimo **D**[1] || quo **B** || detractu] **Dτ**; detractat **B**[1] detractione **B**[2] detracta **V** || 21 Pium rhetorem] *Bs;* pre(prae **BD**)torem **BVD**, praeceptorem *Fb,* praeceptorem (*vel* Pium) *Schott,* rhetorem *Gr* (vg)

dinvs, ingeniosus adulescens, a quo Graecae fabulae eleganter
in sermonem Latinum conversae sunt. solebat dulces sententias
dicere, frequentius tamen praedulces et infractas. in hac suasoria, cum iusiurandum bellis sensibus prioribus complexus esset,
adiecit: 'ita te legam'. Cestivs, homo nasutissimus, dissimulavit
exaudisse se, ut adulescentem ornatum, quasi inpudens *esset,* obiurgaret: 'quid dixisti? quid? ita te fruar'? erat autem Cestius
nullius quidem ingenii *nisi sui amator,* Ciceroni etiam infestus,
13 quod illi non inpune cessit. nam cum M. Tullius, filius Ciceronis, Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit
praeter urbanitatem, cenabat apud eum Cestius. M. Tullio et
natura memoriam ademerat, et ebrietas, si quid ex ea supererat,
subducebat; subinde interrogabat, quid ille vocaretur, qui in imo
recumberet, et cum saepe subiectum illi nomen Cestii excidisset,
novissime servus, ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem,
interroganti domino, quis ille esset, qui in imo recumberet, ait:
'hic est Cestius, qui patrem tuum negabat litteras scisse'; adferri ocius flagra iussit et || Ciceroni, ut oportuit, de corio Cestii
14 satis fecit. erat autem etiam, ubi pietas non exigeret, scordalus.
Hybreae, disertissimi viri, filio male apud se causam agenti ait:
ἡμεῖς οὖν πατέρων ⟨μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι;⟩ et, cum in quadam

**BVD** 1 eleganter *corr. ex* eliganter **V** *om.* **D**$^1$ || 4 ⟨de⟩ bellis **B**$^1$ || 5 certius **B**$^1$ || 6 *inpudens esset] in(im **VD**$^1$)pudens **BVD**$^1$ imprudens **D**$^2$**ꝛ**, *fort.* inpudentem *Bs et sic vel* inpurum *Gz* || obiugaret **B** || 8 *nisi sui *add. (cf. Quint. 10, 1, 88);* ⟨citra sui⟩ *Gz* || amator *add. Kss* || ⟨tamen⟩ etiam *Schg* || 11 caenabat **B** || 12 ademerat] *Gz;* demerat **B** demserat *corr. ex* demerat **V** dempserat **D**, denegarat *Ml* || memoria infidelis erat *Bs,* memoria debilis erat *W. Wagner, fort.* *memoria deerat *Kss, fort.* *memoria infelix erat || 13 quid] *Ml;* qui **BVD**; *cf. p. 64, 14; Gr ad Sen. epist. 15, 1, 11; Ml ann. phil. 1866, 488; Studemund Herm. 19, 458* || 14 cum] tamen **D**$^1$ || 16 in imo] inimico **B**$^1$ in ymo **B**$^2$ || 18 ocius] **ꝛ**; potius **B** protinus (*corr. ex* potius **V**) **VD** || Cestius *Schg; at cf. p. 452, 5; Liv. 2, 35, 1* || 19 ubi] *Gr;* ibi **BVD** || exieret **B** || 20 hybriae (*corr. ex* hybreae **V**) **VD** || ait] **B**$^2$; at **B**$^1$**V** *om.* **D** || 21 *Hom.* Δ *405* || ἡμεῖς οὖν] *V. de Wilamowitz;* ΗΜΗ ΟΝ **BV** ἡμεῖς τοι *cod. Hom.*, ἡμεῖς οὐ *Diels* || ΗΑΤΗΡΩΝ **BV**

postulatione Hybreas patris sui totum locum ad litteram omnibus agnoscentibus diceret, 'age', inquit 'non putas me didicisse patris mei: quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?' GARGONIVS, *fatuorum* amabilissimus, in hac suasoria dixit duas res, quibus stultiores ne ipse quidem umquam dixerat; unam in principio: nam, cum coepisset scholasticorum frequentissimo iam more a iureiurando et dixisset multa, *ait:* 'itaque primum tantum *Antonium* timeat, quantum potest; ita aut totus vivat Cicero aut totus moriatur, ut ego quae hodie pro Ciceronis ingenio dixero nulla pactione delebo'. alteram rem dixit, cum exempla referret eorum, qui fortiter perierant: 'Iuba et Petreius mutuis vulneribus concucurrerunt et mortes faeneraverunt'. ||

**BVD** 1 postulationem **B**[1] || hybrias **BVD** || patris sui] *Bs;* partibusstul **BVD** partibus (patribus *τ*) stultorum **D***τ* || 2 diceret *corr. ex* deceret **B** || inqui **B**[1] || dedicisse **B** ⟨scripta⟩ didicisse **D** || 3 *Cic. in Cat. 1, 1* || Catilina] cantilena **B** || 4 * fatuorum amabilissimus] *cf. p. 316, 22. 504, 8;* amabilissimus **BVD**, amabilissimus ⟨stultorum⟩ *Gr,* homo vilissimus *Bs,* ⟨fatuus *vel* stultus⟩ amabilissimus *Thomas* || 6 scolasticorum **BV** || 7 ait: 'itaque] *Gz;* itaquam **BVD**, ⟨ait:⟩ ita quam *Ml* || primum] Antonium *Gz* || * Antonium *add.;* ⟨Antonius⟩ *Bs* || 9 quae] qui **VD**[1] || 11 mutuis] *τ*; ıul mutuis multis **BVD** || 12 concurrerunt **V** || lannei senecae oratorum et reto (retho **V**) rum sententiae diuisiones colores suasoriarum liber primus (. **I** . **B**) explicit incipit liber secundus (. II . ⟨feliciter⟩ **B**) **BV** l. annei senecae . oratoris et rhetoris sententiae . diuisiones . colores . suasoriarum . primus liber explicit . incipit secundus **D**

# FRAGMENTA.

1. Novi vero et praecipue declamatores audacius nec mehercule sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controversia, cuius summa est, quod pater filium et novercam inducente altero filio in adulterio deprensos occidit: 'duc, sequor: accipe hanc senilem manum et quocumque vis inprime', et post paulo: 'aspice' inquit 'quod diu non credidisti. ego vero non video: nox oboritur et crassa caligo'. *Quint. 9, 2, 42.*

2. Nam et in totum iurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit, et est a Seneca dictum eleganter non patronorum hoc esse, sed testium. *Quint. 9, 2, 98.*

3. Et Seneca tradidit Iulium Montanum poetam solitum dicere involaturum se Vergilio quaedam, si et vocem posset et os et hypocrisin; eosdem enim versus ipso pronuntiante bene sonare, sine illo inanes esse mutosque. *Donat. vita Vergilii p. 61, 5 Reiff.* ||

# FRAGMENTA HISTORIARVM.[1]

1. Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates; primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita et quasi educata sit Roma, deinde pueritiam sub ceteris

[1]) Cf. quae Seneca philosophus in fragmento 'de vita patris' dixit (III 437 ed. Haas.): 'Quisquis legisset eius historias ab initio bellorum civilium, unde primum veritas retro abiit, paene usque ad mortis suae diem, magni aestimaret scire, quibus natus esset parentibus ille, qui res Romanas . . .'

regibus, a quibus et aucta sit et disciplinis pluribus institutisque formata. at vero Tarquinio regnante, cum iam quasi adulta esse coepisset, servitium non tulisse et reiecto superbae dominationis iugo maluisse legibus obtemperare quam regibus, cumque esset adulescentia eius fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus coepisse iuvenescere. sublata enim Carthagine, quae diu aemula imperii fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit, donec regibus cunctis et nationibus imperio subiugatis, cum iam bellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. haec fuit prima eius senectus, cum bellis lacerata civilibus atque intestino malo pressa rursus ad regimen singularis imperii recidit quasi ad alteram infantiam revoluta. amissa enim libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat, ita consenuit, tamquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium uteretur [1]). *Lactant. inst. div. 7,15,14.*

2. Seneca eum (Tiberium) scribit intellecta defectione exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito et compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem subitoque vocatis ministris ac nemine respondente consurrexisse nec procul a lectulo deficientibus viribus concidisse. *Suet. Tib. 73.*

---

[1]) Cf. Flor. I praef. § 4 seq.

# INDEX

## NOMINVM PROPRIORVM.


**Accaus** v. Postumius.
**Accius** cf. ad 328, 6.
**Achaia** 564, 8.
**Achilles** 492, 15; ad eius tumulum Polyxene immolata est 421, 20; cf. Aeacides.
**Actius** cf. ad 328, 6.
**Adaeus** rhetor ex Asianis non proiecti nominis 379, 21; Ἀδαῖος 502, 7.
*Colores:* 82, 8. 380, 1. 395, 4. 490, 6. 502, 7.
**Aeacides** 422, 2; cf. Achilles.
**Aegyptus** 561, 13. 564, 9.
**Aelius** (L. Aelius Lamia). Eius filio Furius Saturninus declamavit 329, 5; pro eo Asinius Pollio orationem habuit et edidit 566, 9. 16.
**Aelius** (Q. Aelius Tubero). Eius paupertas virtus fuit 110, 4.
**Aemilianus** quidam Graecus rhetor ex arido fatuus stulte dixit 504, 7.
*Color:* 504, 7.
**Aemilianus** v. Cornelius.
**Aemilii** 115, 16; cf. Lepidus, Paulus, Scaurus.
**Aemilius** (M'. Aemilius Lepidus) vir egregius 372, 18; Scaurus ei declamavit 448, 8; Nero, Germanici filius, eius discipulus fuit 150, 10.
*Color:* 150, 10.
**Aemilius** (M. Aemilius Lepidus triumvir) 578, 16. 579, 7.
**Aemilius** (L. Aemilius Paulus) Persem devicit 293, 2.
**Aemilius** (M. Aemilius Scaurus Mamercus). In eo Scaurorum familia extincta est 545, 14; Tuscus eum maiestatis reum fecit 545, 14; orationes septem edidit, quae deinde ex senatusconsulto combustae sunt 448, 3; extant libelli, qui cum fama eius pugnant, multo quidem solutiores ipsis actionibus 448, 4; eum Seneca et filii audierunt 447, 7; declamantem audivimus et novissime quidem M'. Lepido ita, ut, quod difficillimum erat, sibi displiceret 448, 7; non tantum disertissimus homo sed venustissimus fuit, qui nullius umquam impunitam stultitiam transire passus est 42, 13; de eius genere dicendi et actione 447, 8 seq.; pleraeque eius actiones malae erant 447, 16; ignavus orator erat 447, 16; facete dixit 42, 15. 422, 3; vitium Othonis vituperavit 129, 2; Votienum Montanum inter oratores Ovidium vocare solebat 421, 17; Montaniana (i. e. iterationes) in Ovidii poematis castigabat 421, 19;

Latronem novam formulam iniuriarum componere dixit 462, 4.
*Divisio:* 462, 4.
*Color:* 473, 7.
**Aeneas** 544, 16.
**Aeschines** ex novis declamatoribus 88, 11. 91, 1.
*Colores:* 88, 11. 90, 14.
**Aeserninus** v. Claudius.
**Afranius** (L. Afranius, Pompei legatus) 576, 16.
**Agamemnon** 546, 8 seq.
**Agrippa** v. Vipsanius.
**Agroitas** Massiliensis fuit 183, 14; longe vividiorem sententiam dixit quam ceteri Graeci declamatores 183, 14; dicebat arte inculta, ut scires eum inter Graecos non fuisse, sententiis fortibus, ut scires eum inter Romanos fuisse 184, 1; sententia eius laudabatur 184, 3.
*Color:* 184, 4.
Ἀΐδης 539, 1.
**Aietius** (Aietius Pastor) declamavit apud Cestium iam senator 49, 9; eius colorem Cestius corripuit 49, 12; cf. ad 297, 16.
*Color:* 49, 11.
**Albinovanus** (Albinovanus Pedo) amicus erat Ovidii et inter arbitros de tollendis tribus Ovidii versibus 136, 12; eius versus in navigante Germanico 529, 15.
**Albucius** (C. Albucius Silus) erat homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati sciret 271, 12; in iudicio centumvirali L. Arruntius adversarius eius fuit 271, 3; audiit declamantem Iulium Bassum 464, 16; fastidiosus auditor eorum erat, quibus invidere poterat 464, 17; quem proxime dicentem commode audierat, eum imitari volebat, ut Fabianum philosophum et Hermagoram 269, 9; philosophumenon locum introduxit 81, 7; philosophatus est 327, 13; timebat, ne scholasticus videretur 269, 2; raro ei respondebat fortuna, semper opinio: quamvis paenituisset audisse, libebat audire 270, 12; Seneca eum non frequenter audiit 266, 5; in primum declamatorum tetradeum refertur 454, 1; eius dicendi genus describitur 266, 7 seq.; longe deterius senex dixit quam iuvenis dixerat 270, 2; controversiam dixit de lenone (cf. Iulius Bassus) 465, 6; sententiae eius, quas Asinius Pollio albas vocabat, simplices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum adferentes, sed vocales et splendidae 268, 2; sententiam dixit dubiam inter admirantes et deridentes 81, 16; dixit pulchram sententiam 123, 5; dixit sententiam, quae valde excepta est 563, 7; admiratus est Bassi sententiam 464, 18; Latronis sententias vituperavit 464, 19; figura divisit controversiam 39, 1; anthypophoran sumpsit 81, 8; decentissime divisit; solebat fere in aliquas figuras declamationem discribere 172, 10; figurabat egregie 268, 5; illud Albucii utique Graecos praeminet 56, 16; omnes colores miscuit 81, 1; Latroniano colore usus est 81, 5; locum egregie tractavit 123, 7; eius sententiam non probavit Messala 155, 18; eius divisionem et colorem improbavit Cestius 48, 2. 49, 15. 272, 2. 9; eius colorem vituperat Seneca 63, 3. 465, 6.

*Sententiae:* 21, 7. 45, 17. 84, 16. 153, 10. 154, 11. 166, 13. 273, 8. 290, 5. 298, 12. 299, 8. 304, 19. 313, 5. 320, 20. 324, 20. 330, 15. 339, 9. 373, 11. 384, 11. 396, 7. 425, 6. 457, 11. 475, 5. 481, 14. 497, 14. 521, 5.

*Divisiones:* 39, 1. 48, 3. 172, 9. 306, 16. 334, 15. 562, 16.

*Colores:* 24, 19. 39, 18. 49, 15. 54, 5. 56, 16. 18. 62, 19. 81, 1. 16. 123, 5. 124, 4. 155, 16. 283, 20. 284, 20. 295, 6. 297, 14. 301, 16. 326, 9. 327, 13. 329, 7. 335, 17. 337, 1. 20. 419, 13. 429, 10. 430, 5. 463, 2. 465, 7. 471, 21. 479, 11. 500, 22.

**Aletinus** cf. ad 49, 9.

**Alexander** (Alexander Magnus) 338, 11. 15. 519, 4 seq. 551, 5 seq.; domitor generis humani magnus Alexander 522, 14.

**Alexandrinus** spado 561, 14.

**Alfius** (Alfius Flavus) apud Cestium declamavit. praetextatus tantae opinionis fuit, ut populo puer eloquentia notus esset. de eius ingenio Cestius praedicabat; tanto concursu hominum audiebatur, ut raro auderet post eum Cestius dicere. ipse omnia mala faciebat ingenio suo; naturalis vis post multos annos iam et desidia obruta et carminibus enervata vigorem suum tenuit 27, 14; Cestii auditor 181, 3; lascivius dixit eandem rem, quam Cestius, et ab hoc obiurgatus est 181, 2. 7 (cf. 220, 11); sententiam Ovidii imitatus est 220, 12; eius colorem Cestius non probavit 28, 9.

*Sententiae:* 74, 16. 131, 2.

*Colores:* 28, 1. 5. 181, 4. 220, 10.

**Annaeus** (L. Annaeus Seneca pater) 1, 3. 102, 3. 204, 3. 224, 3. 266, 3. 370, 3. 446, 3; eius memoria 2, 5; eius senectus 2, 1; sodalis erat Latronis 8, 1; eiusdem condiscipulus 13, 14; discipulus Marulli 2, 8. 13, 15. 133, 5. 295, 20; familiaris erat Cassii Severi 204, 8; item Gallionis 550, 1; item Messalae 550, 2; omnes magni in eloquentia nominis excepto Cicerone audiit; ne Ciceronem quidem aetas ei eripuerat, sed bellorum civilium furor intra coloniam eum continuit 6, 12; Papirium Fabianum multo minorem natu, quam ipse erat, audiebat, quotiens inciderat 105, 13; Albucium non audiit frequenter 266, 5; iudicium eius de aequalibus suis 4, 3; iudicium eius de filiis suis 104, 14; eius acerbe dictum de Seniano 246, 5; Musam vituperat 317, 10; Pompei Silonis sententiam improbavit 378, 17; Albucii colorem non probavit 63, 2; eo iuvene nihil tam notum fuit quam explicationes Fusci 538, 1.

**Annaeus** (Annaeus Mela) 1, 3. 102, 3. 204, 3. 224, 3. 266, 3. 370, 3. 446, 3; eius animus a civilibus officiis abhorrens et ab omni ambitu aversus nihil concupiscebat, nisi ut eloquentiae tantum studeret 104, 6; erat ei maius ingenium quam fratribus 104, 14; Musam rhetorem interdum solebat audire cum fratribus 451, 11.

**Annaeus** (Annaeus Novatus) 1, 3. 102, 3. 104, 14. 16. 20. 204, 3. 224, 3. 266, 3. 370, 3. 446, 3.

**Annaeus** (L. Annaeus Seneca filius) 1, 3. 102, 3. 104, 14. 16. 20. 204, 3. 224, 3. 266, 3. 370, 3. 446, 3.

**Annibal** devictus est a Scipione 293, 1; ferus 573, 19.

**Annius** (T. Annius Milo) 559, 3; in eum recitaturus erat Cestius 211, 1.

**Antiochus** devictus est a Scipione 293, 2.

**Antiphon.** Iunius Otho edidit quattuor libros colorum, quos belle Gallio Antiphontis libros vocabat: tantum in illis somniorum est 125, 8

**Antonius** (Antonius Atticus) inter pueriles sententias videtur palmam meruisse 542, 3.

*Color:* 542, 3.

**Antonius** (C. Antonius) avulsus a Catilina, rei publicae redditus 576, 13.

**Antonius** (M. Antonius orator) 576, 16.

**Antonius** (M. Antonius triumvir) Athenis voluit se Liberum patrem dici 524, 12 seq.; Atheniensibus mille talenta imperavit 525, 2 seq.; Dellius a Cassio transiit ad Antonium, ab Antonio transfugit ad Octavianum 525, 12; inimicus Ciceronis 558, 7 seq. 574, 22 seq.; Popillius proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit et caput eius ad Antonium rettulit 289, 10 seq.; Ἀντώνιος 525, 8.

**Apaturius** inter illos, qui de Prometheo corrupte aliquid dixerunt, locum sibi vindicat 505, 16.

*Colores:* 505, 16. 527, 10. 545, 4.

**Apollodorei.** Apollodoreis placebat fixa esse themata et tuta 37, 17; Moschus fuit Apollodoreus 169, 4.

**Apollodorus.** Ei semper narrari placuit 127, 8; eius disciputi: Bruttedius Niger 127, 7; Clodius Turrinus pater 455, 3; Dionysius Atticus 168, 4; Moschus 169, 4.

**Apollonius** Graecus in epilogis vehemens fuit 307, 19.

*Color:* 307, 19.

**Apronius** cf. ad 544, 3.

**Arbronius** (Arbronius Silo), pater huius Silonis, qui pantomimis fabulas scripsit et ingenium grande non tantum deseruit sed polluit, auditor Latronis, carmen recitavit, in quo sensus Latronis agnoscitur 544, 3; versus Homeri ab eo Latine redditi 544, 7.

**Arellius** (Arellius Fuscus). Apud eum exercebatur Papirius Fabianus 102, 7. 105, 10; auditor eius fuit Ovidius 133, 9; auditor eius quidam, cuius pudori parco 553, 14; in primum declamatorum tetradeum refertur 454, 1; eius dicendi genus describitur 102, 10; dicebat suasorias libentissime et frequentius Graecas quam Latinas 554, 3; egregie declamavit 68, 14; nemo eo videbatur dixisse cultius 554, 2; ut sciretis, quam nitide Fuscus dixisset vel quam licenter; . . . vestri arbitrii erit, utrum explicationes eius (cf. 554, 2) luxuriosas putetis an vegetas 537, 17; recolo nihil fuisse me iuvene tam notum quam explicationes Fusci, quas nemo nostrum non alius alia inclinatione vocis velut sua quisque modulatione cantabat 538, 1; celebres eius descriptiunculae 538, 4; eius explicationum nimius cultus et fracta compositio poterit vos offendere, cum ad meam aetatem veneritis; interim non dubito, quin nunc vos ipsa, quae offensura sunt, vitia delectent 546, 3; eius descriptionibus vos satiabo ac potissimum iis, quas in verisimili-

tudinis tractatione posuit 550, 20; quod Latro transcurrerat, pressit 68, 17; declamavit Ovidius longe ingeniosius quam Arellius 134, 9; Latro Fuscum non probavit, qui paulo apertius agebat 143, 17; dixit, quod aiebat praeceptore suo dicente summa cum admiratione exceptum, illud Homeri 79, 15; Vergilii versus voluit imitari; valde autem longe petiit et paene repugnante materie, certe non desiderante, inseruit 548, 20; solebat ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputaret 549, 13; summis clamoribus Vergilii versum dixit 553, 10; auditor quidam, qui eum imitatus erat, ab eo vituperatus est 553, 19; Adaei sententiam mutavit; deinde, cum haec Adaei sententia ei obiceretur, non infitiatus est transtulisse se eam in Latinum et aiebat non commendationis id se aut furti, sed exercitationis causa facere 380, 2; Hybreae sententiam Arellius, cum esset ex Asianis, non casu dixit, sed transtulit ad verbum 429, 5; frequenter uti solebat colore religionis 24, 16 (cf. 90, 8); eius colorem mutavit Pompeius Silo 80, 1; eius sensum improbavit Pompeius Silo 149, 13; eius color Passieno displicuit 296, 13.

*Sententiae:* 18, 6. 32, 18. 45, 2. 47, 6. 52, 21. 58, 11. 67, 5. 73, 16. 83, 12. 107, 12. 116, 10. 129, 18. 138, 11. 139, 4. 142, 5. 153, 7. 154, 3. 162, 15. 175, 19. 276, 23. 291, 18. 300, 13. 305, 11. 311, 16. 321, 8. 331, 6. 333, 19. 373, 15. 396, 4. 398, 8. 404, 9. 405, 10. 415, 3. 424, 11. 458, 9. 468, 11. 474, 10. 482, 19. 485, 13. 496, 5. 507, 4. 531, 12. 546, 10. 551, 7. 553, 7. 554, 9. 560, 16. 579, 10.

*Divisiones:* 24, 2. 39, 4. 48, 5. 61, 5. 117, 2. 132, 6. 146, 15. 314, 19. 315, 10. 342, 21. 538, 7. 548, 3. 553, 1. 555, 20.

*Colores:* 24, 15. 39, 8. 54, 4. 55, 17. 56, 2. 68, 14. 78, 22. 90, 8. 122, 3. 149, 10. 15. 181, 10. 284, 18. 296, 9. 301, 19. 315, 15. 336, 5. 337, 23. 380, 2. 390, 15. 410, 14. 429, 5. 471, 1. 490, 13. 491, 5 501, 4. 529, 7.

**Argentarius** in quae solebat schemata minuta tractationem violentissime infregit 391, 19; dixit quod exceptum est 557, 2; eius sententia a Cestio derisa est 59, 3; sententiam Cestii imitatus est 58, 2; indignabatur Cestius 'detorqueri ab eo totiens et mutari sententias suas. quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Cestii simius est . . . fuerat enim Argentarius Cestii auditor et erat imitator. aiebat invicem: quid putatis esse Cestium nisi Cestii cinerem? et sic solebat iurare: 'per manes praeceptoris mei Cestii', cum Cestius viveret. omnibus autem insistebat Cesti vestigiis: aeque ex tempore dicebat, aeque contumeliose multa interponebat; illud tamen optima fide praestitit, cum uterque Graecus esset, ut numquam Graece declamaret et illos semper admiraretur, qui non contenti unius linguae eloquentia, cum Latine declamaverant, toga posita sumpto pallio quasi persona mutata rediebant et Graece declamabant 401, 2.

*Sententiae:* 19, 15. 33, 10. 46, 5. 52, 7. 58, 2. 21. 130, 19. 154, 8. 165, 16. 167, 3. 275, 21. 290, 12. 298, 9. 319, 6. 376, 20. 382, 12. 398, 10. 415, 20. 423, 18. 459, 11. 482, 17. 494, 14. 520, 7. 547, 21. 555, 18. 562, 3. 578, 19.

*Divisiones:* 120, 4. 556, 19.

*Colores:* 25, 17. 40, 16. 55, 5. 63, 5. 147, 13. 182, 16. 285, 1. 297, 6. 327, 18. 335, 10. 337, 7. 345, 5. 391, 19. 400, 20. 410, 5. 419, 8. 470, 19. 478, 18.

**Aristides** 116, 11.

**Aristoteles** 523, 11.

**Arruntius** (L. Arruntius) adversarius fuit Albucii in iudicio centumvirali 271, 3.

**Artemo** in descriptione tempestatis laudatus est 287, 14; ad partem narrationis eleganter transiit 287, 18; eius sententiam Latro virilius dixit 490, 16.

*Colores:* 70, 6. 82, 7. 129, 4. 150, 6. 287, 14. 395, 6. 466, 1. 490, 15. 527, 6.

**Artemon** v. Artemo.

**Artorius** cf. ad 544, 3.

**Asia** 564, 8. 10; M. Tullius, Ciceronis filius, proconsul Asiam obtinuit 582, 10.

**Asianus.** Declamatores 43, 3. 379, 22. 429, 5. 502, 11; Adaeus 379, 22; Arellius 429, 5; Craton 502, 11; Grandaus 43, 3; Hybreas 42, 18.

**Asilius** (Asilius Sabinus [Clodius Sabinus *Schott,* Iulius Sabinus *vg*]) Romae bis reus causam dixit 412, 2; in provinciam Cretam Occium Flammam proconsulem secutus est 411, 20; Cretenses in theatro postulare coeperunt, ut Sabinus maximum magistratum gereret 411, 20; tertio maiestatis reus in senatu causam dixit 412, 12; erat urbanissimus homo, ut, quidquid in eloquentia ei deerat, urbanitate pensaret 411, 4; bene declamavit 410, 21; facete dixit 411, 2; multa diserte dixit 412, 11; eius facete dictum de Domitio 411, 14; de Turdo 412, 9; de Vallio Syriaco 411, 10; de lautumiis 412, 20; Seneca eum vituperavit, quod multa in re severa temptavit salse dicere 411, 2; venustissimus inter rhetoras scurra 539, 2.

*Colores:* 410, 21. 539, 2.

**Asinius** (Asinius Gallus). Asinius Pollio ad Marcellum Aeserninum nepotem pertinere successionem eloquentiae suae credidit, cum filium Asinium Gallum relinqueret, magnum oratorem, nisi illum, quod semper evenit, magnitudo patris non produceret, sed obrueret 226, 3.

**Asinius** (C. Asinius Pollio). Seneca audiit eum et viridem et postea iam senem, cum Marcello Aesernino nepoti suo, quasi praeciperet 225, 11; intra quartum diem, quam Herium filium amiserat, declamavit 226, 5. 17; cum mortuo in Syria C. Caesare per codicillos questus esset divus Augustus, quod in tam magno et recenti luctu suo homo carissimus sibi pleno convivio cenasset, rescripsit Pollio: 'eo die cenavi, quo Herium filium amisi' 226, 9; Moschum Apollodoreum, qui reus veneficii fuit, defendit 169, 5; Calvus, cum videret a clientibus Cato-

nis, rei sui, Pollionem Asinium circumventum in foro caedi, imponi se supra cippum iussit et iuravit, si quam iniuriam Cato Pollioni, accusatori suo, fecisset, se in eum iuraturum calumniam; nec umquam postea Pollio a Catone advocatisque eius aut re aut verbo violatus est 308, 15; historicus 566, 20; eius historiae 566, 15. 572, 12. 14; orationem pro Lamia habuit et edidit 566, 9. 16; numquam admissa multitudine declamavit, nec ei ambitio in studiis defuit; primus enim omnium Romanorum advocatis hominibus scripta sua recitavit 225, 3; floridior erat aliquanto in declamando quam in agendo: illud strictum eius et asperum et nimis iratum ingenio suo iudicium adeo cessabat, ut in multis ei venia opus esset, quae ab ipso vix impetrabatur 225, 15; corrupte iudicantibus minus bene videbatur dicere quam Cestius aut Latro 210, 7; ad Marcellum Aeserninum nepotem pertinere successionem eloquentiae suae credebat 226, 2; inique iudicavit de Cicerone, cuius famae infestissimus permansit 566, 4. 8. 15; Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narravit 571, 14; quamvis invitus testimonium plenum Ciceroni reddidit 571, 15; Sextilius Ena proscriptionem Ciceronis in domo Messalae Corvini recitaturus Asinium Pollionem advocaverat, qui versum illius in principio positum non aequo animo tulit 574, 8; Verrem, Ciceronis reum, fortissime morientem tradidit 571, 13; severe iudicavit de Latrone 144, 14; acerbum eius de Arellio Fusco iudicium 537, 19; Labieni de eo dictum 225, 6; Vibii Rufi sententiam sordidioris notae se recipere aiebat 393, 14; sententias Albucii optime albas vocabat 268, 3; Triarii sententiam derisit 148, 11; contradictio Q. Haterii eius iocis magnam materiam praebuit 229, 4; divisionem incerti cuiusdam rhetoris improbavit 167, 14; item Buteonis quaestionem 306, 9; item colorem Romanii Hisponis, Pompei Silonis, Latronis, Cestii 238, 6.

*Sententiae:* 232, 10. 275, 4. 324, 13. 566, 10. 571, 16.

*Colores:* 69, 10. 144, 14. 148, 14. 234, 7. 237, 1. 238, 14. 285, 7. 329, 17.

**Asprenas** v. Nonius.

**Atellana.** Pomponius Atellanarum scriptor 303, 1.

Ἀθηνᾶ 525, 8; cf. Minerva.

**Athenae** 220, 21. 221, 10. 260, 10. 378, 10. 493, 8. 494, 14. 495, 9. 498, 21. 500, 19. 555, 12; eloquentia inclitae 535, 10.

**Athenienses** 86, 10. 171, 3. 220, 21. 361, 10 seq. 497, 4. 499, 1. 5. 20. 524, 11 seq. 536, 2. 541, 17. 554, 7 seq.; in talento viginti quattuor sestertia sunt Atheniensium more 502, 13.

**Atheniensis** 362, 9. 493, 6 seq.

**Athos** 557, 9.

**Atinius** (C. Atinius Labeo Macerio) magna violentia in absentiam Metelli strepuit 461, 6.

Ἀτρεύς 503, 17.

**Attalus** Stoicus, qui solum vertit a Seiano circumscriptus, magnae vir

eloquentiae, ex his philosophis, quos vestra aetas vidit, longe et subtilissimus et facundissimus 539, 4.

**Attici** rhetores. Cum iis omnibus bellum gerebat Craton 502, 12.

Ἀττικὸν τάλαντον 502, 14; in eo viginti quattuor sestertia sunt 502, 12.

**Atticus** v. Antonius, Dionysius.

**Atticus** nasus 524, 16.

**Aufidius** (Aufidius Bassus) historicus 566, 20; eius narratio de morte Ciceronis 568, 7. 571, 6; cf. ad 297, 16.
*Sententiae:* 568, 7. 9. 571, 6.

**Augustus** v. Caesar.

**Avidienus** cf. ad 297, 16.

**Babylon** 551, 5. 552, 16; Βαβυλών 554, 5.

**Barbarus** 529, 6; dixit vulgarem sensum satis vulgariter 184, 10.

**Baro** v. Barrus.

**Baros** v. Barrus.

**Barrus** (Baro *vg*, Baros *cod.*, *Bs*, *Kss*) scurra rem venustissimam dixit 82, 2.

**Bassus** v. Aufidius, Iulius, Sepullius.

**Bathyllus** pantomimus 211, 3; in tragoedia multum a se aberravit 208, 10; Gallio recitavit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis 451, 8.

**Blandus** v. Rubellius.

**Bocchus** cf. ad 120, 1.

**Boreas** 136, 16.

**Brocco** cf. ad 120, 1.

**Broccus** non malus rhetor 120, 1.
*Sententia:* 120, 2.

**Bruti** v. Iunius (L. Iunius Brutus).

**Bruttedius** (Bruttedius Brutus) cotidiano verbo significanter usus est 316, 1.
